VIII. Ostendit quoniam se averterit ab eo penes quem est salus, in tantam miseriam et ærumnam incidisse : rursum tamen citra laborem, valdeque facile in bonis pristinis futuram, ubi provocatus ad D iram emollitus fuerit omnipotens Deus utique, et quasi ad lenitatem redierit, rursum eos indulgentia et charitate dignando, depositaque injuriarum memoria delicta condonando. Pollicetur enim et domum instauraturum, et Hierosolymam longissimo spatio producturum. Crematum quippe erat templum, et ipsa urbis mœnia diruta, ut exigua, et in angustum redacta plane cerneretur, et incolas perpaucos haberet. **663** Sed, ut modo dixi, eam ad pristinam amplitudinem revocaturum spondet, quod et factum est, Cyro quidem e captivitate dimittente, Dario templum reædificari jubente, et ipsam

urbem mœnibus cingi, ac muniri permittente [23].

Videmus autem Deum aliquando sanctorum fidem, et adhærentium sibi dilectionem exercentem, quibusdam temporibus Ecclesiam persecutionibus sinere exagitari. Attamen mediocriter vexatam statim erigere, suisque auxiliis de integro communire, et superna gratia domum suam exornare. Imo unusquisque pius et urbs et templum Dei est. Sæpius autem probatur, et carnali voluptate, et mundana sollicitudine ad flagitia irritantibus, ut patientis anima ardere, et a muris, sive tutela deserta videatur. Verum miserante Deo, et sanctorum precibus sese ad mansuetudinem immutante, rursus ædificatur » in templum sanctum, in habitaculum Dei in spiritu [24]. » Depulsaque omni immunditia denuo mœnibus communitur, et civitas magni regis, hoc est Christi, efficitur.

VERS. 17. *Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me: Adhuc clama, dicens: Hæc dicit Dominus omnipotens: Adhuc diffundentur civitates in bonis, et miserebitur Dominus adhuc Sion, et eliget adhuc Jerusalem.*

IX. Cum duraret diutius captivitas, Judææ, et nihilominus Samaritarum urbes in meram solitudinem convertebantur. Nam et domus conflagraverant, et voce propemodum missa Babyloniorum sævitiam accusabant ipsaque civitatum species deformata, et destructa omnino visebatur. Paucissimis autem incolis, virum illustrem, aut alioqui insignem illic videre non erat: neque aliquos vitam genialem agitantes, sed mœstos omnes fame et inopia laborantes. Horum omnium fore finem promittit. Ait enim: « Diffundentur civitates in bonis, » hoc est in antiqua felicitate versabuntur, adauctæque bonorum cumulis faciem innovabunt, atque ad optata denuo revertentur. « Miserebitur enim Dominus adhuc Sion et eliget adhuc Jerusalem. »

Perpende porro, quam prudenter prophetica nobis procedat oratio. Non enim **664** universe ipsum fore misericordem spondet, nec in omne tempus electurum, sed adhuc, inquit, lenitatis veluti certa mensura definitum tempus promittens. Erat enim post hæc atrociores subitura calamitates, propter illatas Christo contumelias condemnata. Quocirca illud adhuc quasi dimensum benignitatis tempus declarat, cum comminatione occulta ipsi eventurorum, ubi Christus Salvator noster advenerit.

VERS. 18-21. *Et levavi oculos meos, et vidi, et ecce quatuor cornua. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quid sunt hæc, Domine? Et dixit ad me: Hæc cornua, quæ dissiparunt Judam, et Israel et Jerusalem. Et ostendit mihi Dominus quatuor fa-*

A ἀναδείμασθαι προστάττοντος τὸν ναὸν, ἐφιέντος τε καὶ αὐτὴν τοῖς τείχεσιν ὀχυροῦν τὴν πόλιν.

Ὁρῶμεν δὲ, ὅτι διαγυμνάζων ἔσθ' ὅτε Θεὸς τῶν ἁγίων τὴν πίστιν, καὶ τῶν προσκειμένων αὐτῷ τὴν ἀγάπησιν, ἐφίησι κατὰ καιροὺς διώκεσθαι τὴν Ἐκκλησίαν. Ἀλλ' ὀλίγα παθοῦσαν εὐθὺς ἀνίστησι, καὶ ἀνατειχίζει πάλιν ταῖς ἐπικουρίαις, καὶ τῇ ἄνωθεν χάριτι τὸν ἴδιον οἶκον στεφανοῖ. Καὶ ἕκαστος δὲ τῶν εὐσεβεῖν ᾑρημένων καὶ πόλις ἐστὶ, καὶ οἶκος Θεοῦ. Δοκιμάζεται δὲ πολλάκις, κατερεθιζούσης αὐτὸν εἰς φαυλότητα, καὶ σαρκικῆς ἡδονῆς, καὶ μερίμνης κοσμικῆς, ὡς δοκεῖν ἐμπεπρῆσθαί τε καὶ τειχῶν ἐρήμην, ἤγουν ἀσφαλείας, τὴν τοῦ παθόντος ἀπομεῖναι ψυχήν. Ἀλλὰ κατοικτείροντος Θεοῦ, καὶ ταῖς τῶν ἁγίων λιταῖς μετατιθεμένου πρὸς τὸ ἥμερον, οἰκοδο-

B μεῖται πάλιν « εἰς ναὸν ἅγιον, εἰς κατοικητήριον Θεοῦ ἐν πνεύματι. » Καὶ δὴ ἁπάσης ἀπεληλαμένης ἀκαθαρσίας, ἀνατειχίζεται παρὰ Θεοῦ, καὶ γίνεται πόλις τοῦ μεγάλου βασιλέως, τουτέστι Χριστοῦ.

*Καὶ εἶπε πρός με ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοί· Ἔτι ἀνάκραγε, λέγων· Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ἔτι διαχυθήσονται πόλεις ἐν ἀγαθοῖς, καὶ ἐλεήσει Κύριος ἔτι τὴν Σιὼν, καὶ αἱρετιεῖ ἔτι τὴν Ἱερουσαλήμ.*

Θ'. Παρατείνοντος τοῦ χρόνου τῆς αἰχμαλωσίας, αἱ τῆς Ἰουδαίας πόλεις οὐδὲν δὴ ἧττον καὶ τῶν Σαμαρειτῶν ἐξηρήμωντο παντελῶς. Οἶκοί τε γὰρ ἦσαν ἐμπεπρησμένοι, καὶ μονονουχὶ τῆς Βαβυλωνίων ὠμότητος κατακεκραγότες, καὶ αὐτὰ δὲ τὰ τῶν πόλεων σχήματα, κατηφανισμένα, καὶ ἀνατετραμμένα παν-

C τελῶς. Εὐαριθμήτων δὲ κομιδῇ κατοικούντων, ἄνδρα μὲν οὐκ ἦν λαμπρὸν, ἢ καὶ ἑτέρως ἐπίσημον ἰδεῖν, ἀλλ' οὐδὲ ἐν εὐπαθείᾳ ὄντας τινὰς, κατηφεῖς δὲ ἅπαντας, λιμῷ καὶ πενίᾳ κατηχθεσμένους. Τούτων ἁπάντων ἔσεσθαι πέρας ἐπαγγέλλεται. « Διαχυθήσονται γὰρ, φησὶ, πόλεις ἐν ἀγαθοῖς, » τουτέστιν ἐν ταῖς ἀρχαίαις εὐημερίαις ἔσονται, καὶ παρακειμένων αὐταῖς τῶν εἰς ἀφθονίαν ἀγαθῶν, μεταβαλοῦσι τὴν ὄψιν, καὶ ἀναδραμοῦνται πάλιν ἐν τοῖς κατ' εὐχήν. « Ἐλεήσει γὰρ Κύριος ἔτι τὴν Σιὼν, καὶ αἱρετιεῖ ἔτι τὴν Ἱερουσαλήμ. »

Ἄθρει δὲ ὅπως εὐτέχνως ἡμῖν ὁ τῆς προφητείας πρόεισι λόγος. Οὐ γὰρ εἰς ἅπαν αὐτὴν ἐλεήσειν κατεπαγγέλλεται, οὔτε μὴν εἰς πάντα χρόνον αἱρετιεῖν·

D ἀλλὰ τὸ, ἔτι, φησὶ, μεμετρημένον ὥσπερ τὸν τῆς ἡμερότητος χρόνον ὑπισχνούμενος. Ἔμελλε γὰρ μετὰ τοῦτο τοῖς ἔτι χείροσιν ἐναλῶναι κακοῖς, ἐπὶ ταῖς εἰς Χριστὸν παροινίαις κατεγνωσμένη. Οὐκοῦν τὸ, ἔτι, μεμετρημένον ὥσπερ δηλοῖ τὸν τῆς ἡμερότητος χρόνον, ἀπειλὴν ἔχοντα ἀσυμφανῆ τῶν συμβησομένων αὐτῇ κατὰ τοὺς καιροὺς τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας.

*Καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ τέσσαρα κέρατα. Καὶ εἶπα πρὸς τὸν ἄγγελον τὸν λαλοῦντα ἐν ἐμοί· Τί ἐστι ταῦτα, Κύριε; Καὶ εἶπε πρός με· Ταῦτα τὰ κέρατα, τὰ διασκορπίσαντα τὸν Ἰούδαν, καὶ τὸν Ἰσραὴλ, καὶ Ἱε-*

[23] I Esdr. I, 6. [24] Ephes. II, 22.

*ρουσαλήμ. Καὶ ἔδειξε Κύριός μοι τέσσαρας τέκτονας, καὶ εἶπα· Τί οὗτοι ἔρχονται ποιῆσαι; Καὶ εἶπε· Ταῦτα τὰ κέρατα τὰ διασκορπίσαντα τὸν Ἰούδαν, καὶ τὸν Ἰσραὴλ κατέαξαν, καὶ οὐδεὶς αὐτῶν ἦρε κεφαλήν. Καὶ εἰσήλθοσαν οὗτοι τοῦ ὀξῦναι αὐτὰ εἰς χεῖρας αὐτῶν. Τὰ τέσσαρα κέρατα τὰ ἔθνη, τὰ ἐπαιρο[ύ]μενα κέρας ἐπὶ τὴν γῆν τοῦ Κυρίου, τοῦ διασκορπίσαι αὐτήν.*

Ι'. Ἐφ' ἑτέραν ὅρασιν ὁ προφήτης ἔρχεται, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν, ἵνα μὴ λόγῳ μόνῳ παιδεύοιτο τὰ ἐσόμενα· ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν συμβησομένων ἐν θεωρίαις γενόμενος, λεπτῶς τε καὶ ἀκριβῶς εἰδείη τὰ σημαινόμενα. Τίς οὖν ἄρα ἐστὶν ὁ τῆς ὁράσεως νοῦς, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, διειπεῖν πειράσομαι. Τὸ κέρας ἀεὶ παρὰ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ λαμβάνεται μὲν εἰς εἰκόνα, καὶ ὑποτύπωσιν ἰσχύος, ἤγουν βασιλείας. Κατασημαίνει δὲ πλειστάκις καὶ ὑπεροψίαν, ὡς ἔν γε τῷ φάναι τισὶ τὸν μακάριον Δαβίδ· «Εἶπα τοῖς παρανομοῦσι· Μὴ παρανομεῖτε· καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι· Μὴ ὑψοῦτε κέρας.» Ψάλλει δέ που καὶ περὶ Χριστοῦ· «Τὸ κέρας αὐτοῦ ὑψωθήσεται ἐν δόξῃ,» τουτέστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ τοῦ κατάρχειν τῶν ὅλων ἰσχύς τε καὶ ἐξουσία. Ὁρᾷ τοιγαροῦν ὁ προφήτης τέσσαρα κέρατα, τουτέστιν ἔθνη τέσσαρα, σκληρά τε καὶ ἀλκιμώτατα, πόλεις τε ὁμοῦ καὶ χώρας ἐκκερατίζειν εὐκόλως δυνάμενα. Καὶ οἱ μὲν εἶναι ταυτά φασι, τήν τε Ἀσσυρίων βασιλείαν, καὶ μέντοι πρὸς τῇδε τὴν τῶν Βαβυλωνίων, καὶ τρίτην τὴν Μακεδόνων. Ἀντίοχος γὰρ ὁ ἐπίκλην Ἐπιφανὴς, ἐκ Μακεδονίας ὢν, πεπόρθηκε τὴν Ἰουδαίαν. Ἐπαριθμοῦσι δὲ ταύτῃ καὶ τὴν Ῥωμαίων, ἣ μετὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρὸν εἷλε τὰ Ἱεροσόλυμα κατακράτος. Ἐπειδὴ δὲ διερμηνεύων τῷ προφήτῃ τὴν ὅρασιν ὁ θεσπέσιος ἄγγελος, ἔφησε περὶ τῶν κεράτων, ὅτι «Ταῦτα τὰ κέρατα τὰ διασκορπίσαντα τὸν Ἰούδαν, καὶ τὸν Ἰσραὴλ κατέαξαν,» ἀναγκαῖον οἶμαι καὶ νῦν, ἐκεῖνα παρέντας, ἐπ' ἔθνη μᾶλλον ἐλθεῖν τὰ συντετριφότα τὸν Ἰσραήλ. Τέσσαρες δὴ οὖν γεγόνασιν ἀρχαὶ, δι' ὧν τοῦτο παθοῦσαν τὴν Ἰουδαίαν εὑρήσομεν. Φούλας μὲν γὰρ πρῶτος τὰς ἐπέκεινα, ὡς ἔφην, τῶν Ἰορδάνου ναμάτων εἷλε φυλάς. Εἶτα μετ' ἐκεῖνον ὁ Σαλμανασάρ, καὶ τρίτος Σεναχηρεὶμ, καὶ τελευταῖος μετ' ἐκείνους ὁ Ναβουχοδονόσωρ. Οὐκοῦν οἰκειότερον νοηθείη ἂν ἐπ' αὐτῶν, ὅτι ταυτά ἐστι τὰ τέσσαρα κέρατα τὰ διασκορπίσαντα τὸν Ἰούδαν καὶ τὸν Ἰσραήλ. Εἶτα Θεοῦ καταδεικνύοντός τε καὶ ἀνευρύνοντος τῷ προφήτῃ τὴν ὅρασιν, τέσσαρες ὁρῶνται τέκτονες. Ἤρετο δὲ πάλιν, ὅποι τε καὶ ἐφ' ὅτῳ βαδίζουσιν· εἶτά φησιν ὁ λαλῶν ἄγγελος ἐν αὐτῷ, ὅτι τὰ τέσσαρα κέρατα τὰ συντετριφότα τε καὶ διασκορπίσαντα τὸν Ἰούδαν καὶ τὸν Ἰσραὴλ, εἰσῆλθον *ὀξῦναι*. Τί οὖν ἐροῦμεν καὶ διὰ τούτου πάλιν ὑποσημαίνεσθαι; Ἆρα γὰρ παρωξύνοντο κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ, οἱ ἤδη πεπορθηκότες, καὶ ἀγριωτέρους ἀπετέλει Θεὸς τοὺς ἐξ ὀργῆς αὐτοῖς ἐπενηνεγμένους; Καίτοι φαίνεται διακεκραγὼς καὶ λέγων· «Ἐζήλωκα τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν Σιὼν

A *bros, et dixi: Quid isti veniunt facere? Et dixit: Hæc cornua quæ dissiparunt Judam, et Israel confregerunt, et nullus eorum levavit caput. Et egressi sunt isti ut acuerent ea in manus eorum. Quatuor cornua gentes sunt, elevantes cornu super terram Domini, ut dissipent eam.*

X. Ad aliam visionem propheta venit, nec multo post, ut non solo verbo quæ futura sunt doceatur, sed cum eventura etiam viderit, subtiliter et perfecte quæ significantur intelligat. Quod igitur sit hujus visionis argumentum, quantum in me erit, declarare conabor. Cornu in divinis Litteris pro imagine quadam et repræsentatione potentiæ sive
B regni sumitur. Sæpe item superbiæ notionem habet, ut cum dicit beatus David: «Dixi iniquis: Nolite inique agere, et delinquentibus: Nolite exaltare cornu [24].» Et alicubi de Christo psallit: Cornu ejus exaltabitur in gloria [25],» id est regnum, viresque et potestas, qua imperet omnibus. Videt igitur propheta cornua quatuor, hoc est quatuor gentes asperas et fortissimas et quæ urbes atque regiones tanquam cornibus impetere dissipareque facile queant. Has quidem volunt esse regnum Assyriorum, alterum Babyloniorum, tertium Macedonum. Antiochus enim cognomento illustris et Macedo Judæam vastavit. Huic Romanorum annumerant, qui post Salvatorem in cruce mortuum, vi et armis Hierosolymam
C expugnarunt. Quoniam vero divinus angelus prophetæ visum interpretans de cornibus dixit, **665** «Cornua ista quæ Judam dissiparint, etiam Israelem confregisse,» oportere puto nunc illis relictis, venire potius ad gentes, quæ Israelem contriverunt. Sunt igitur quatuor principatus, per quos hæc passam Judæam constat. Phulas enim primus duas tribus trans fluenta Jordanis domuit [26]. Post eum Salmanasar [27], tertius Senacherib [28], et postremus Nabuchodonosor [29]. Quare magis proprie de illis accipiatur, hæc scilicet esse quatuor cornua, quæ Judam et Israelem dissiparint. Deinde Deo prophetæ visionem monstrante et explicante, quatuor fabri apparent. Quærit rursum, quo, et qua de causa veniant; respondet angelus in ipso loquens, quatuor
D cornua quæ contriverint et dissiparint Judam, et Israelem ingressos esse *ut acuerent*. Quid jam hoc sibi velle dicemus? Num concitabantur contra Israel, qui eum jam devastaverant, et quos iratus in eos immiserat Deus, hos ferociores faciebat? Atqui clarum est illum clamare ac dicere: «Zelatus sum Jerusalem et Sion zelo magno, et ira magna irascor super gentes, quæ simul incubuerunt. Pro eo quod ego quidam iratus sum modice, ipsæ vero simul incubuerunt in mala [30].» Qui autem parum et modice succenset, et zelo prosequitur vastatores, quia in captos supra quam dici potest sævierint, quomo-

[24] Psal. LXXIV, 5. [25] Psal. CXI, 9. [26] I Paral. V, 25, 26. [27] IV Reg. XVII, 3 seqq. [28] IV Reg. XVIII, 13 seqq.; II Paral. XXXII, 1 seqq. [29] IV Reg. XXIV, 1 seqq.; II Paral. XXXVI, 6 seqq. [30] Jerem. I, 14, 15.

do contra eos acui cornua jubet? Itaque acuuntur quidem, non tamen contra Israel, sed contra semetipsa. In se mutuo namque insurrexerunt, Assyrios ac Babylonios Persæ et Medi bello lacessiverunt Cyro regnante, ut supra dictum est. Quamobrem nisi exacuta fuissent cornua, et expugnati Babylonii, non fuisset servitute absolutus Israel, non exemptus vinculis et miseria intolerabili. Quatuor itaque fabri cornua acuentes in manibus eorum, hoc est habentium ea, sive victorum, ut reges Persarum intelligamus, intelligi possunt angeli, decentissime ad Dei jussa conficienda constituti. Hoc igitur erat subigi Babylonios, et sub imperium Persarum Medorumque redigi de quibus alibi universorum Dominus ait: « Sanctificati sunt, et ego adduco eos; gigantes veniunt implere furorem meum, gaudentes simul et superbientes [31]. »

A ζῆλον μέγαν, καὶ θυμῷ μεγάλῳ ὀργίζομαι ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ συνεπιτιθέμενα. Ἀνθ' ὧν ἐγὼ μὲν ὠργίσθην ὀλίγα, αὐτοὶ δὲ συνεπέθεντο εἰς κακά. » Ὁ δὲ, ὀλίγα καὶ συμμέτρως ὠργισμένος, καὶ ζῆλον ἐπαφιεὶς τοῖς πεπορθηκόσιν, ὅτι παρὰ λόγον δεδράκασι τὰ εἰς τοὺς ἁλόντας τολμήματα, πῶς ὀξύνεσθαι κατ' αὐτῶν κελεύει τὰ κέρατα; Οὐκοῦν ὀξύνονται μὲν, πλὴν οὐ κατά γε τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ κατὰ σφῶν αὐτῶν. Κατεξανέστησαν γὰρ ἀλλήλων καὶ πεπολεμήκασιν Ἀσσυρίοις τε καὶ Βαβυλωνίοις Πέρσαι καὶ Μῆδοι, Κύρου βεβασιλευκότος, καθάπερ ἤδη προείρηται. Οὐκοῦν, εἰ μὴ ὠξύνθη τὰ κέρατα, καὶ ἐπεπόρθητο τὰ Βαβυλωνίων, οὐκ ἂν ἀπήλλακτο δουλείας ὁ Ἰσραὴλ, οὐκ ἂν ἀνείθη δεσμῶν, καὶ τῆς ἀφορήτου ταλαιπωρίας. Οἱ τοίνυν τέσσαρες τέκτονες, οἱ τὰ κέρατα
B παραθήγοντες ἐν χερσὶν αὐτῶν, τουτέστι τῶν ἐχόντων αὐτὰ, ἤτοι τῶν κρατούντων, ἵνα τοὺς Περσῶν νοῶμεν βασιλέας, νοηθεῖεν ἄγγελοι, τὸ δοκοῦν Θεῷ ἀποπεραίνειν εὖ μάλα προστεταγμένοι. Τοῦτο ἦν ἄρα τὸ ἁλῶναι τὴν Βαβυλωνίων, καὶ ὑπὸ χεῖρα γενέσθαι Περσῶν τε καὶ Μήδων, περὶ ὧν ἑτέρωθί πού φησιν ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης· « Ἡγιασμένοι εἰσὶ, καὶ ἐγὼ ἄγω αὐτοὺς, γίγαντες ἔρχονται πληρῶσαι τὸν θυμόν μου, χαίροντες ἅμα καὶ ὑβρίζοντες. »

## 666 CAP. II.

Vers. 1, 5. *Et levavi oculos meos, et vidi, et ecce vir, et in manu ejus funiculus geometricus. Et dixi ad eum: Quo tu vadis? Et dixit ad me: Ut dimetiar Jerusalem, et videam quanta latitudo ejus est et quanta longitudo. Et ecce angelus qui loquebatur in me, stabat, et angelus alius egrediebatur in occursum ejus, et dixit ad eum, dicens: Frugifera habitabitur Jerusalem a multitudine hominum et jumentorum quæ in medio ejus, et ego ero illi, dicit Dominus, murus ignis in circuitu, et in gloriam ero in medio ejus.*

XI. Non esse exacuta cornua contra Israelem, sed contra eos potius qui Hierosolymam atque etiam Judæam everterunt ac lacerarunt, proxime superior visio planissime demonstrat. Elevat siquidem rursum oculos propheta, non utique corporis, sed interiores potius, et qui intelligentia percipiuntur. Tum quemdam se vidisse ait forma, et habitu viri, funiculum tenentem geometricum, quem percunctatus est, cujus rei gratia veniret et quid sibi proposuisset. Eo respondente, velle metiri Jerusalem

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . (1) incenso autem et ipso divino templo, perque totam Judæam domibus et urbibus excisis, eam rursus erectum iri, spes aliquo modo perierat. Ostendit ergo Deus, cornibus exacutis, hoc est gentibus, sive regnis inter se belligerantibus resurrecturum Israel, et habitandam de integro jam dilatatam Jerusalem, divina virtute munitam, supernisque favoribus velut inexpugnabili

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

*Καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ, καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ σχοινίον γεωμετρικόν. Καὶ εἶπα πρὸς αὐτόν· Ποῦ σὺ πορεύῃ; Καὶ εἶπε πρός με· Διαμετρῆσαι τὴν Ἱερουσαλὴμ, τοῦ ἰδεῖν πηλίκον τὸ πλάτος αὐτῆς ἐστι καὶ πηλίκον τὸ μῆκος. Καὶ ἰδοὺ ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν*
C *ἐν ἐμοὶ εἱστήκει, καὶ ἄγγελος ἕτερος ἐξεπορεύετο εἰς συνάντησιν αὐτῷ, καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν, λέγων· Κατάκαρπος κατοικηθήσεται Ἱερουσαλὴμ ἀπὸ πλήθους ἀνθρώπων, καὶ κτηνῶν ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ ἐγὼ ἔσομαι αὐτῇ, λέγει Κύριος, τεῖχος πυρὸς κυκλόθεν, καὶ εἰς δόξαν ἔσομαι ἐν μέσῳ αὐτῆς.*

ΙΑ'. Ὅτι μὴ κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ ὠξύνθη τὰ κέρατα, κατ' ἐκείνων δὲ μᾶλλον, οἳ εἷλόν τε καὶ πεπορθήκασι τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ μέντοι τὴν Ἰουδαίαν, ἡ γείτων ὅρασις ἐκδείξειεν ἂν, καὶ μάλα εὐκόλως. Αἴρει γὰρ πάλιν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ προφήτης, καὶ οὐχὶ δὴ πάντως τοὺς τοῦ σώματος, τοὺς δὲ μᾶλλον καὶ νοητούς. Εἶτά τινα τεθεᾶσθαί φησιν ἐν ἀνδρὸς σχήματι, σχοινίον κατέχοντα γεωμετρικόν· ἤρετο δὲ πάλιν ἐφ' ὅτῳ
D τε βαδίζει, καὶ τίς ὁ σκοπὸς αὐτῷ. Τοῦ δὲ δὴ φάσκοντος διαμετρῆσαι τὴν Ἱερουσαλὴμ, . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . ἐμπρησθέντος δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ θείου ναοῦ, καὶ τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἰουδαίαν οἴκων τε καὶ πόλεων ἀνατετραμμένων, ἀνήρητό πως ἡ ἐλπὶς τοῦ καὶ εἰσαῦθις αὐτὴν ἀνασφῆλαι δύνασθαι. Δείκνυσιν οὖν Θεὸς, ὅτι τῶν κεράτων παρωξυμμένων, τουτέστι τῶν ἐθνῶν, ἤτοι τῶν βασιλειῶν, καὶ τὸν πρὸς ἀλλήλους πόλεμον συγκεκροτηκότων, ἀνεθήσεται μὲν Ἰσραὴλ, οἰκήσει δὲ πάλιν κατευρυνθεῖσαν τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ θείᾳ

[31] Isa. XIII, 3.

(1) Suspicor minus quam pro lacunæ spatio, aut forte etiam nihil ad sententiam omissum. *Interpres.*

δυνάμει πεπυργωμένην, καὶ οἷον ἀμάχῳ φλογὶ ταῖς A ἄνωθεν εὐμενείαις διεζωσμένην. Τρέχει τοίνυν ὁ ἄγγελος ἐκμετρῆσαι τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ οἷον ὁρίσαι πλατεῖαν αὐτὴν καὶ εὐμηκεστάτην. Καὶ ταυτὶ μὲν ἱστορικῶς.

Φαίην δ' ἂν ὅτι καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ νοοῖτο ἂν εἰκότως ἡ ὅρασις. Τετυραννεύκει μὲν γὰρ κατὰ πάντων ὁ Σατανᾶς τῶν ὄντων ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ γεγόναμεν αἰχμάλωτοι, τοῖς ἐκείνου ζυγοῖς ὑπενηνεγμένοι. Ἀλλ' ἡ τοῦ Σωτῆρος χάρις συνέτριψε μὲν τὸ ἐκείνου κέρας, κατελέπτυνε δὲ τὴν ὑπεροψίαν. Τεθριάμβευκε γὰρ ἀρχάς τε καὶ ἐξουσίας καὶ κοσμοκράτορας, τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις, ἐξείλετο δὲ ἡμᾶς, καὶ τῶν ἐκείνου δεσμῶν ἀπέλυσεν. Ἤγειρεν ἡμῶν τὴν Ἐκκλησίαν, τὴν ἁγίαν ἀληθῶς καὶ διαβόητον πόλιν, τὴν εὐρεῖαν καὶ εὐμηκεστάτην, ἣν B καταχάρπως ᾠκήκαμεν ἄνθρωποί τε καὶ κτήνη, τουτέστιν οἱ λελογωμένοι τε ἤδη, καὶ οἱ μήπω πρὸς τοῦτο ἥκοντες μέτρου, μέλλοντες δὲ καὶ μυσταγωγούμενοι. Κατῳκήκαμεν πόλιν, ἣν αὐτὸς τειχίζει Χριστὸς, ἀῤῥήτοις δυνάμεσι καταφλέγων τοὺς ἀνθεστηκότας, καὶ τῆς ἑαυτοῦ δόξης ἀναπιμπλῶν, καὶ οἷον ἑστηκὼς ἐν μέσῳ τῶν οἰκούντων, οἷς ἐπηγγέλλετο λέγων· « Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. » Ταύτης τῆς ἁγίας πόλεως διεμέμνητό που καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας, λέγων· « Οἱ ὀφθαλμοί σου ὄψονται Ἱερουσαλὴμ, πόλις πλουσία, σκηναὶ αἳ οὐ μὴ σεισθῶσιν, οὐδ' οὐ μὴ κλευθῶσιν οἱ πάσσαλοι τῆς σκηνῆς αὐτῆς, οὐδὲ τὰ σχοινία αὐτῆς οὐ μὴ διαῤῥαγῶσι. » Καὶ πρὸς αὐτὴν C δέ φησι· « Πλάτυνον τὸν τόπον τῆς σκηνῆς σου καὶ τῶν αὐλαιῶν σου. Πῆξον, μὴ φείσῃ· ἔτι εἰς τὰ δεξιὰ καὶ εἰς τὰ ἀριστερὰ ἐκπέτασον. » Κατευρύνεται γὰρ ἡ Ἐκκλησία Χριστοῦ, καὶ εἰς ἄπειρον ἐκτείνεται, ἀναριθμήτους ἀεὶ δεχομένη τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν.

*Ὦ, ὦ φεύγετε ἐκ γῆς βοῤῥᾶ, λέγει Κύριος, διότι ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων τοῦ οὐρανοῦ συνάξω ὑμᾶς, λέγει Κύριος. Εἰς Σιὼν ἀνασώζεσθε οἱ κατοικοῦντες θυγατέρα Βαβυλῶνος.*

ΙΒ'. Ἐπιστυγνάζει μὲν ὥσπερ τοῖς παθοῦσι τὴν αἰχμαλωσίαν, ὡς δύσοιστον ἀνατλᾶσι τὴν ταλαιπωρίαν, καὶ δὴ καὶ ἀπονοσφίζεσθαι κελεύει λοιπὸν τῆς Χαλδαίων χώρας, ὡς ἐνὸν ἤδη τοῦτο δρᾷν αὐτοῖς, ἐξείργοντος οὐδενὸς, αὐτοῦ τε συλλέγοντος ἐκ τόπου D παντὸς τοὺς ταῖς τῶν πολεμίων προσβολαῖς κατεσκεδασμένους. Θυγατέρα δὲ Βαβυλῶνος, καὶ γῆν τοῦ βοῤῥᾶ, τὴν [τῶν Χαλδαίων χώραν ὀνομάζει. Αἱ γὰρ μητροπόλεις ἐν τάξει μητέρων τίθενται ταῖς ἄλλαις, αἳ πράττοιεν ἂν ὑπ' αὐταῖς. Βορειοτέρα δέ πως καὶ πρὸς ἠῶ κειμένη, τῶν Χαλδαίων ἡ χώρα. Καὶ ταυτὶ μὲν ἡμῖν, ὡς πρός γε τὰ ἐκ τῆς ἱστορίας εἰρήσθω πάλιν.

Μεταφοιτᾷ δὲ ὁ λόγος εἰς θεωρίαν τὴν πνευματικὴν, καὶ τὸ τοῦ Σωτῆρος ἤδη πως εἰσκρίνεται πρόσωπον, καταγλυκαινομένου τρόπον τινὰ, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ ἐπιδακρύοντος τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, διά τοι τὸ πάντας τὴν τοῦ τυραννήσαντος Σατανᾶ λατρείαν ὑπο-

flamma circumseptam. Currit ergo angelus ut metiatur Jerusalem, ejusque latitudinem et longitudinem quasi definiat. Et hæc quidem historice.

Affirmaverim porro etiam de ipsa Christi Ecclesia visum hoc apte explicari posse. Exercuerat enim tyrannidem Satanas in mortales universos, eramusque captivi, illius jugo subditi. Verum Salvatoris gratia ejus cornu contrivit, et superbiam attenuavit. Triumphavit enim principes, et potestates, et mundi rectores, et adversarias virtutes, 687 eripuitque nos, et illius vinculis expedivit. Excitavit Ecclesiam nostram vere sanctam, et fama nobilem civitatem, latam et longissimam, quam cum fructu incolimus homines, et jumenta, hoc est verbo Dei instituti jam, et qui ad hunc terminum nondum pervenerunt, pervenient autem, et sacra doctrina adhuc imbuuntur. Habitamus civitatem, quam munit ipse Christus viribus, quantas oratio complecti nulla potest, urens adversarios, et gloria sua implens, et quasi in medio habitantium stans, quibus id promisit, in hæc verba : « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi [32]. » Hujus sanctæ civitatis meminit alicubi propheta quoque Isaias, his verbis : « Oculi tui videbunt Jerusalem, civitas dives, tabernacula quæ non commovebuntur, neque movebuntur paxilli tabernaculi ejus, neque funiculi ejus disrumpentur [33]. » Et ipsam sic alloquitur. « Dilata locum tabernaculi tui, et tentoriorum tuorum. Fige, ne parcas, adhuc ad dexteram et sinistram dilata [34]. » Dilatatur enim Ecclesia Christi, et in immensum extenditur, innumerabiles semper ipsum adorantes suscipiens.

Vers. 6, 7. *O, o fugite de terra aquilonis, dicit Dominus : quia de quatuor ventis cœli congregabo vos, dicit Dominus. In Sion salvamini, qui habitatis filiam Babylonis.*

XII. Ingemiscit quodammodo super iis qui captivi fuerant, ut ærumna intolerabili exercitis : atque etiam de cætero decedere Chaldæorum terra hortatur, quod illis jam istud facere nemine vetante liceat, et ipse hostium impressionibus dispersos colligat. Filiam porro Babylonis et terram aquilonis Chaldæorum regionem nominat. Metropoles enim aliis urbibus sibi subjectis instar matrum sunt. Chaldæorum vero regio aquilonem inter et orientem sita est. Et ista quidem a nobis secundum historiam dicta rursum sunto.

Transit autem sermo ad considerationem spiritualem, et personam Salvatoris deinceps insinuat, dulci affectu veluti liquescentis, et propemodum illacrymantis mortalibus, quia omnes ad tyrannum Satanam colendum properent, et illi serviant servitutem adeo

[32] Matth. XXVIII, 20. [33] Isa. XXXIII, 20. [34] Isa. LIV, 2.

immitem, ut, dum ejus voluntati obsequuntur, magno et gravi onere premi videantur. **668** Est igitur illis auctor aufugiendi, ut ex terra aquilonis, hoc est ex terra frigida : ut hinc affectionem quamdam morumque constitutionem mundanam cogitemus, quam si quis habuerit, ipsamque visus fuerit habitare, non erit spiritu fervens, nec habebit in se habitans ignitum Dei verbum. Psallit namque alicubi David : « Ignitum eloquium tuum vehementer, et servus tuus dilexit illud [35]. » Quocirca qui fervidum et ignitum Dei eloquium non habet, frigidus et mortuus est. Propter abundantiam enim iniquitatis fore ut refrigescat charitas multorum, etiam Christus dixit [36]. Filia vero Babylonis peccatum appellabitur : et perquam apposite, si verum est, ea voce confusionem significari. Erit igitur peccare negotium animi nondum constituti et firmati : sed confusi potius, et quodammodo inclinationibus ad vitia temulenti. Recedendum itaque quasi de terra aquilonis, a frigida et mortua affectione animi, et transeundum in Sion, hoc est ad veram speculam, ut intelligamus Ecclesiam Christi, in qua versantes videbimus voluntatem Dei, et doctrinam de sancta consubstantialique Trinitate expendemus, et ipsum Christum inveniemus nos omnimodis congregantem, spiritualique vinculo ad concordiam colligantem. Dixit enim de nobis : « Quia et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere, et erit unum ovile et unus pastor [37]. »

VERS. 8. *Quia hæc dicit Dominus omnipotens : Post gloriam misit me ad gentes quæ spoliaverunt vos, quia qui tangit vos, quasi tangens pupillam oculi sui.*

XIII. Christum etiam veteribus populis auxiliarium et liberatorem fuisse, nemo studiosus veritatis vocare in dubium potest. Si enim ipse erat illa petra [38], sitibundum in solitudine Israelem potans [39], et ipse est per quem omnia a Deo et Patre accepimus, neutiquam dubitandum quin per ipsum quoque omnis liberatio omni tempore et omne genus auxilii administratum sit. Jam vero his verbis ipsum in fide justificatos et sanctificatos in spiritu alloqui, et incarnationis modum ostendere dicimus. Post gloriam enim missum se ait, nec potest orationis vanitatem adhibere ullo modo. Si enim « cum in forma Dei Patris esset, qui ex ipso et in ipso est Deus Verbum, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, **669** sicut scriptum est nihilominus ad formam servi devenit, et humiliavit semetipsum, factus similis nobis [40], » quomodo non post gloriam ipsi summopere congruentem factus est? Quæ igitur causa fuit ut temporalem ignominiam pateretur? Quia venit spoliatum spoliatores, et qui degentes in terris, id est nos jugo suo subjecerant, quos mali-

A δραμεῖν, καὶ δουλείαν ἀνατλῆναι τὴν οὕτω σκληράν, ὡς τοῖς ἐκείνου θελήμασιν ὁρᾶσθαι κατηχθεσμένους. Προτρέπει τοίνυν ἀποδραμεῖν ὡς ἐκ γῆς βοῤῥᾶ, τουτέστιν ὡς ἀπὸ χώρας τῆς κατεψυγμένης, ἵνα τούτου πλαγίως διάθεσίν τινα, καὶ ἠθῶν κατάστασιν ἐννοῶμεν κοσμικήν, ἥν εἴπερ τις ἔχοι, καὶ αὐτὴν ὁρῷτο κατοικῶν, οὐκ ἂν εἴη τῷ πνεύματι ζέων, οὐδ' ἂν ἔχοι κάτοικον ἐν ἑαυτῷ τὸν διάπυρον τοῦ Θεοῦ λόγον. Ψάλλει γάρ που πρὸς Θεὸν ὁ Δαβίδ· « Πεπυρωμένον τὸ λόγιόν σου σφόδρα, καὶ ὁ δοῦλός σου ἠγάπησεν αὐτό. » Οὐκοῦν ὁ τὸν ζέοντα καὶ διάπυρον τοῦ Θεοῦ λόγον οὐκ ἔχων, ἀπεψυγμένος ἂν εἴη καὶ νεκρός. Καταψυγήσεσθαι γὰρ τὴν ἀγάπην τῶν πολλῶν διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ἔφη Χριστός. Καὶ ἡ θυγάτηρ δὲ Βαβυλῶνος ἡ ἁμαρτία λελέξεται, καὶ
B μάλα εἰκότως, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὡς ἑρμηνεύεται μὲν σύγχυσις, ἡ Βαβυλών. Εἴη δ' ἂν ἔργον τὸ πλημμελεῖν, οὐχὶ νοῦ καθεστηκότος καὶ ἐρηρεισμένου, συγκεχυμένου δὲ μᾶλλον, καὶ οἱονείπως καταμεθύοντος ταῖς εἰς φαυλότητα ῥοπαῖς. Δεῖ δὴ οὖν ἄρα ἀποφοιτᾷν ὡς ἐκ γῆς βοῤῥᾶ τῆς ἀπεψυγμένης καὶ νεκρᾶς τοῦ νοῦ διαθέσεως, μεταφοιτᾷν δὲ εἰς Σιὼν, τουτέστιν εἰς τὸ ἀληθινὸν σκοπευτήριον, ἵνα νοῶμεν τὴν Ἐκκλησίαν Χριστοῦ, ἐν ᾗ γεγονότες κατοψόμεθα τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν, καὶ τοὺς ἐπὶ τῇ ἁγίᾳ καὶ ὁμοουσίῳ Τριάδι περιαθρήσομεν λόγους, καὶ αὐτὸν εὑρήσομεν ἐκ παντὸς ἡμᾶς τρόπου συναγείροντα Χριστὸν, καὶ συνδέοντα πνευματικῶς εἰς ὁμοψυχίαν. Ἔφη γὰρ περὶ ἡμῶν· « Ὅτι καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης, κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν,
C καὶ γενήσεται μία ποίμνη καὶ εἷς ποιμήν. »

*Διότι τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ὀπίσω δόξης ἀπέσταλκέ με ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ σκυλεύσαντα ὑμᾶς, διότι ὁ ἁπτόμενος ὑμῶν ὡς ὁ ἁπτόμενος τῆς κόρης τοῦ ὀφθαλμοῦ αὐτοῦ.*

ΙΓ'. Ὅτι μὲν ἐπήμυνέ τε καὶ ἐλυτροῦτο Χριστὸς καὶ τοὺς πάλαι λαοὺς, ἐνδοιάσειεν ἂν οὐδεὶς, εἴ γε νοῦν ἔχει τῆς ἀληθείας τὸν ἐραστήν. Εἰ γὰρ αὐτὸς ἦν ἡ πέτρα, δεδιψηκότα κατὰ τὴν ἔρημον ποτίζων τὸν Ἰσραὴλ, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ δι' οὗ τὰ πάντα παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, πῶς ἔστιν ἀμφιβάλλειν, ὅτι δι' αὐτοῦ καὶ πᾶσα λύτρωσις κατὰ πάντα καιρὸν, καὶ ἅπας ἐπικουρίας ἐπράττετο τρόπος; Πλὴν ἔν γε τούτῳ φαμὲν τοῖς ἐν πίστει δεδικαιωμένοις, καὶ
D ἡγιασμένοις ἐν πνεύματι, προσφωνεῖν αὐτὸν, καὶ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως κατασημαίνειν τρόπον. Ὀπίσω γὰρ δόξης ἀπεστάλθαι φησὶ, καὶ ψευδοεπήσειεν ἂν οὐδαμῶς. Εἰ γὰρ ἐν μορφῇ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὑπάρχων ὁ ἐξ αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ Θεὸς Λόγος, « οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, καθὰ γέγραπται, καθίκετο δὲ καὶ εἰς δούλου μορφὴν, καὶ τεταπείνωκεν ἑαυτὸν, γενόμενος καθ' ἡμᾶς· » πῶς οὐκ ὀπίσω γέγονε τῆς ὅτι μάλιστα πρεπούσης εὐκλείας αὐτῷ; Τίς οὖν ὁ λόγος τοῦ χρῆναι παθεῖν αὐτὸν τὴν πρόσκαιρον ἀδοξίαν; Ἀφίκετο μὲν γὰρ σκυλεύσων τοὺς πεπορθηκότας, καὶ τοῖς σφῶν αὐτῶν

[35] Psal. cxviii, 140. [36] Matth. xxiv, 12. [37] Joan. x, 16. [38] I Cor. x, 4. [39] Num. xx, 2 seqq. [40] Psal. ii, 6-8.

ὑπενεγκόντας ζυγοῖς τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, τουτέστιν A ἡμᾶς, οὓς αἱ πονηραὶ καὶ ἀντικείμεναι δυνάμεις ἀσχέτως κατεληΐζοντο. Σκυλεύονται δὲ νυνὶ, τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ συγκομίζοντος ἡμᾶς διὰ τῆς πίστεως εἰς ἑαυτὸν, καὶ ἰδίους ἱστάντος προσκυνητὰς, τοὺς ταῖς παρ' ἐκείνων πλεονεξίαις πεφορτισμένους, καὶ τοσαύτην ἡμῖν παρέχοντος τὴν ἀσφάλειαν, ὥστε τὸν ἐθέλοντα λυπεῖν, μονονουχὶ τῆς ἰδίας ἅπτεσθαι κόρης. Περιτρέπεται γὰρ ἀείπερ εἰς πᾶν τοὐναντίον τῶν πραγμάτων ἡ ἔκβασις τοῖς διώκουσι τὴν Ἐκκλησίαν, λέγοιτο δ' ἂν ἐφ' ἑκάστῳ τὸ ἐν Ψαλμοῖς· « Λάκκον ὤρυξε, καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον ὃν εἰργάσατο· ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ κορυφὴν αὐτοῦ ἡ ἀδικία αὐτοῦ καταβήσεται. » Ἅψεται δὴ οὖν ἑαυτοῦ, φησὶν, ὁ ταῖς τῶν ἐμοὶ πεπιστευκότων B ἐπιβουλεύων ψυχαῖς. Τοῦτό τοί φησι καὶ διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος φωνῆς· « Μὴ ἅπτεσθε τῶν Χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε. » — « Εἰ γάρ ἐσμεν σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέλους, » πῶς ἂν πρόοιτο τοῖς φιλαμαρτήμοσι τὸ ἴδιον σῶμα; ἢ πῶς ἀνέξεται κακῶν ἀναπιμπλᾶν τὰ μέλη; Μᾶλλον δὲ, πῶς οὐκ ἂν τὴν ἐσχάτην ἀποτίσειαν δίκην, οἱ τοῖς ὑπ' αὐτῷ γεγονόσιν ἀνοσίως ἐπιβουλεύοντες;

gnæ et adversariæ potestates impotenter deprædabantur. Nunc vicissim spoliantur, Christo omnium nostrum Salvatore nos in ipso congregante per fidem, et adoratores suos illorum potentia et dominatione afflictatos instituente, tantamque securitatem afferente ut qui nobis exhibere molestiam conetur, tantum non pupillam suam tangat. Semper enim persecutoribus Ecclesiæ conatus ipsorum in caput reciderunt, et possit super unoquoque dici quod exstat in Psalmis : « Lacum aperuit, et effodit eum, et cadet in foveam quam fecit; convertetur labor ejus in caput ipsius, et in verticem ejus iniquitas ipsius descendet [41]. » Tanget igitur se, inquit, qui animabus in me credentium insidiatur. Hoc igitur per Psalmistam dicit : « Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari [42]. » — « Si enim sumus corpus Christi, et membra de membro [43] (1), » quomodo corpus suum peccatoribus objecerit? aut quomodo membra sua malis cumulari sustinuerit? Imo, quomodo non ultima luant supplicia, qui servis ejus scelerate insidias moliuntur?

*Διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἐπιφέρω τὴν χεῖρά μου ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἔσονται σκῦλα τοῖς δουλεύουσιν αὐτοῖς, καὶ γνώσεσθε διότι Κύριος παντοκράτωρ ἐξαπέσταλκέ με.*

VERS. 9. *Quia ecce ego infero manum meam super eos, et erunt prædæ his qui servierant eis, et cognoscetis quia Dominus omnipotens misit me.*

ΙΔ'. Ἥψατο γὰρ τῶν κοσμοκρατόρων τοῦ αἰῶνος τούτου Χριστὸς, καὶ ἀφορήτῳ χειρὶ τὰς τοῦ μιαιφόνου C δράκοντος συνέτριψε κεφαλὰς, καὶ δέδωκεν ἡμῖν « πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. » Καὶ οἱ ποτὲ δεινοὶ, καὶ παγχάλεποι, καὶ δυσάντητον ἔχοντες τὴν προσβολὴν, γεγόνασι σκῦλα τοῖς δεδουλευκόσιν αὐτοῖς. Ἡμεῖς γὰρ οἱ πάλαι ταῖς ἁμαρτίαις τυραννούμενοι, δεδικαιώμεθα μὲν ἐν Χριστῷ, ἀφίγμεθα δὲ ἤδη πρὸς τοῦτο λοιπὸν εὐθυμίας πνευματικῆς, ὡς διαπρέπειν δύνασθαι διὰ πάσης ἀρετῆς, καὶ τὸν ἐν Χριστῷ τε καὶ ἀγγελικὸν κατορθῶσαι βίον, εἶτα χαρισμάτων ἀναπίμπλασθαι τῶν παρ' αὐτοῦ, καὶ λαβεῖν ἐξουσίαν κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων, καὶ δαίμοσιν ἀνοσίοις ἐπιτιμᾷν, ὑποστρωννύντος Χριστοῦ, καὶ συντρίβοντος ὑπὸ πόδας ἁγίων αὐτόν τε τὸν Σατανᾶν καὶ τὰς ὑπ' αὐτῷ δυνάμεις πονηρίας. Καθ' ἕτερον δὲ τρόπον D σκυλεύσειεν ἄν τις τοὺς ποτε κεκρατηκότας. Ὅτε γὰρ τῶν ἰδίων καταθλοῦμεν παθῶν, καὶ τοῦ παντὸς ἄξιον ποιούμεθα λόγου, τὸ κρατεῖν ἡδονῶν κοσμικῶν τε καὶ σαρκικῶν, καὶ ἁπάσης ἐκτόπου καὶ μυσαρᾶς ἐπιθυμίας, τότε τοὺς κεκρατηκότας ποτὲ νενικήκαμεν, κἂν ἴδωμεν ἑαυτοὺς γεγονότας ἐν τούτοις. Τότε δὴ, τότε γνωσόμεθα καὶ διὰ πείρας αὐτῆς, ὅτι Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, ἀπεστάλη μετὰ σαρκὸς εἰς τόνδε τὸν κόσμον παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ὀπίσω δόξης γέγονεν οὐχ ἑτέρου του χάριν, ἢ ἵνα δεσμεύσῃ τὸ

XIV. Tetigit enim rectores mundi hujus Christus, manuque intoleranda cruenti draconis capita contrivit [44], deditque nobis « calcare supra serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici [45]. » Et qui erant aliquando formidabiles et atrocissimi, quibusque obviam iri non poterat, facti sunt spolia servis suis. Nos enim qui quondam peccatorum tyrannidem patiebamur, justificati quidem sumus in Christo [46], et jam ad tantam securitatem spiritualem pervenimus, ut omni virtute possimus excellere, et in Christo vitam angelicam probe vivere; deinde charismatis ejus repleri, et accipere potestatem contra spiritus immundos, et dæmones increpare, **670** substernente Christo, et ipsum Satanam, virtutesque illius malignas, sub pedibus sanctorum conterente [47]. Alia insuper via spoliare victores licet. Quando enim concitatos animorum nostrorum motus oppugnamus, et mundanas, carnalesque voluptates, et quamvis a ratione aversam, et exsecrandam voluptatem vincere in magnis numeramus, tunc victores vicimus, etiamsi nos ipsis fuisse obnoxios videamus. Tunc, tunc ipsa quoque experientia discemus, quod Deus Verbum carnem indutus in hunc mundum a Deo et Patre missus, nec alia de causa post gloriam factus sit, quam ut alligaret quod contritum erat, et confirmaret infirma, et dejecta erigeret, et quod | erat debile corro-

[41] Psal. VII, 16, 17. [42] Psal. CIV, 15. [43] I Cor. XII, 27. [44] Gen. III, 15. [45] Luc. X, 19. [46] I Cor. VI, 11. [47] Marc. VI, 7.

(1) In Græco est ἐκ μέρους, *ex parte*, ut etiam in Novo Testamento.

borarct, et quod perierat ad salutem restitueret [48].

Vers. 10-12. *Delectare et gaude, filia Sion, quia ecce ego venio, et habitabo in medio tui, dicit Dominus. Et confugient gentes multæ ad Dominum in die illa, et erunt ei in populum, et habitabunt in medio tui, et scies quoniam Dominus omnipotens misit me ad te. Et possidebit Dominus Judam partem suam super terram sanctam, et eliget adhuc Jerusalem.*

A συντετριμμένον, νευρώσῃ τὸ ἠσθενηκὸς, ἀνορθώσῃ τὸ κατεῤῥαγμένον, εὐσθενὲς ἀποφήνῃ τὸ ἄναλκι, θεραπεύσῃ τὸ ἀπολωλός.

*Τέρπου καὶ εὐφραίνου, θύγατερ Σιὼν, διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει Κύριος. Καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν Κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαὸν, καὶ κατασκηνώσουσιν ἐν μέσῳ σου, καὶ ἐπιγνώσῃ ὅτι Κύριος παντοκράτωρ ἐξαπέσταλκέ με πρός σέ. Καὶ κατακληρονομήσει Κύριος τὸν Ἰούδαν τὴν μερίδα αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἁγίαν, καὶ αἱρετιεῖ ἔτι τὴν Ἱερουσαλήμ.*

XV. Et hinc cognoscere poteris supremæ lætitiæ materiam mortalibus futurum Salvatoris in terras adventum. Delectari etenim et lætari omnino jussit spiritualem Sion, quæ est Ecclesia Dei viventis [49], sive ipsa per fidem salvatorum sacratissima multitudo. Promittit autem se venturum, et prorsus cum ipsis futurum. Inquit enim divinus Joannes [50], In mundo erat, et a creaturis suis non disjungebatur Deus Verbum: sed ipse vitam viventibus impertiebat, et continebat, atque conservabat omnia ut bene essent et viverent; « Sed mundus eum non cognovit [51]. » Adoravit enim creaturam [52]. Fuit autem nobiscum, quando, similitudine nostra suscepta, per sanctam Virginem natus, « Et in terris visus, et cum hominibus conversatus est [53]. » Testatur idem sanctus David: « Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit [54]. » Tunc et gentibus manifestatus est. Non enim amplius Israeliticum genus tantummodo per vetus illud mandatum erudiebat: quinimo evangelicis prædicationibus totus sub sole **671** orbis inaurabatur, et evasit in omni gente et in omni regione magnum nomen ejus [55]. Ipse enim erat *exspectatio* gentium, juxta prophetam [56], et ipsi curvabitur « omne genu, cœlestium, terrestrium et infernorum; et omnis lingua confitebitur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris [57]. » Concurrerunt enim per fidem in ipsum, et cum ipso habitarunt in sancta, et quæ duntaxat intelligitur Sion, qui habitant in ultimis mundi finibus, cognoveruntque perspicue Deum sic dilexisse mundum, « ut dederit Filium suum unigenitum, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam [58]. » Misit enim nobis de cœlo Filium suum Pater, Salvatorem et Redemptorem, ut credentes in illum, in ipso Patrem videamus, et ut expressam genitoris imaginem eum qui ex ipso secundum naturam natus est intuentes, archetypum cogitemus [59]. Tunc nimirum, tunc et possessio ejus Judas factus est, hoc est omnis confitens et glorificans ipsum: Judas enim redditur *confessio*. Nam ut est apud Paulum: « Non qui in manifesto est Judæus, neque circumcisio quæ in carne manifesto fit, sed qui in occulto Judæus est, et circumcisio cordis in spiritu, non littera, cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo [60]. » Quotquot

ΙΕ'. Κἀντεῦθεν ἂν μάθοις, ὡς ἔσται τῆς ἀνωτάτω θυμηδίας ὑπόθεσις τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ Σωτῆρος ἡ B παρουσία. Τέρπεσθαι γὰρ καὶ εὐφραίνεσθαι προστέταχεν ἀναγκαίως τὴν νοητὴν Σιὼν, ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, ἤγουν αὐτὴ τῶν διὰ πίστεως σεσωσμένων ἡ ἱερωτάτη πληθύς. Κατεπηγγέλλετο δὲ, ὅτι καὶ ἥξει, καὶ ἔσται δὴ πάντως ἐν μέσῳ αὐτῆς. Ἡμῖν γάρ φησιν ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης· Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ τῶν αὐτοῦ κτισμάτων οὐκ ἀπενοσφίζετο Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, ἀλλ' ἦν αὐτὸς ζωοποιῶν τὰ ζωῆς μετέχοντα, καὶ συνέχων τὰ πάντα πρὸς τὸ εὖ εἶναι καὶ ζῆν· « Ἀλλ' ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. » Προσκεκύνηκε γὰρ τῇ κτίσει. Γέγονε δὲ μεθ' ἡμῶν, ὅτε τὴν καθ' ἡμᾶς ὁμοίωσιν ἀναλαβὼν, διὰ τῆς ἁγίας ἐγεννήθη Παρθένου, « Ὅτε καὶ ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. » Καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· « Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, C ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται. » Τότε γέγονε καὶ καταφανὴς τοῖς ἔθνεσιν. Οὐ γὰρ ἔτι μόνον τὸ ἐξ Ἰσραὴλ ἐπαιδεύετο γένος, διὰ τῆς ἀρχαίας ἐκείνης ἐντολῆς· κατεχρυσοῦτο δὲ μᾶλλον τοῖς εὐαγγελικοῖς κηρύγμασιν ἡ ὑπ' οὐρανὸν, καὶ γέγονεν ἐν ἔθνει παντὶ καὶ ἐν πάσῃ δὲ χώρᾳ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Αὐτὸς γὰρ ἦν ἡ *προσδοκία* τῶν ἐθνῶν, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν, καὶ αὐτῷ κάμψει « πᾶν γόνυ, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται· ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. » Συνδεδραμήκασι γὰρ διὰ πίστεως ἐπ' αὐτὸν, καὶ σὺν αὐτῷ κατῳκήκασιν ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ νοητῇ Σιὼν, οἱ ἐκ περάτων τῆς γῆς, ἐγνώκασί τε σαφῶς, ὅτι οὕτως ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, « ὥστε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ D τὸν μονογενῆ δέδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. » Ἐξαπέστειλε γὰρ ἡμῖν ἐξ οὐρανοῦ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ὁ Πατὴρ, Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν, ἵνα πιστεύσαντες εἰς αὐτὸν, ἐν αὐτῷ τὸν Πατέρα ὀψώμεθα, καὶ ὡς εἰκόνα βλέποντες ἀκριβῆ τοῦ γεγεννηκότος τὸν ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν, ἐννοῶμεν τὸ ἀρχέτυπον. Τότε καὶ κλῆρος γέγονεν Ἰούδας Κυρίου, τουτέστι πᾶς ὁ ἐξομολογούμενός τε καὶ δοξολογῶν αὐτόν· *ἐξομολόγησις* γὰρ ὁ Ἰούδας ἑρμηνεύεται. Ὡς γὰρ ὁ Παῦλός φησιν, « Οὐχ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖος, οὐδὲ ἐν φανερῷ καὶ σαρκὶ περιτομὴ, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖός ἐστι, καὶ

[48] Ezech. xxxiv, 16. [49] I Timoth. iii, 15. [50] Joan. i, 10. [51] ibid. [52] Rom. i, 25. [53] Baruch iii, 38. [54] Psal. xlix, 3. [55] Malach. i, 11. [56] Gen. xlix, 10; Agg. ii, 8. [57] Philipp. ii, 10, 11. [58] Joan. iii, 16. [59] Joan. xiv, 7 seqq.; Coloss. i, 15. [60] Rom. ii, 28, 29.

περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι, οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ.» Ὅσοι τοιγαροῦν τὴν ἐν πνεύματι περιτομὴν διὰ Χριστοῦ πεπλουτήκαμεν, κλῆρος αὐτοῦ γεγόναμεν «ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἁγίαν,» ἵνα τὴν ἄνω νοῶμεν πόλιν, τὴν νοητὴν Ἱερουσαλὴμ, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεὸς, ὁ φιλητήν τε αὐτὴν καὶ αἱρετὴν ποιούμενος. «Αἱρετιεῖ γὰρ, φησὶν, ἔτι τὴν Ἱερουσαλήμ.» Οὐκ ἀπίθανον δὲ πάλιν εἴπερ ἕλοιτό τις Ἱερουσαλὴμ οἴεσθαι καὶ νῦν ὠνομάσθαι τὴν Ἐκκλησίαν, ἣν καὶ Θεοῦ πόλιν ἀποκαλεῖ, λέγων ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· «Καθάπερ ἠκούσαμεν, οὕτω καὶ εἴδομεν ἐν πόλει Κυρίου τῶν δυνάμεων, ἐν πόλει τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.»

*Εὐλαβείσθω πᾶσα σὰρξ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, διότι ἐγήγερται ἐκ νεφελῶν ἁγίων αὐτοῦ.*

ΙϚʹ. Ἐπιφώνημα μὲν τοῦτο καλὸν καὶ ἐπωφελὲς, καὶ πρόσκλησις ἀγαθὴ, τοῖς ἐθέλουσιν εὐδοκιμεῖν, εἴτε παρ' αὐτοῦ γέγονε τοῦ Θεοῦ, εἴτε μὴν ἐκ προσώπου τοῦ προφητικοῦ. Πλὴν ἐκεῖνο περιαθρητέον. Ὡς γὰρ πάντη τε καὶ πάντως ἀπολουμένων οἵπερ ἂν αὐτῷ μὴ πιστεύσειαν, εὐλαβεῖσθαι προστέταχε· τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν οὐ προσιεμένοις ἐπεφώνει τοῖς ἐξ Ἰσραήλ· «Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι, ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἀποθανεῖσθε·» καὶ πάλιν, «Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν, οὐ κρίνεται, ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.» Ταύτητοι καὶ λίθος προσκόμματος, καὶ πέτρα σκανδάλου κατωνόμασται Χριστός. Ὥσπερ γάρ ἐστιν ὁμολογουμένως καλὸν καὶ σωτήριον τὸ πίστει στεφανοῦν αὐτὸν, οὕτω καὶ ὀλέθρου πρόξενον, τὸ μὴ εὐλαβεῖσθαι τὸν δι' ἡμᾶς ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς γεγονότα, καὶ οὐχ ἑτέρου του χάριν, ἢ ἵνα σώσῃ τὸ ἀπολωλός. Ἐγηγέρθαι δὲ ἐκ νεφελῶν ἁγίων αὐτὸν νομιοῦμεν πάλιν, ὡς ἐξ ἠρεμίας τῆς πάλαι καὶ σιωπῆς ἀφιγμένον εἰς κίνησιν τῆς ἐν ἡμῖν φροντίδος, γεγονότα γε μὴν ἐκ σπέρματος ἁγίων Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ, Ἰεσσαὶ, καὶ Δαβὶδ, ἐκ τῶν σὺν ἐκείνοις γενεαλογουμένων, οὓς καὶ νεφέλας ἀποκαλεῖ, διά τοι τὸ ὕψου φέρεσθαι τῶν ἁγίων τὸν νοῦν, καὶ παραιτεῖσθαι μὲν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς καὶ φρόνημα τὸ κατεῤῥιμμένον, ζητεῖ[ν] δὲ μᾶλλον τὰ ἄνω καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ μὴν καὶ τὸ ἐν τάξει νεφῶν, τοῖς νοητοῖς ὑετοῖς κατάρδειν ἑτέρους. Ὅτι δὲ τὴν ἀνάστασιν ἐννοεῖ, πληροφορήσει πάλιν αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος φωνῆς οὕτω λέγων· «Ἕνεκεν τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν καὶ τοῦ στεναγμοῦ τῶν πενήτων νῦν ἀναστήσομαι.» Ἐγήγερται τοίνυν, τουτέστι, κεκίνηται λοιπὸν εἰς ἐπικουρίαν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς πεπραχόσιν ἀθλίως. Αὐτὸς δὲ ἡ τῶν κακῶν ἁπάντων λύσις, καὶ τῆς ἀρχαίας ἀρᾶς τὸ πέρας, καὶ ἀρχὴ τοῦ παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ δοτὴρ ἐλπίδος τῆς εἰς αἰῶνα τὸν μέλλοντα.

A igitur circumcisionem in spiritu per Christum ut divitias acquisivimus, possessio ejus facti sumus «super terram sanctam,» ut superam civitatem meditemur, Jerusalem, quæ animo videtur, cujus et conditor Deus [61], qui ipsam amabilem et optabilem facit. «Eliget enim adhuc Jerusalem,» inquit. Non est insuper improbabile, si quis existimare volet, Jerusalem et nunc vocatam esse Ecclesiam, quam et Dei civitatem divinus David nominat, cum ait: «Sicut audivimus, ita et vidimus, in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri [62].»

Vers. 13. *Timeat omnis caro a facie ejus, quia excitatus est e nubibus sanctis suis.*

B XVI. Pulchrum hoc, et utile epiphonema, et cohortatio bona volentibus bene audire, sive a Deo est, sive ex persona prophetæ. Verumtamen illud considerandum diligenter. Timere enim jubet, quasi perditis penitus, quicunque ipsi non crediderint. Hoc et ipse Christus Israelitis fidem in ipsum non admittentibus minabatur, cum diceret: «Amen dico vobis, nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris [63];» et iterum: «Qui credit in Filium, non judicatur; qui autem non credit, jam judicatus est, quia non credidit in nomine **672** Filii Dei [64].» Idcirco et lapis offensionis et petra scandali dictus est Christus [65]. Quemadmodum enim citra dubitationem cujusdam laudabile et salutare est fide ipsum honorare, ita et exitiosum non timere, C qui propter nos nostra suscepit, nec alia de causa quam ut salvaret quod perierat [66]. Excitatum autem ipsum ex nubibus sanctis suis præterea putabimus, ut qui ex antiqua quiete et silentio ad motum sollicitudinis circa nos venerit, natum ex semine sanctorum Abraham, Isaac, Jesse, et David, et aliorum qui in ordine generationis deinceps recensentur, quos et nubes appellat, quod sanctorum mens sublime feratur, et terrena cogitataque humilia repudiet, et superna potius ac cœlestia quærat: quinetiam, more nubium, pluviis quæ intelliguntur nec apparent, alios irriget. Quod autem exsurrectionem intelligat, rursum Salvator ipse testificatur, voce Psalmographi ita loquens: «Propter miseriam inopum et gemitum pauperum, nunc exsurgam [67].» D Excitatus est igitur, hoc est motus est de cætero ad ferendam opem miseris et afflictis super terram. Ipse autem malorum omnium est solutio, et veteris maledicti finis, et principium omnis boni, et largitor spei vitæ sempiternæ.

## ΚΕΦΑΛ. Γʹ.

*Καὶ ἔδειξέ μοι Κύριος Ἰησοῦν τὸν ἱερέα τὸν μέγαν ἑστῶτα πρὸ προσώπου ἀγγέλου Κυρίου.*

## CAP. III.

Vers. 1, 2. *Et ostendit mihi Dominus Jesum sacerdotem magnum stantem ante faciem angeli Domini.*

[61] Hebr. XI, 10. [62] Psal. XLVII, 9. [63] Joan. VIII, 24. [64] Joan. III, 18. [65] I Petr. II, 8. [66] Matth. XVIII, 11. [67] Psal. XI, 6.

*Et diabolus stabat a dextris ejus, ut adversaretur ei. Et dixit Dominus ad diabolum : Increpet Dominus in te, diabole, et increpet in te qui elegit Jerusalem. Nonne ecce hoc ut torris extractus ex igne?*

XVII. Narratio visionem continet, verumtamen sensum habet historicum, sub ænigmate se insinuantem et ut imagine iterum Jesum describentem. Tenendum porro, prophetam visione jam re perfecta et ad exitum deducta verba facere. Est autem nequaquam fabulosus sermo, neque ab instituto alienus, neque otiosas narrationes acervat: verum, ut dixi, principio antequam evenirent, ista vidit, et annuntiare magnum operæ pretium ducit, dum ita erudiat et tutum reddat Israelem, ne similibus B sese delictis iterum involvat, iterumque captivus fiat, sciens se salvatum cum labore, et liberationem quoque ipsi opus erat gratiam **673** propemodum vel ipsis in cœlo angelis curæ ac sollicitudini fuisse. Ait ergo se vidisse stantem angelum, et coram eo Jesum filium Josedec sacerdotem magnum. Et angelus quidem typum et imaginem Christi gerebat : sacerdos autem totius populi personam sustinuisse potest intelligi : sic enim divina Scriptura eum accipit. Quare alicubi ad Mosen dicit Deus : « Et ecce ego accepi Levitas pro omnibus filiis Israel, dono dati sunt mihi [68]. » Quocirca nihil adversus decorum peccat oratio, pro omni populo sacerdotem accipiens. Postquam enim Israel, cultis idolis spretisque legibus per Mosen latis, abjectus est a facie C Dei, postmodum justa in eum ira expleta, misericordia a Deo est affectus, et denuo ad conspectum ejus revocatus. Et hoc, opinor, est, sub quodam integumento verborum, stare sacerdotem ante faciem angeli Domini. In ira quippe aversatur, et oculos removet a contemptoribus: contra miserans intuetur et respicit. Hinc et divinus Psaltes orabat ita : « Ne avertas faciem tuam a me, et ne declines in ira a servo tuo [69]. » Et iterum : « Respice in me, et miserere mei [70]. » Cæterum natura benignus et misericors Deus Israelem a peccato liberabat. Qui autem in illud induxerat Satanas stabat, nihilominus adversans, et se opponens illi, et deserens illum insuper, et, quod quidem ad arbitrium ac voluntatem ipsius at- D tinebat, misericordiam, ut peccatis obnoxio et impietatis criminibus irretito et nullius frugis tribui non sinens. « Stabat enim, inquit, ac dextris ejus, » quodam modo dextera destruens : non enim sinistras res nostras, sed dextras et laudabiles oppugnat. Hoc contigisse cuidam in Christum impiorum beatus David sentiebat dicens : « Diabolus stet a dextris ejus [71]. » Adversabatur ergo Satanas : sed angeli voce increpabatur. Audivit enim dicentem : « Increpet Dominus in te, diabole, et increpet Dominus in te, qui elegit Jerusalem. » Considera enim quomodo illico Deo infestum et supernis calculis

A *Καὶ ὁ διάβολος εἱστήκει ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τοῦ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ. Καὶ εἶπε πρὸς τὸν διάβολον· Ἐπιτιμήσαι Κύριος ἐν σοί, διάβολε, καὶ ἐπιτιμήσαι ἐν σοὶ ὁ ἐκλεξάμενος τὴν Ἱερουσαλήμ. Οὐκ ἰδοὺ τοῦτο ὡς δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρός;*

ΙΖ'. Ὅρασις μὲν τὸ διήγημα, πλὴν ἔχει λόγον ἱστορικὸν, αἰνιγματωδῶς εἰσβάλλοντα, καὶ ὡς ἐν εἰκόνι πάλιν τῷ Ἰησοῦ προσδιαγραφόμενον. Ἰστέον δὲ, ὅτι τῶν ἐν ταῖς ὁράσεσιν εἰς πέρας ἐκβεβηκότων, τοὺς περὶ αὐτῶν ὁ προφήτης ποιεῖται λόγους. Εἰκαιομυθὴς δὲ οὐδαμῶς, οὐδὲ μὴν κατόπιν τῶν ἐπιτηδευμάτων ἔρχεται, καὶ περιττῶν ἡμῖν διηγημάτων σωρεύει ὄχλον· ἀλλ', ὡς ἔφην, ἐν ἀρχαῖς πρὸ τῶν πραγμάτων τεθέαται ταῦτα, καὶ ἀπαγγέλλειν ποιεῖται περὶ πολλοῦ, σοφόν τε καὶ ἀσφαλῆ καθιστὰς τὸν Ἰσραὴλ, ἵνα μὴ τοῖς ἴσοις πταίσμασι περιπεσὼν, ἁλοίη καὶ δεύτερον, εἰδὼς, ὅτι σέσωσται μετὰ πόνου, καὶ μονονουχὶ φροντὶς γέγονε καὶ τοῖς ἐν οὐρανῷ ἀγγέλοις ἡ ἐπ' αὐτῷ λύτρωσίς τε καὶ χάρις. Ἔφη τοίνυν, ὅτι τεθέαται μὲν ἑστῶτα τὸν ἄγγελον, πρὸ προσώπου δὲ αὐτοῦ τὸν Ἰησοῦν τὸν Ἰωσεδὲκ, τὸν ἱερέα τὸν μέγαν. Καὶ ὁ μὲν ἄγγελος εἰς εἰκόνα καὶ τύπον εἱστήκει Χριστοῦ· ὁ δέ γε ἱερεὺς νοηθείη ἂν ἀντὶ παντὸς τοῦ λαοῦ· λαμβάνεται γὰρ οὕτω παρὰ ταῖς θείαις Γραφαῖς. Καὶ γοῦν ἔφη που πρὸς Μωσέα Θεός· « Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ εἴληφα τοὺς Λευΐτας ἀντὶ πάντων τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, δόμα δεδομένοι εἰσί μοι. » Ἔρχεται δὴ οὖν ὁ λόγος ἡμῖν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τοῦ πρέποντος, ἀντὶ παντὸς τοῦ λαοῦ τὸν ἱερέα δεχομένοις. Ἐπειδὴ γὰρ γέγονεν ὁ Ἰσραὴλ ἐκ προσώπου Θεοῦ, λελατρευκὼς εἰδώλοις, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν διὰ Μωσέως ἀτιμήσας νόμον, εἶτα πληρωθείσης τῆς ἐπ' αὐτῷ δικαίας ὀργῆς, ἠλέηται παρὰ Θεοῦ, κέκληταί τε πάλιν εἰς ὄψιν αὐτοῦ. Καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶν αἰνιγματωδῶς τὸ ἑστάναι τὸν ἱερέα πρὸ προσώπου ἀγγέλου Κυρίου. Ἐν ὀργῇ μὲν γὰρ ἀποστρέφεται, καὶ ἀποκομίζει τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν εἰωθότων καταφρονεῖν· οἰκτείρων γε μὴν ἐφορᾷ καὶ ἐπισκέπτεται. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Ψαλμῳδὸς προσηύχετο, λέγων· « Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ μὴ ἐκκλίνῃς ἐν ὀργῇ ἀπὸ τοῦ δούλου σου. » Καὶ πάλιν· « Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με. » Ἀλλ' ὁ μὲν φύσει χρηστὸς καὶ φιλοικτίρμων Θεὸς ἠλευθέρου τῆς ἁμαρτίας τὸν Ἰσραήλ. Ὁ δέ γε εἰς ταύτην ἐμβεβληκὼς Σατανᾶς, εἱστήκει πάλιν ἀντικείμενός τε καὶ ἀντεξάγων αὐτῷ, καὶ καταγορεύων ἔτι, καὶ ὅσον ἧκει εἰπεῖν εἰς τὸ αὐτῷ δοκοῦν, κατοικτείρεσθαι μὴ ἀφιεὶς, ὡς ἐν πλημμελ[ε]ίαις ὄντα, καὶ τοῖς τῆς δυσσεβείας ἐγκλήμασιν ἐνεχόμενον, καὶ οὐδὲν ἔχοντα δεξιόν. Εἱστήκει γὰρ, φησὶν, ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τρόπον τινὰ παραλύων τὰ δεξιά· πολεμεῖ γὰρ οὐχὶ τοῖς σκαιοῖς ἡμῶν πράγμασιν, ἀλλὰ τοῖς δεξιοῖς καὶ ἐπαινουμένοις. Τ[οι]οῦτό τι παθεῖν ἐπηρᾶτό τινα τῶν εἰς Χριστὸν δεδυσσεβηκότων ὁ μακάριος Δαβὶδ, λέγων· « Καὶ διάβολος στήτω ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ. » Ἀντέκειτο τοίνυν ὁ Σατανᾶς, πλὴν ἐπετιμᾶτο διὰ φωνῆς

[68] Num. III, 9, 10. [69] Psal. XXVI, 9. [70] Psal. XXIV, 16. [71] Psal. CVIII, 6.

ἀγγέλου. Ἤκουε γὰρ λέγοντος· « Ἐπιτιμήσαι Κύριος ἐν σοί, διάβολε, καὶ ἐπιτιμήσαι Κύριος ἐν σοί, ὁ ἐκλεξάμενος τὴν Ἱερουσαλήμ. » Ἄθρει γάρ, ὅπως θεομάχον ἔδειξεν εὐθύς, καὶ ταῖς ἄνωθεν ψήφοις ἀνοσίως ἀντιπράττοντα. Θεοῦ γὰρ οἰκτείροντος καὶ ἀπαλλάττοντος ἤδη πλημμελείας τὸν Ἰσραήλ, εἰσδεξαμένου τε καὶ ἀπόλεκτον ἤδη ποιουμένου τὴν Ἱερουσαλήμ, κατηγορῶν οὐ παύεται, καὶ κατακρίνειν ἀποτολμᾷ τοὺς ἠλεημένους. Οὐκοῦν ἀκόρεστον εἰς ὀργὰς διελέγχει δὴ λέγων· « Οὐχ ἰδοὺ τοῦτο ὡς δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρός; » Ὅμοιον γὰρ ὡς εἰ λέγοι τυχόν· Πεπλημμέληκεν ὁμολογουμένως ὁ Ἰσραήλ, καὶ ταῖς σαῖς φιλοψογίαις ἐπεσχημένος ὁρᾶται. Πλὴν ἐκτέτικε δίκας οὐ μετρίως, ἀνέτλη τὰς συμφοράς, καὶ ἐξεσπάσθη μόλις, ὡς ἐκ πυρὸς δαλὸς ἡμίφλεκτος· οὕτω γὰρ τὰ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἀπεικονίσατο βλάβη. Ἄρτι καὶ μόλις τῆς ἀνηκέστου ταλαιπωρίας διέδρα τὴν φλόγα. Παῦσαι δὴ οὖν ἐγκαλῶν τοῖς ἠλεημένοις· « Θεὸς γὰρ ὁ δικαιῶν, τίς ὁ κατακρίνων; »

*Καὶ Ἰησοῦς ἦν ἐνδεδυμένος ἱμάτια ῥυπαρά, καὶ εἱστήκει πρὸ προσώπου τοῦ ἀγγέλου τοῦ Κυρίου. Καὶ ἀπεκρίθη, καὶ εἶπε πρὸς τοὺς ἑστηκότας πρὸ προσώπου αὐτοῦ, λέγων· Ἀφέλετε τὰ ἱμάτια τὰ ῥυπαρὰ ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν· Ἰδοὺ ἀφῄρηκα τὰς ἀνομίας σου. Καὶ ἐνδύσατε αὐτὸν ποδήρη, καὶ ἐπίθετε κίδαριν καθαρὰν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.*

ΙΗ'. Παραδεχθέντος ἅπαξ εἰς τὸ παντὸς τοῦ λαοῦ πρόσωπον τοῦ λαχόντος ἱερουργεῖν, ἀπόχρη λοιπόν, καθάπερ ἐγῷμαι, τοσοῦτον εἰπεῖν, ὅτι τὰ ῥυπαρὰ σύμβολον ἂν εἶεν οὐκ ἀσυμφανὲς τῆς ἀκαθαρσίας τοῦ λαοῦ. Κατημφιεσμένοι γὰρ ὥσπερ ταῖς σφῶν αὐτῶν ἁμαρτίαις, καὶ δυσαπόνιπτον ἔχοντες τῆς ἀσεβείας τὸν μῶμον, διετέλουν ἐν αἰχμαλωσίᾳ, ποιναῖς ὑπενηνεγμένοι, καὶ τῶν ἀνοσίως αὐτοῖς πεπλημμελημένων ἀποτιννύντες δίκας. Ἐπειδὴ δὲ κατηλέει Θεός, ἀπαλλάττεσθαι τῆς ἁμαρτίας προστέταχεν, ἐλευθεροῦσθαι τῶν ῥυπαρῶν, καὶ μεταμφιέννυσθαι τρόπον τινὰ τὴν δικαιοῦσαν χάριν. Κατανεύει δὲ αὐτοῖς τοῦ πόνου τὸ πέρας, καὶ τῶν συμβεβηκότων τὴν λύσιν. Ὅπου γὰρ ἁμαρτίας ἄφεσις, ἕψεταί που καὶ τὸ ἀπαλλάττεσθαι δεῖν τῶν δι' αὐτὴν ἐπενηνεγμένων. Οὐκοῦν ἐν σχήματι Θεοῦ τοῖς ἑστηκόσι καὶ λειτουργοῦσιν αὐτῷ προστέταχεν ὁ μακάριος ἄγγελος ἀφελεῖν ἀπ' αὐτοῦ τὴν ῥυπῶσαν ἐσθῆτα, καὶ δὴ καί φησιν· « Ἰδοὺ ἀφῄρηκα τὰς ἀνομίας σου. » Εἶτα δεῖν ἔφη ποδήρη τε αὐτῷ καὶ κίδαριν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν δοθῆναι καθαράν, ἵνα διὰ τούτου νενομισμένως ἀεί πως συντρέχῃ ταῖς τῶν λαῶν καταστάσεσι, καὶ τῆς ἱερωσύνης δόξα. Καύχημα μὲν γὰρ τοῖς ἱερουργοῖς, ἡ τῶν ὑπὸ χεῖρα καθαρότης, καὶ ἐν λαμπροῖς αὐχήμασι τὸ τῆς ἱερωσύνης ἔχουσιν εὐκλεές, εὐδοκιμοῦντος τοῦ λαοῦ, καὶ ἀμωμήτως ἰόντος ἐπὶ τὸ Θεῷ δοκοῦν, καὶ τρυφερὸν ὑποφέροντος τὸν αὐχένα τοῖς παρ' αὐτοῦ θεσπίσμασι, ταύτητοι καὶ εὐμενῆ καὶ φίλον ἔχοντος τὸν Πατέρα Θεόν. Ἐπίκλημα δὲ καὶ μῶμος, τῶν ὑπεζευγμένων ἡ ῥαθυμία, καὶ τὸ ἀπερισκέπτως ἵεσθαι πρὸς τὸ πλημμελές. Ὥσπερ γὰρ ἐν ἁμαρτίαις

A impie obsistentem ostenderit. Deo siquidem miserante et Israelem jam peccatis exsolvente, eligenteque et electam reddente Jerusalem, accusare **674** non cessat, et misericordiam adeptos damnare audet. Quare ejus inexplebilem iram redarguit, inquiens: « Nonne ecce hoc ut torris extractus ex igne? » Perinde est enim ac si dicat fortasse: Peccavit Israel manifesto, et tuis criminationibus teneri videtur. Attamen non mediocriter punitus est, calamitates sustinuit, et vix ut torris semiustus ab igne extractus est: sic enim captivitatis detrimentorum et incommodorum quasi imaginem effinxit. Modo, et ægre quidem gravissimæ ærumnæ flammam effugit. Desine igitur misericordia dignatos accusare: « Deus enim si justificat, quis est qui condem-
B net[73]? »

VERS. 3-5. *Et Jesus erat indutus vestibus sordidis, et stabat ante faciem angeli Domini. Et respondit (angelus) et dixit ad eos qui stabant ante faciem suam, dicens: Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abstuli iniquitates tuas. Et induite eum veste talari, et imponite cidarim mundam super caput ejus.*

XVIII. Assumpto semel sacerdote ad totius populi personam repræsentandam, satis est, ut existimo, deinceps hoc tantum dicere, sordida vestimenta symbolum sive indicium esse posse haud ambiguum immunditiæ populi. Quasi enim peccatis suis convestiti et impietatis maculas vix eluendas habentes,
C captivitatem tolerabant, miseriis subjecti et nefarie commissorum pœnas luentes. Postquam autem misertus est Deus, a peccato liberos esse mandavit, et exui sordidis et indui aliquo modo justificante gratia. Innuit autem porro ipsis laborum et casuum finem. Ubi namque remittitur peccatum, illic etiam sequitur necessario malorum propter peccatum inflictorum depulsio. Quare nomine Dei astantibus et ministrantibus ipsi mandat beatus angelus auferre inquinatam vestem, additque: « Ecce abstuli iniquitates tuas. » Deinde ait cooperiendum veste talari, et cidarim mundam imponendam super caput ejus, ut ita legitime cum statu populi sacerdotii gloria semper conspiret. Gloriatio quippe sacerdotum est subjectorum puritas, et innocentia, **675** et honorem
D sacerdotii sui splendido sibi ornamento ducunt, cum populus fertur laudibus, citraque reprehensionem ad Dei voluntatem sese accommodat, delicatasque cervices ejus oraculis submittit, atque ob eam causam Deum Patrem amicum sibi ac benevolum habet. Contra vituperatio et ignominia illorum est subjectorum socordia, et cæci impetus ad peccandum. Ut enim populo peccatis obstricto sordida quodammodo erant et sacerdotis vestimenta, sic ubi rursum probari consueverit, purum erit et conspicuum sa-

[73] Rom. VIII, 34.

cerdotii munus, multamque apud Deum fiduciam obtinebit. Quamobrem divinus Paulus, gentibus Christi sacro Evangelio ministrato, cum ex incrementis ad virtutem eos inclarescere et ei firma fide inhærere cerneret, ita scribit: « Propter gloriationem vestram, fratres, quam habemus in Domino Jesu [73]. » Et rursum: « Gaudium et corona mea vos estis [74]. »

Vers. 6, 7. *Et angelus stabat. Et contestatus est angelus Domini ad Jesum, dicens: Hæc dicit Dominus omnipotens: Si in viis meis ambulaveris, et præcepta mea custodiveris, et tu dijudicabis domum meam, et custodies atrium meum, et dabo tibi conversantes in medio stantium istorum.*

XIX. In Jesu magno sacerdote Christum omnium Salvatorem descriptum accipimus, cujus item personam ut gereret, a principio Aaron sacerdos institutus est. Hoc autem in loco ad ipsum filium Josedec dictum asserimus: « Hæc dicit Dominus omnipotens: Si in viis meis ambulaveris, et præcepta mea custodiveris, et tu dijudicabis domum meam, » et quæ sequuntur. Non enim talia Christo dici queunt: qui est via, justificatio Dei, et Patris sui domum ipse dijudicavit, ut Filius potestatem exercens. Erat enim Moses fidelis famulus in omni domo Dei: at Christus ut Filius super domum ejus, cujus domus nos sumus [75]. Ergo ad filium Josedec ista dicta sunto, ad Christum minime. Pollicetur autem Deus sacerdotium retenturum etiam post tempora captivitatis, ut sacerdotes præsint Israeli, et sanctam illam civitatem moderentur. Quoniam enim, captivitate inducta, et sanctis concrematis et sacrificiis sublatis, arbitrabantur nonnulli Mosaica funditus abolenda, **676** et legem nihil amplius valituram, quanquam nondum præsente illo tempore quo Unigenitum natum hominem apparere oportebat, idcirco Deus docens Israelem sub antiquis moribus futurum et sub imperio sacerdotum ætatem habiturum, haud secus quam ante captivitatem necessario affirmat, si legem sincere custodierit, ipsum rursum domum ejus dijudicaturum, et prima gloria potiturum, cum in sacro ministerio etiam sanctis angelis adjuvantibus. Non enim dici potest veterem legem virtutibus intelligentibus destitutam fuisse. Si enim legalia illa typi et umbræ erant, ergo ad Dei gloriam peragebantur. Hoc opinor sibi velle: « Dabo tibi conversantes in medio stantium horum, » hoc est, propemodum una sacrificantes et sacris officiis simul fungentes angelos. Perpende porro quomodo ubique sacra Scriptura angelos stare pronuntiet, stationis vocabulo significans eos ignaviæ non succumbere, sed mentem velut erectam, et in-

A ὄντος τοῦ λαοῦ, ῥυπαρά πως ἦν καὶ τὰ τοῦ ἱερέως ἐσθήματα· οὕτως εἰωθότος πάλιν εὐδοκιμεῖν, καθαρὸν ἔσται καὶ διαφανὲς τῆς ἱερωσύνης τὸ χρῆμα (1), καὶ ἐν πολλῇ παῤῥησίᾳ τῇ παρὰ Θεῷ. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἱερουργήσας τοῖς ἔθνεσι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ ταῖς εἰς τὸ ἄμεινον ἐπιδόσεσιν εὐδοκιμοῦντας βλέπων, καὶ βεβαίαν ἔχοντας τὴν ἐπ' αὐτῷ πίστιν, ἐπιστέλλει λέγων· « Νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν, ἀδελφοί, ἣν ἔχομεν ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ. » Καὶ πάλιν· « Χαρὰ καὶ στέφανός μου ὑμεῖς ἐστε. »

*Καὶ ὁ ἄγγελος εἱστήκει. Καὶ διεμαρτύρατο ὁ ἄγγελος Κυρίου πρὸς Ἰησοῦν, λέγων· Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ἐὰν ἐν ταῖς ὁδοῖς μου πορεύῃ, καὶ ἐν τοῖς προστάγμασί μου φυλάξῃ, καὶ σὺ διακρινεῖς τὸν οἶκόν μου, καὶ φυλάξεις τὴν*
B *αὐλήν μου, καὶ δώσω σοι ἀναστρεφομένους ἐν μέσῳ τῶν ἑστηκότων τούτων.*

ΙΘ'. Εἰς ὑποτύπωσιν μὲν τοῦ πάντων Σωτῆρος Χριστοῦ παρεδεξάμεθα τὸν Ἰησοῦν τὸν ἱερέα τὸν μέγαν· τέθειτο γὰρ εἰς τοῦτο καὶ Ἀαρὼν ἐν ἀρχαῖς. Πλὴν ἔν γε τοῖς προκειμένοις πρὸς αὐτὸν εἰρῆσθαί φαμεν τὸν Ἰωσεδὲκ τὸ, « Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· « Ἐὰν ἐν ταῖς ὁδοῖς μου πορεύῃ, καὶ ἐν τοῖς προστάγμασί μου φυλάσσῃ, καὶ σὺ διακρινεῖς τὸν οἶκόν μου, » καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα. Οὐ γὰρ ἂν εἴρητο τὰ τοιάδε Χριστῷ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ὁδὸς, αὐτὸς τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, αὐτὸς διέκρινε τὸν οἶκον αὐτοῦ, κατεξουσιάζων ὡς Υἱός. Ἦν μὲν γὰρ ὁ θεσπέσιος Μωσῆς πιστὸς θεράπων ἐν ὅλῳ
C τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ· Χριστὸς δὲ ὡς Υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς. Οὐκοῦν εἰρήσθω μὲν πρὸς τὸν τοῦ Ἰωσεδὲκ τὰ τοιάδε, πρὸς δέ γε Χριστὸν οὐκέτι. Ἐπηγγέλλετο δὲ Θεὸς, τὴν κατὰ νόμον ἱερωσύνην κρατήσειν ἔτι καὶ μετά γε τοὺς τῆς αἰχμαλωσίας καιροὺς, ὥστε τοὺς ἱερατεύοντας κατάρχειν τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τὴν ἁγίαν διέπειν πόλιν ἐκείνην. Ἐπειδὴ γὰρ συμβάσης τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ τῶν ἁγίων ἐμπεπρησμένων, καὶ θυσίας οὐκέτι προσκεκομισμένης, ᾤοντό τινες πρὸς ἀνατροπὴν οἰχήσεσθαι παντελῆ τὰ Μωσέως, καὶ ἀπρακτήσειν τὸν νόμον, καίτοι μήπω παρόντος τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν ἀναδείχνυσθαι ἐχρῆν ἐνηνθρωπηκότα τὸν Μονογενῆ· ταύτητοι Θεὸς ἀναπείθων, ὅτι τοῖς ἀρχαίοις ἔθεσιν ὑποκείσεται πάλιν ὁ Ἰσραὴλ, καὶ ὑπὸ χεῖρα πράξει τῶν
D ἱερέων, καθὰ καὶ πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας, ἀναγκαίως φησὶν, ὡς εἰ γένοιτο γνήσιος νομοφύλαξ ὁ Ἰησοῦς, αὐτὸς πάλιν διακρινεῖ τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἐν δόξῃ κείσεται τῇ πρώτῃ, συλλειτουργούντων αὐτῷ καὶ ἁγίων ἀγγέλων. Οὐ γάρ πού φαμεν, ὡς ἔρημος ἦν δυνάμεων λογικῶν ὁ πάλαι νόμος. Εἰ γὰρ καὶ ἦν ἐν τύποις καὶ σκιαῖς τὰ ἐν νόμῳ, ἀλλ' οὖν εἰς δόξαν ἐτελεῖτο Θεοῦ. Τοῦτο οἶμαι δηλοῦν τὸ, « Δώσω σοι ἀναστρεφομένους ἐν μέσῳ τῶν ἑστηκότων τούτων, » τουτέστι, μονονουχὶ συνιερατεύοντας καὶ συλλειτουργοῦντας ἀγγέλους. Ἄθρει δὲ ὅπως πανταχοῦ τοὺς

[73] Rom. xv, 17. [74] Philipp. iv, 9. [75] Hebr. iii, 2-6.

(1) Cotelerius (*Monum. E. G.* II, 646) legit σχῆμα, *habitus*. Edit.

ἁγίους ἀγγέλους ἑστάναι φησὶ τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν, τῷ τῆς στάσεως ὀνόματι καταδηλοῦν τὸ μὴ ὀκλάζειν αὐτοὺς εἰς τὸ ῥᾴθυμον, ἀλλ' οἷον ὀρθὴν ἀεὶ καὶ ἀσθενῆ οὐκ ἀνεχομένην τὴν διάνοιαν ἔχειν, ἑστῶσάν τε μετὰ Θεοῦ. Οὕτω καὶ ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ γεγραμμένον εὑρήσομεν περὶ τῶν Χερουβὶμ, ὅτι « Τὰ σκέλη αὐτῶν ὀρθά. » Κάμπτεται μὲν γὰρ, καὶ λίαν εὐκόλως, ἡ ἀνθρώπου διάνοια, καὶ ἔστιν εὐπετὴς εἴς γε τὸ θέλειν ἀῤῥωστῆσαι τὸ ῥᾴθυμον. Ἕστηκε δὲ ὥσπερ τῶν ἄνω πνευμάτων ἡ ἁγία πληθύς. Ταύτῃτοι καὶ πρὸς Σιὼν ἐλέγετο παρὰ Θεοῦ· « Στῆσον σεαυτὴν, Σιών. » Ἀνετίθει δὲ καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ τῷ Θεῷ τὰς χαριστηρίους ᾠδὰς, οὕτω λέγων· « Ἔστησεν ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου. » Τὸ γὰρ ἀκλινὲς ἐν τούτοις καὶ τὸ πεπηγὸς τῆς γνώμης, τῷ τῆς στάσεως ὀνόματι κατεσήμηνεν ὁ πνευματοφόρος.

A firmitatis expertem, et cum Deo stantem retinere. Ita et in Ezechiele scriptum invenimus de Cherubim: « Et pedes eorum recti [76]. » Curvatur enim, et quidem perfacile, mens humana, et pigritia levi negotio corripitur. Supernorum autem spirituum sancta multitudo stat quodammodo. Quare et Sioni dictum est a Deo: « Fac ut stes, Sion. » Offert item beatus David Deo cantica gratiarum actoria, ita dicens: « Statuit supra petram pedes meos [77]. » Quibus verbis ille spiritu plenus immobilitatem animique firmitudinem expressit.

*Ἄκουε δὴ, Ἰησοῦ, ἱερεὺς ὁ μέγας, σὺ δὲ, καὶ οἱ πλησίον σου, καὶ οἱ καθήμενοι πρὸ προσώπου σου, διότι ἄνδρες τερατοσκόποι εἰσὶ, διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἄγω τὸν δοῦλόν μου, Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ. Διότι ὁ λίθος, ὃν δέδωκα πρὸ προσώπου Ἰησοῦ, ἐπὶ τὸν λίθον τὸν ἕνα, ἑπτὰ ὀφθαλμοί εἰσιν.*

K'. Διὰ τῶν ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένων κατεπηγγέλλετο τῷ Ἰησοῦ, ἤγουν μᾶλλον, ὅπερ ἐστὶν ἀληθέστερον, τῇ κατὰ νόμον ἱερωσύνῃ, τὸ διακρίνειν τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ κατάρχειν ἔτι λαοῦ, καὶ τῆς κατὰ νόμον λατρείας ἀποπεραίνειν τοὺς τύπους. Ἄθρει δέ μοι τὴν οἰκονομίαν, καὶ τῶν θείων διασκέψεων τὸ πολὺ λίαν εὔτεχνές· Ἔμελλε, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν, μετατεθήσεσθαι τὰ ἐν νόμῳ πρὸς λατρείαν τὴν ἀληθινὴν, καὶ τῶν τύπων τὸ ἀκαλλὲς μεταχαράττεσθαί τε πρὸς ἀξιέραστόν τε καὶ πνευματικὴν πολιτείαν. Ἔμελλον ἀποσοβεῖσθαι τοῦ ἀμπελῶνος οἱ κυριοκτονήσαντες γεωργοὶ, καὶ ἐκδοθήσεσθαι τὸ χωρίον ἑτέροις, τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις δηλονότι καὶ εὐαγγελισταῖς, οἳ καρποφόρον αὐτὸ καὶ εὐανθὲς ἀποφαίνειν ἔμελλον, τῆς προὐργιαιτάτης ἀξιοῦντες φροντίδος. « Ἔμελλε βασιλεὺς δίκαιος βασιλεύειν, καὶ ἄρχοντες μετὰ κρίσεως ἄρχειν, » κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. Ἔμελλεν ἕτερος ἀνίστασθαι ἱερεὺς, οὐ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν, ἀλλὰ « κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, » τῶν ἁγίων λειτουργὸς, καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. Εἰσῆλθε γὰρ εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, « Οὐ δι' αἵματος τράγων καὶ μόσχων, διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος, καὶ μιᾷ προσφορᾷ τελειώσας εἰς τὸ διηνεκὲς, κατὰ συνείδησιν τοὺς ἁγιαζομένους. » Ἵνα τοίνυν μὴ ψευδοεπής τε καὶ εἰκαιόμυθος ἀναφαίνηται Θεὸς, ἀεὶ καὶ διηνεκῶς τῇ κατὰ νόμον ἱερωσύνῃ ὑπισχνούμενος ἐποπτήσειν τε καὶ διακρίνειν τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἀναγκαίαν ποιεῖται τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου τὴν προαγόρευσιν, ἐμφαίνων, ὅτι καταλήξει μὲν τὰ ἐν νόμῳ, διακρινεῖ δὲ αὐτὸς τὸν ἴδιον οἶκον διὰ τοῦ ἰδίου γεννήματος, τουτέστι, τοῦ Υἱοῦ. Ταύτῃτοι μονονουχὶ καὶ διαμαρτύρεται αὐτόν τε τὸν Ἰησοῦν, καὶ τοὺς πλησίον αὐτοῦ, καὶ τοὺς καθημένους πρὸ προσώπου αὐτοῦ, ἵνα Λευΐτας νοῶμεν καὶ ἱερέας. Λειτ-

B VERS. *Audi igitur, Jesu, sacerdos magne, tu vero et proximi tui, et qui sedent ante faciem tuam, quia viri portentorum spectatores sunt, quia ecce ego adduco servum meum, Oriens nomen ipsi. Quia lapis quem dedi ante faciem Jesu, super lapidem unum, septem oculi sunt.*

XX. Supra pollicebatur Jesu, imo certe, ut dicam verius, legali sacerdotio dijudicationem domus suæ, et principatum ultra in populum, et finitionem typorum, seu umbrarum cultus juxta legem recepti. Expende porro mihi œconomiam divinorumque consiliorum summam peritiam. Erant, nec multo post, ad cultum verum germanumque transferenda legalia, **677** typorumque ruditas in speciem amabilis et spiritualis politiæ immutanda. Erant abigeu- C di a vinea agricolæ, Domini interfectores, et ager locandus aliis, sanctis apostolis videlicet et evangelistis, eum fructiferum et florentissimum utilissima sollicitudine sua reddituris [78]. « Erat rex justus regnaturus, et principes cum judicio imperaturi [79], » secundum vocem prophetæ. Surrecturus erat alius sacerdos, non secundum ordinem Aaron, sed « secundum ordinem Melchisedech [80], » sanctorum minister sacer, et tabernaculi veri, quod fixit Dominus, non homo [80*]. Intravit enim Sancta sanctorum Dominus noster Jesus Christus: « Non per sanguinem hircorum et vitulorum, sed per proprium sanguinem, æterna redemptione inventa, et una oblatione consummatis in perpetuum secundum conscientiam sanctificatis [81]. » Ne igitur falsa et inania locutus videa- D tur Deus, legali sacerdotio pollicitus, ipsum semper atque in perpetuum domum suam inspecturum et judicaturum, mysterium Christi prænuntiare debuit. et ostendere desitura quidem legalia, se autem dijudicaturum domum suam per genitum ex sese, hoc est Filium. Quamobrem propemodum etiam contestatur et ipsum Jesum, et proximos ejus, et sedentes ante faciem ejus, puta Levitas et sacerdotes. Ordo enim Leviticus summo sacerdoti ministrans astabat: seniores autem sacerdotes, ut illis superiores et sacratiores, juxta legem, concilii quoque honore condecorati sunt [82]. Portentorum porro spectatores illos

[76] Ezech. I, 7. [77] Psal. XXXIX, 3. [78] Matth. XXI, 33-39. [79] Isa. XXXII, 1. [80] Psal. CIX, 4. [80*] Hebr. VIII, 2. [81] Hebr. IX, 12; X, 14. [82] Num. XVI, 2.

appellat, hoc est, semper quærentes signa videre, prodigiorum cupidos. Nescio enim quomodo gens Judæa ad hæc natura fertur. Itaque cum Christus fecisset quasi flagellum de funiculis, omnesque e templo ejecisset, dixissetque : « Auferte ista hinc, et nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis, » accesserunt, et quæsierunt : « Quod signum ostendis quia hæc facis? et quis dedit tibi hanc potestatem [83] ? » Accesserunt et alii, cum hac petitione : « Magister, volumus a te signum videre [84]. » Idcirco, quoniam, inquit, viri sunt portentorum, seu miraculorum speculatores, discant tecum et futura, signorum quæ petunt perpetratorem semper potentissimum. Quisnam autem hic? « Ecce ego adduco servum meum, Oriens nomen ejus. » Deus igitur secundum naturam et ex Deo Patre apparuit Unigenitus, secundum hoc liber. **678** Nihilominus exinanivit semetipsum, secundum Scripturas [85], demittens se in id quod non erat, et appellatus servus propter naturam humanam, quamvis omnium Dominus esset, tanquam Deus. Sed idem et Oriens erat, id est, Sol justitiæ [86]. Exortus est enim, et illuminavit nos velut in tenebris degentes [87], et tantum non etiam tanquam nocte et veterno obrutos mundanis voluptatibus, mentisque oculum tenebris effusum habentes, excitavit ad vigiliam, et gratia sua nos illustravit. Hinc et sapiens Paulus nobis præcepit, hoc ipsum significans : « Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus [88]. » Et iterum : « Surge, qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus [89]. » Promulgat igitur ante insignia facta Salvatoris nostri, quæ præsens editurus est. Nominat servum, quoniam in servi forma venit; Orientem, quia lumen verum est, idem et dies, et clarus lucifer in mentibus exoriens et corda lucida efficiens. Insuper lapidem vocat : quin et datum ante faciem Jesu, et septem habere oculos autumat. Oportebat enim imprimis sacerdotium legale, cujus typum posuimus Jesum, quasi ante faciem et ante oculos habere semper lapidem electum, angularem, pretiosum, in fundamentum Sion decretum, multis oculis intuentem omnia [90]. Septem quippe integritatem perfectionemque declarare solent. Sterilis igitur dicitur parere septem [91]. Mille autem oculis omnia intueri, et inspicere res nostras divinam et ineffabilem Filii naturam non potest quispiam dubitare : « Vivus est enim sermo Dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti, et pertingens usque ad divisionem animæ et spiritus, compagum quoque et medullarum, et discretor cogitationum et intentionum cordis, et non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus. Omnia autem nuda et aperta sunt oculis ejus, » sicut scriptum est [92].

A ουργοῦν μὲν γὰρ τῷ ἀρχιερεῖ ἕστηκε τὸ τάγμα τὸ Λευϊτικόν· οἱ δέ γε πρεσβύτεροι ἱερεῖς, ὡς ἐκείνων ἀμείνους ἔτι, καὶ ἱερώτεροι κατὰ τὸν νόμον, καὶ τῇ συνεδρίᾳ τετίμηντο. Τερατοσκόπους γε μὴν αὐτοὺς ὀνομάζει, τουτέστιν, ἀεὶ σημεῖα ζητοῦντας ὁρᾷν, τῶν τεράτων ἐφιεμένους. Φύσει γάρ πως ἀεὶ τοιοῦτόν ἐστι τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος. Καὶ γοῦν, ὅτε ὁ Χριστὸς ποιήσας ὡσεὶ φραγέλλιον ἐκ σχοινίων, πάντας ἐξέβαλεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, λέγων, «Ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν, καὶ μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ Πατρός μου, οἶκον ἐμπορίου, » προσῆεσαν λέγοντες· « Τί σημεῖον δεικνύεις, ὅτι ταῦτα ποιεῖς; καὶ τίς ἔδωκέ σοι τὴν ἐξουσίαν ταύτην; » Εὑρήσομεν δὲ καὶ ἑτέρους προσιόντας, καὶ λέγοντας αὐτῷ· « Διδάσκαλε, θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν. » Οὐκοῦν ἐπειδήπερ, φησὶν, B ἄνδρες εἰσὶ τερατοσκόποι, μανθανέτωσαν ἅμα σοὶ τὰ ἐσόμενα, καὶ σημείων ὧν αἰτοῦσιν ἀεὶ τὸν παναλκέστατον ἀποτελεστήν. Καὶ τίς δὴ οὖν οὗτός ἐστιν; « Ἰδοὺ ἐγὼ ἄγω τὸν δοῦλόν μου, Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ. » Θεὸς μὲν οὖν κατὰ φύσιν καὶ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς πέφηνεν ὁ Μονογενὴς, καὶ ὡς τοῦτο ὑπάρχων, ἐλεύθερος. Ἀλλὰ κεκένωκεν ἑαυτὸν, κατὰ τὰς Γραφὰς, καθιεὶς εἰς ὅπερ οὐκ ἦν, καὶ κεχρημάτικε δοῦλος, διὰ τὸ ἀνθρώπινον, καίτοι Κύριος πάντων ὑπάρχων, ὡς Θεός. Ἀλλ' ἦν καὶ οὗτος Ἀνατολὴ, τουτέστι, δικαιοσύνης Ἥλιος. Ἀνέσχε γὰρ καὶ ἐπέλαμψεν οἷάπερ ἐν σκότει διατελοῦσιν ἡμῖν, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ ὡς ἐν νυκτὶ καὶ ὕπνῳ κεκαρωμένους ταῖς κοσμικαῖς ἡδοναῖς, καὶ τῆς διανοίας τὸν ὀφθαλμὸν κατεσκοτισμένους, C ἤγειρέ τε πρὸς νῆψιν, καὶ λαμπροὺς ἀπέφηνε τῇ παρ' ἑαυτοῦ χάριτι. Τοιγάρτοι καὶ ὁ σοφὸς ἡμῖν ἐπιστέλλει Παῦλος, αὐτὸ δὴ τοῦτο καταμηνύων· « Ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγισεν. Ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους, καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ἔργα τοῦ φωτὸς, ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν. » Καὶ πάλιν· « Ἔγειρε, ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός. » Προαναχηρύττει τοιγαροῦν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας τὰ λαμπρὰ κατορθώματα. Δοῦλον δέ φησιν αὐτὸν διά τοι, τὸ ἐν δούλου καθικέσθαι μορφῇ· Ἀνατολὴν δὲ, ὅτι φῶς ἐστι τὸ ἀληθινὸν αὐτὸς, καὶ ἡμέρα, καὶ λαμπρὸς ἑωσφόρος, εἰς νοῦν ἀνατέλλων, καὶ καταφαιδρύνων καρδίας. Ὀνομάζει δὲ πρὸς τούτῳ καὶ Λίθον αὐτὸν, καὶ μὴν καὶ δεδόσθαι φησὶ πρὸ προσ- D ώπου Ἰησοῦ, ἑπτά τε ἔχειν τοὺς ὀφθαλμοὺς διισχυρίζεται. Ἔδει γὰρ μάλιστα τὴν κατὰ νόμον ἱερωσύνην, ἧς εἰς τύπον ἐθήκαμεν τὸν Ἰησοῦν, οἱονεὶ πρὸ προσώπου καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν διὰ παντὸς τὸν λίθον τὸν ἐκλεκτὸν, τὸν ἀκρογωνιαῖον, τὸν ἔντιμον, τὸν εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν, τὸν πολλοῖς ὀφθαλμοῖς ἐφορῶντα τὰ πάντα. Τὸ γὰρ ἑπτὰ, τοῦ τελείως ἔχοντος ἀεί πως ἐστι σημαντικόν. Στεῖρα γοῦν λέγεται τεκεῖν ἑπτά. Ὅτι δὲ μυρίοις ὄμμασιν ἐφορᾷ πάντα καὶ ἐπισκέπτεται τὰ καθ' ἡμᾶς ἡ θεία τε καὶ ἀπόρρητος τοῦ Υἱοῦ φύσις, οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις· « Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διικνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ

[83] Joan. II, 14-19. [84] Matth. XII, 38. [85] Philipp. II, 7, 8. [86] Malach. IV, 2. [87] Luc. I, 79. [88] Rom. XIII, 12, 13. [89] Ephes. V, 14. [90] Isa. XXVIII, 16; I Petr. II, 6. [91] I Reg. II, 5. [92] Hebr. IV, 12, 13.

κριτικὸς ἐνθυμήσεων, καὶ ἐννοιῶν καρδίας, καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ. Πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, » κατὰ τὸ γεγραμμένον.

*Ἰδοὺ ἐγὼ ὀρύξω βόθρον, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ ψηλαφήσω πᾶσαν τὴν ἀδικίαν τῆς γῆς ἐκείνης ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ.*

ΚΑ'. Ἔδειξεν ὄντως καὶ φῶς καὶ ἀνατολὴν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ ὅτι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου, τουτέστι, τοῖς πεπλανημένοις, ἀνατολῆς ἀνέλαμψε δίκην. Ἀλλ' ἦν ἀναγκαῖον, καὶ τὸ τῆς οἰκονομίας προαναφανῆναι πέρας, τουτέστι, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἁπάντων θάνατον, ὃν ἑκὼν ἀνέτλη, σταυρῷ παραδοὺς τὸ ἴδιον σῶμα. ἐφ' ᾧ καὶ τὸ τῶν Ἰουδαίων προσκέκρουκεν ἔθνος, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος ἀποβέβληται. Ἐπειδὴ γὰρ οὐ συνέντες οἱ δείλαιοι, εἰκότως ἀπώλισθον τῆς ἐλπίδος, καὶ κακοὶ κακῶς ἀπολώλασι, δειναῖς καὶ ἀφύκτοις ἐναλόντες συμφοραῖς· βόθρῳ δὴ οὖν παρεικάζει τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρόν. Πεπτώκασι γὰρ ὥσπερ εἰς βόθρον οἱ τὸ Δεσποτικὸν ἐγχέαντες αἷμα, καὶ σταυρῷ παραδοῦναι τολμήσαντες τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς. Εἰ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ τὸν βόθρον ὀρωρυχέναι λέγοιτο, σκανδαλιζέσθω μηδείς· ἐννοείτω δὲ μᾶλλον, ὡς ἐκμεμέστωταί πως [τῆς] οἰκονομίας ὁ λόγος. Ὅμοιον γὰρ τοῦτό ἐστι τῷ διὰ Χριστοῦ σοφῶς τε καὶ ἀτρεκῶς εἰρημένῳ· « Εἰς κρῖμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἦλθον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται. » Καίτοι, πῶς οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς οὐ ταύτης ἕνεκα παραγέγονε τῆς αἰτίας, ἵνα τυφλοὶ γένωνταί τινες, ἀλλ' ἡ τῶν μὴ νοούντων φαυλότης μονονουχὶ καὶ διαβέβληκε τῆς ἀρίστης οἰκονομίας τὸν τρόπον; Οὐ γὰρ ἤθελον βλέπειν, καίτοι μετὸν αὐτοῖς τοῦ θείου φωτός. Οὕτω κἀνθάδε νοήσεις. Πέπομφε μὲν γὰρ τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, « ἵν' ὁ κόσμος σωθῇ δι' αὐτοῦ· » διὰ δὲ τῶν μὴ συνιέντων ἀπόνοιαν, γέγονε βόθρος καὶ πάγη τοῖς σταυρώσασιν ὁ ἀπεσταλμένος. Νενόμισται δὲ τάχα που καὶ ὀρύξαι τὸν βόθρον ὁ πεπομφώς. « Ὀρύξω δὴ οὖν τὸν βόθρον, φησὶ, καὶ ψηλαφήσω πᾶσαν τὴν ἀδικίαν τῆς γῆς ἐκείνης ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. » Τὸ δὲ, Ψηλαφήσω, φησὶν ἀντὶ τοῦ, Ζητήσω καὶ περιεργάσομαι λεπτῶς. Ἀπεκτόνασι μὲν γὰρ τοὺς ἁγίους προφήτας καὶ τοὺς κατὰ καιροὺς ἀπεσταλμένους οἰκέτας. Οὓς μὲν γὰρ ὕβρισαν, οὓς δὲ ἐλιθοβόλησαν, οὓς δὲ ἀπέκτειναν. Ἀλλ' ἦν ἀνεξίκακος ἔτι Θεός· οἰκέται γὰρ ἦσαν καὶ ὁμόδουλοι τοῖς ἀπεκτονόσιν οἱ πεπονθότες. Ἐπεὶ δὲ ἀχαλίνοις ὁρμαῖς εἰς τοῦτο διάττοντες, καὶ πολὺ βλέποντες εἰς ἀνοσιότητα, καὶ εἰς αὐτὸν ἐκτόπως πεπαρῳνήκασι τὸν Υἱὸν, καὶ εἰς τὸν ἐν τῷ σταυρῷ κατώλισθον βόθρον, οὐκ ἀφῆκεν αὐτῶν ἀψηλάφητον τὴν ἁμαρτίαν. Ἐζήτησε γὰρ καὶ ποιναῖς ὑπέθηκε τοὺς ἠσεβηκότας, ἁπάσης τῆς Ἰουδαίων γῆς καθορίζων τὸν ὄλεθρον ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, καθ' ἣν ἔφασαν προσάγοντες αὐτὸν τῷ Πιλάτῳ· « Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. » Εἰ γὰρ καὶ μὴ συμβέβηκε παραχρῆμα τὰ ἐκ θείας ὀργῆς, εἰ μὴ ἐζήτηνται δίχας ὑπερθέσεως· δίχα ἀλλ' οὖν ἡ παρὰ Θεοῦ δικαία ψῆφος γέγονεν ἐπ' αὐτοῖς, ὄλεθρον, ὡς ἔφην, τῆς Ἰουδαίων

A *Ecce ego fodiam foveam, dicit Dominus omnipotens, et contrectabo omnem iniquitatem terræ illius in die una.*

XXI. Ostendit Dominum nostrum Jesum Christum vere et lumen et orientem esse, et eum in tenebris atque umbra versantibus, **679** hoc est, seductis et errantibus, instar orientis refulsisse [93]. Sed oportebat etiam œconomiæ scopum ac metam prius declarare, hoc est mortem, quam pro nobis omnibus libens sustinuit, corpore suo ad crucem tradito, in quo et Judaica gens peccavit, et ab ejus amicitia depulsa est. Quoniam enim non intellexerunt miseri, spe sua merito sunt orbati, et mali male perierunt, atrocibus et ineluctabilibus calamitatibus circumventi [94]. Cum fovea igitur Salva-
B toris crucem comparat. Nam quasi in foveam deciderunt, qui Dominicum effudere sanguinem, et auctorem vitæ cruci affixerunt [95]. Quod si et ipse Pater fodisse foveam dicitur, nemo offendatur: sed illud cogitet potius, quam plenus sit sermo divinæ providentiæ ac dispensationis. Simile enim hoc est illi quod per Christum sapienter ac vere dictum est: « In judicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant, et videntes cæci fiant [96]. » Quanquam vere dici potest, ipsum non propter hanc causam advenisse ut quidam cæci fierent, sed non intelligentium nequitia tantum non etiam œconomiæ modum criminata est. Non enim videre voluerunt, tametsi divinæ lucis copia illis fieret. Idem et hic intellige. Misit enim Filium Pater, « Ut
C mundus salvaretur per ipsum [97]. » Propter vecordiam autem non intelligentium qui missus est, fovea et laqueus crucifixoribus suis factus est. Ac fortasse etiam foveam fodisse existimandus est ipse qui misit. Ait igitur: « Fodiam foveam, et contrectabo omnem iniquitatem terræ illius in die una. » Contrectabo, inquit, pro, quæram, et adamussim indagabo. Prophetas enim sanctos et missos suis quosque temporibus servos occiderunt. Alios enim contumelia affecerunt, alios lapidarunt, alios jugularunt [98]. Verum tolerantiam adhuc adhibebat Deus: servi enim erant et conservi interficientium qui hæc patiebantur. Quoniam vero effrenata audacia eo prosiluerunt, et tantam impietatem consciverunt
D ut in ipsum Filium atrociter debaccharentur, et in foveam crucis lapsi sunt, peccatum eorum incontrectatum non præterivit. Quæsivit enim et pœnis subjecit impios, toti Judæorum regioni pestem et exitium decernens die una qua clamabant, Pilato eum offerentes: « Sanguis ejus super nos et super filios nostros [99]. » Etsi enim non statim iram divinam supplicium est consecutum, etsi non citra procrastinationem pœnæ sunt expetitæ, tamen justa Dei **680** sententia in eos lata est, per Judæam,

[93] Luc. I, 78. [94] Matth. XXI, 41. [95] Act. III, 15. [96] Joan. IX, 39. [97] Joan. III, 17. [98] Matth. XXI, 35. [99] Matth. XXVII, 25.

ut memoravi, diffusa pernicies. Itaque abductus est A quidem Christus ad crucem, sequentibus feminis lamentantibus et plorantibus, ad quas conversus ait : « Filiæ Jerusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, et super filios vestros [1]. » Traditi sunt enim in exitium et cædem, et evenit illis quod est apud Isaiam : « Terra vestra deserta, civitates vestræ succensæ igni, regionem vestram coram vobis alieni devorant ipsam, et desolata est, subversa a populis alienis [2]. »

VERS. 10. *In die illa, dicit Dominus omnipotens, convocate unusquisque proximum suum subter vitem, et subter ficum suam.*

XXII. Malis omnibus obrutum iri, peccato eorum contrectato, qui quasi in foveam deciderint, B propter Christum ab se in crucem actum, aperte prædixit. Credentibus autem et diligentibus eum id non damnosum, imo lætitiæ et jucundæ cujusdam delectationis materiam futurum utiliter prænuntiat. Attestatur hæc etiam justus Simeon. Ubi enim divinum infantem conspexit, ipsumque in ulnas accepit, sic prophetavit : « Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum, et in signum cui contradicetur [3]. » Ceciderunt enim, qui sanguinem justum super capita sua hauserunt, velut projecti, et jacentes, et pedibus diabolicis substrati : erecti sunt qui ex gentibus ad fidem venerunt. Et ipse Christus alicubi sanctis discipulis mortem in cruce sibi sustinendam prædicit. Quos C ut tristes vidit, consolans addidit : « Mulier quando parit, tristitiam habet, quia venit hora ejus. Postquam autem peperit, gaudio gaudet, quia natus est homo in mundum. Et vos nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbitis me, et gaudebit cor vestrum [4]. » Sic et excitatus a mortuis flentes in horto mulieres salutando allocutus est [5]. » Convenit porro etiam quemlibet eum diligentium super cruce et resurrectione dicere, « Convertisti planctum meum in gaudium mihi; conscidisti saccum meum, et circumdedisti me lætitia [6]. » Quomodo enim non evanuit luctus, et ablatæ sunt omnes lacrymæ ab omni facie, ut dicit propheta [7], Christo in vitam revocato, **681** et imperio mortis ab eo destructo ? Vita enim est natura sua [8], tanquam D Deus, quamvis in carne apparuit. Itaque *die illa*, ait, hoc est illo tempore quo ex mortuis revixerit et ceciderint crucifixores, « convocate unusquisque proximum suum subter vitem et ficum. » Ac si quis volet talem sensum simplicem et obvium admittere, voces has spiritualium gaudiorum symbolum esse affirmabit. Præterea et illud non sine improbabilitate dici posse reor, ficum et vitem videri appellatam Ecclesiam, cujus item divinus Cantor meminit, supernum ac cœlestem sponsum, Christum scilicet, per ambagem compellans : « Uxor tua sicut vitis

καταχέουσα γῆς. Καὶ γοῦν ἀπεκομίζετο μὲν ὁ Χριστὸς ἐπὶ τὸν σταυρὸν, εἵποντο δὲ καὶ γυναῖκες θρηνοῦσαί τε καὶ κλαίουσαι· εἶτα πρὸς ταύτας ἔφασκεν ἐπιστραφείς· « Θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, μὴ κλαίετε ἐπ' ἐμοὶ, πλὴν ἐφ' ἑαυταῖς κλαίετε καὶ ἐπὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν. » Παραδέδονται γὰρ εἰς ὄλεθρον καὶ σφαγὴν, καὶ συμβέβηκεν αὐτοῖς τὰ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· « Ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος, αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι, τὴν χώραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν αὐτὴν, καὶ ἠρήμωται κατεστραμμένη ὑπὸ λαῶν ἀλλοτρίων. »

*Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, συγκαλέσατε ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ ὑποκάτω ἀμπέλου καὶ ὑποκάτω συκῆς αὐτοῦ.*

ΚΒ'. Ὅτι μὲν ἐν παντὶ γενήσονται κακῷ, ψηλαφωμένης αὐτῶν τῆς ἁμαρτίας, οἱ καθάπερ εἰς βόθρον κατενηνεγμένοι, διά γε τὸ σταυρῶσαι Χριστὸν, προμεμήνυκεν ἐναργῶς. Ὅτι δὲ τοῖς πιστεύουσι, καὶ ἠγαπηκόσιν αὐτὸν, οὐκ ἀκερδὲς ἔσται τὸ χρῆμα, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸς εὐφροσύνης καὶ τέρψεων ἐπιτερπῶν, προαγορεύει χρησίμως. Μαρτυρήσει δὲ τούτοις καὶ ὁ δίκαιος Συμεών. Ὅτε γὰρ τὸ θεῖον τεθέαται βρέφος, καὶ εἰς ἀγκάλας ἐδέξατο, προεφήτευσε, λέγων· « Ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον. » Πεπτώκασι γὰρ οἱ τὸ δίκαιον αἷμα ταῖς σφῶν αὐτῶν ἐπαντλήσαντες κεφαλαῖς, ὥσπερ ἐῤῥιμμένοι, καὶ κείμενοι, καὶ ὑπὸ πόδας ὄντες διαβολικούς· ὠρθώθησαν δὲ οἱ ἐξ ἐθνῶν. Καὶ αὐτὸς δέ που Χριστὸς, προανεφώνει μὲν τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθος· ἐπειδὴ δὲ γεγονότας ἐν κατηφείαις τεθέαται, παρεκάλει λέγων· « Ἡ γυνὴ ὅταν τίκτῃ, λύπην ἔχει, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα αὐτῆς. Ὅταν δὲ τέκῃ, χαρᾷ χαίρει, ὅτι ἐγεννήθη ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον. Καὶ ὑμεῖς νῦν μὲν λύπην ἔχετε, ὕστερον δὲ ὄψεσθέ με, καὶ χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία. » Οὕτω καὶ ἐγηγερμένος ἐκ νεκρῶν, ταῖς ἐν τῷ κήπῳ κλαιούσαις γυναιξὶ προσεφώνει τὸ, Χαίρετε. Πρέποι δ' ἂν, καὶ ἑκάστου τῶν ἀγαπώντων αὐτὸν ἐπί γε τῷ σταυρῷ καὶ τῇ ἀναστάσει λέγειν· « Ἔστρεψας τὸν κοπετόν μου εἰς χαρὰν ἐμοὶ, διέῤῥηξας τὸν σάκκον μου, καὶ περιέζωσάς με εὐφροσύνην. » Πῶς γὰρ οὐκ οἴχεται μὲν ἐκ ποδῶν τὸ πενθεῖν, ἀφῄρηται δὲ πᾶν δάκρυον ἀπὸ προσώπου, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν, ἐγηγερμένου Χριστοῦ, καὶ [τὸ] τοῦ θανάτου καταλύσαντος κράτος; Ζωὴ γάρ ἐστι κατὰ φύσιν ὡς Θεὸς, κἂν εἰ πέφηνεν ἐν σαρκί. Οὐκοῦν *τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ*, φησὶ, τουτέστι, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καθ' ὃν ἀναβιῴη ἐκ νεκρῶν, πεπτωκότων τῶν ἐσταυρωκότων, συγκαλέσατε ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ ὑποκάτω ἀμπέλου, καὶ ὑποκάτω συκῆς. Καὶ εἰ μὲν βούλοιτό τις ἁπλοῦν καὶ πρόχειρον τὸν τοιοῦτον εἰσδέχεσθαι νοῦν, τέρψεων εἶναι τῶν πνευματικῶν σύμβολον διαβεβαιώσεται τὰ ὠνομασμένα. Οὐκ ἀπίθανον δὲ εἶναί φημι πρὸς τούτῳ κἀκεῖνο εἰπεῖν, ὅτι συκῆν καὶ ἄμπελον ἔοικεν ἀποκαλεῖν τὴν Ἐκκλησίαν, ἧς καὶ ὁ θεσπέσιος Μελ-

[1] Luc. XXIII, 28. [2] Isa. I, 7. [3] Luc. II, 34. [4] Joan. XVI, 21, 22. [5] Joan. XX, 15-17. [6] Psal. XXIX, 12. [7] Isa. XXV, 8. [8] Joan. XIV, 6.

ῳδὸς διαμέμνηται, λέγων αἰνιγματωδῶς πρὸς τὸν A ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ νυμφίον, τουτέστι, Χριστόν· « Ἡ γυνή σου ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα, ἐν τοῖς κλίτεσι τῆς οἰκίας σου. » Ἔφη δέ που καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Αἱ ἄμπελοι κυπρίζουσιν, ἔδωκαν ὀσμήν, ἡ συκῆ ἐξήνεγκεν ὀλύνθους αὐτῆς. » Ὡς γὰρ ἤδη τῶν Ἐκκλησιῶν ἀρξαμένων ἐν κόσμῳ διὰ τῆς εἰς αὐτὸν εὐωδιάζειν πίστεως, τὰς ἀμπέλους ἔφη κυπρίζειν, καὶ μὴν καὶ ἐκφαίνεσθαι τοὺς ὀλύνθους· νοηθεῖεν ἂν καὶ οὗτοι, τῶν ἄρτι πεπιστευκότων ἡ οὔπω μὲν πέπειρος καὶ γλυκεῖα πληθύς, ἐσομένη δὲ κατὰ βραχύ, καὶ ταῖς εἰς τὸ ἄμεινον ἐπιδόσεσιν ἰοῦσα πρὸς τοῦτο. Ἁδρυνθέντες γάρ, καὶ εἰς ἄνδρα τέλειον ἀναβεβηκότες τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, γλυκεῖς οἵαπερ ἐσόμεθα καρποὶ τῷ Θεῷ, καθάπερ μητρί τινι τῇ Ἐκκλησίᾳ προσπεφυκότες. Οὐκοῦν διά τε συκῆς B καὶ ἀμπέλου νοουμένων τῶν Ἐκκλησιῶν, ὑπ' αὐταῖς ἐσόμεθα, καὶ ἐν αὐταῖς καταλύσομεν, προτροπάδην ἀλλήλοις ἐκεῖνο λέγοντες τὸ προφητικόν· « Δεῦτε, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ, καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ. » Εἰ δὲ δὴ γένοιτο τούτου τυχεῖν, ἐπαίνου παντὸς ἀξιώσομεν τοὺς εἰς τοῦτο κεκληκότας, πάλιν ἐκεῖνο λέγοντες· « Εὐφράνθην ἐπὶ τοῖς εἰρηκόσι μοι· Εἰς οἶκον Κυρίου πορευσόμεθα. » Τέρψεως γὰρ ἡμῖν τῆς ἀνωτάτω τὸ χρῆμα καρπὸς νοοῖτ' ἂν εἰκότως. Τοιγάρτοι πάλιν ἐροῦμεν κατὰ τὸν Ψαλμῳδόν· « Μίαν ᾐτησάμην παρὰ Κυρίου, ταύτην ζητήσω, τοῦ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, τοῦ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα Κυρίου, καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ἅγιον αὐτοῦ. »

abundans, in lateribus domus tuæ [9]. » Ait et ipse universorum Deus quodam loco : « Vineæ florentes dederunt odorem suum, et ficus protulit grossos suos [10]. » Ut enim jam, Ecclesiis in mundo fide in ipsum inchoatis, vineas suavem spirare odorem, ac florere atque insuper grossos parere dicit : quorum nomine nuper fide initiatorum nondum matura et dulcis multitudo, futura autem paulatim et incrementis ad meliora huc progrediens intelligi potest. Adepti enim magnitudinem, « et in virum perfectum plenitudinis Christi [11] » evecti, dulces quasi fructus erimus Deo, Ecclesiæ velut matri agnati. Quapropter per ficum et vitem intellectis Ecclesiis, sub ipsis erimus, et in ipsis diversabimur, cohortandoque inter nos dicemus illud propheticum : « Venite, ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob, et annuntiabit nobis viam suam, et ambulabimus in ea [12]. » Quod si assecuti fuerimus, omnimodis prædicabimus qui nos ad hoc vocarunt, dicemusque : « Lætatus sum in his qui dixerunt mihi : In domum Domini ibimus [13]. » Summa enim lætitia fructus noster intelligi jure queat. Proinde rursus illud Psalmographi exclamabimus : « Unam petivi a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ : ut videam voluptatem Domini, et visitem templum sanctum ejus [14]. »

C

## ΤΟΜΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

### ΚΕΦΑΛ. Δ'.

*Καὶ ἐπέστρεψεν ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοί, καὶ ἐξήγειρέ με, ὃν τρόπον, ὅταν ἐξεγερθῇ ἄνθρωπος ἐξ ὕπνου αὐτοῦ, καὶ εἶπε πρός με· Τί σὺ βλέπεις; Καὶ εἶπα· Ἑώρακα, καὶ ἰδοὺ λυχνία χρυσῆ ὅλη, καὶ τὸ λαμπάδιον ἐπάνω αὐτῆς, καὶ ἑπτὰ λύχνοι ἐπάνω αὐτῆς, καὶ ἑπτὰ ἐπαρυστρίδες τοῖς λύχνοις τοῖς ἐπάνω αὐτῆς, καὶ δύο ἐλαῖαι ἐπάνω αὐτῆς, μία ἐκ δεξιῶν τοῦ λαμπαδίου αὐτῆς, καὶ μία ἐξ εὐωνύμων.*

ΚΓ'. Τό, Ἐπέστρεψεν, ἐν τούτοις οὐχ ὡς ἐκ τόπου νοήσομεν (εὔηθες γὰρ κομιδῇ), νομιοῦμεν δὲ μᾶλλον, τὴν ὡς ἐξ ὁράσεως τῆς ἐξ ἀμφοῖν ἐφ' ἑτέραν εὐθὺς D καὶ γείτονα μεταφοίτησιν, δῆλον δὲ ὅτι πνευματικήν. Ἐπειδὴ δὲ νήψεως ἀκράτου χρεία καὶ τῆς ὑπὲρ νοῦν τὸν ἀνθρώπινον, ἔν γε δὴ μάλιστα τούτοις λεπτὴν ἐνετίθει ἐπιγρήγορσιν τῷ προφήτῃ Θεός, μαθητεύοντος ἀγγέλου τοῦ λαλοῦντος ἐν αὐτῷ, ὡς δοκεῖν ἐξ ὕπνου διεγερθῆναι. Τοιαύτη γάρ πώς ἐστι τῆς ἐν ἡμῖν διανοίας ἡ κατάστασις, καὶ πολὺ δὴ μείων παρὰ τὴν οὖσαν ἐν τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις, ὥστε φαίη τις ἂν ἐγρήγορσιν μὲν τὰ ἐκείνων, ἐν ὕπνῳ δὲ ὥσπερ τὰ καθ' ἡμᾶς. Ἐπειδὴ δὲ ὁ θεσπέσιος ἄγγελος γνώμην τε καὶ νοῦν πρὸς τούτῳ δὴ παρ-

## TOMUS SECUNDUS.

### 682 CAP. IV.

VERS. 1-3. *Et reversus est angelus qui loquebatur in me, et suscitavit me sicut cum suscitatur homo de somno suo, et dixit ad me : Quid tu vides ? Et dixi : Vidi, et ecce candelabrum aureum totum, et lampas super ipsum, et septem lucernæ super illud, et septem infusoria lucernis super ipsum ; et duæ olivæ super illud, una a dextris lampadis ejus, et una a sinistris.*

XXIII. Reversum esse hic non ut ex loco accipimus, id enim perquam ineptum esset : statuemus autem potius ex ambabus visionibus ad aliam statim et vicinam spiritualem utique transiri. Quoniam vero in his maxime singulari vigilantia opus est, et majore quam pro captu humano, acrem vigiliam immittit prophetæ Deus, docente angelo qui in ipso loquebatur, ut se e somno putaret excitatum. Talis est enim animi nostri conditio, multoque inferior quam in sanctis angelis, ut asseverare possit quispiam illos esse in perpetua vigilia, nos quasi in perpetuo somno. Postquam autem divinus angelus voluntatem, et mentem quoque eo inclinatam vidit, ut quod fiebat subtiliter satis

[9] Psal. CXXVII, 3. [10] Cant. II, 13. [11] Ephes. IV, 13. [12] Isa. II, 3. [13] Psal. CXXI, 1. [14] Psal. XXVI, 4.

perspicere posset, percontatur quidnam putet esse quæ monstrabantur. Tum propheta rursum certissimam visionis commemorationem inducit, dicens se vidisse candelabrum, totum aureum per totum, ac super ipsum lampadem; quin et lucernas septem, et eodem numero infusoria, olivas duas, unam a dextris lampadis, alteram a sinistris. Et ista quidem ostensa liquidius forsitan explanabunt quæ dicta sunt. Necesse est tamen visionis hujus intima curiosius indagantes, significatis attente considerandis diligentissime incumbere, et ea cum jam prædictis scite copulare. Ait igitur universorum Deus, se foveam fossurum, et contrectaturum omnem iniquitatem terræ illius in die una. Hortatur etiam alios, ut inter se sub vitem et ficum convocent. Nos scopum prophetiæ aperientes, dicebamus incredulis et agrestibus contemptoribus salutis per Christum partæ quamdam foveam exitialem esse fossam, **683** contumeliam scilicet crucis, et scelus cruentæ cædis Christi. Perierunt enim miseri, qui Dominum impie necaverunt. Iis autem qui dilexerunt adventum ejus delectationem, et delicias, et quid non tandem hujus generis contigisse? Fuerunt enim in Ecclesiis velut sub ficubus et vitibus. Sed ecce alio item modo propheta mysterium vidit. Aureum quippe candelabrum rursus Ecclesiam interpretamur, utpote honorabilem mundo, tanquam virtutibus illustrissimam ac splendidissimam, ut sublime admodum elevatam veræ cognitionis divinæ dogmatis, super qua lampas est, nempe Christus, de quo Deus et Pater: « Propter Sion non tacebo, et propter Jerusalem non quiescam, donec egrediatur ut lumen justitia mea, et salutare meum ut lampas accendetur [15]. » Hanc lampadem universum orbem illuminantem super candelabrum Deus et Pater posuit: « Ut omnes qui ingrediuntur lumen videant, et luceat omnibus qui in domo sunt [16]. » Septem autem sunt lucernæ, non habentes lumen proprium, sed inductum et externum, et olei affusione nutritum, quæ et ipsæ sanctos apostolos referunt, et evangelistas insuper, et qui singulis temporibus exstiterunt Ecclesiarum magistros, qui illuminationem a Christo veluti quosdam lychnos in animis et cordibus suis susceperunt, cui Spiritus sanctus alimenta suppeditavit, qui domesticis lumen præbent et credentes una cum lampade illuminant. Observa præterea, septem lucernis infusoria adfuisse, per quæ illis oleum infunderetur, lampadi non adfuisse. Quid ita? est enim lumen verum Filius, non externum, neque inductum, nec ab alio datum, cui facultas illuminandi contigerit, sed ipse est secundum naturam lumen: quod autem in sanctis est, ab ipso communicatum est. Testificatur id sapiens Joannes: « De plenitudine ejus, inquit, omnes accepimus [17]. » Ipse autem Filius verum lumen claritatis suæ participes factos mundi lumen appellabat. Ait etenim sanctis apo-

A ενηνεγμένον τεθέαται, ὥστε καὶ ἀποχρώντως ἔχειν συνιέναι λεπτῶς τὴν ὅρασιν, διεπυνθάνετο λέγων, τί ἂν οἴοιτο ὑπάρχειν τὰ δεδειγμένα. Ἀπλανεστάτην γε μὴν ὁ προφήτης τῆς ὁράσεως τὴν ἀφήγησιν ἐποιεῖτο πάλιν, λυχνίαν ἑωρακέναι λέγων ὅλην δι' ὅλου χρυσῆν· ἐπάνω δὲ αὐτῆς τὸ λαμπάδιον, καὶ μὴν καὶ λύχνους ἑπτὰ, καὶ ἰσαρίθμους αὐτοῖς τὰς ἐπαρυστρίδας, ἐλαίας δύο, μίαν μὲν ἐκ δεξιῶν τοῦ λαμπαδίου, θατέραν γε μὴν κειμένην ἐξ εὐωνύμων. Καὶ ἡ μὲν ἐμφανεστέρα τῶν δεδειγμένων ἀπόδοσις εἴη ἂν οὐχ ἑτέρα παρὰ ταῦτα. Χρὴ δὲ τοὺς τῆς ἐσωτάτω τὸν νοῦν ἐνιέντας περιεργότερον, περιαθρεῖν εὖ μάλα πειρᾶσθαι τὰ δηλούμενα, καὶ συνδεῖν ἀστείως τοῖς ἤδη προειρημένοις καὶ τάδε. Ἔφη τοίνυν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὅτι καὶ βόθρον ὀρύξει, καὶ ψηλαφήσει πᾶσαν
B τὴν ἀδικίαν τῆς γῆς ἐκείνης ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. Προτρέπει δὲ καὶ ἑτέροις συγκαλεῖν ἀλλήλους ὑποκάτω ἀμπέλου καὶ ὑποκάτω συκῆς. Ἡμεῖς δὲ σαφῆ καθιστάντες τῆς προφητείας τὸν σκοπὸν, ἐλέγομεν ὅτι τοῖς μὲν ἀπειθεῖν ᾐρημένοις, καὶ ἀτιμάζουσιν ἀμαθῶς τὴν διὰ Χριστοῦ σωτηρίαν, βόθρος οἷά τις ὀρώρυκται καταχομίζων εἰς ὄλεθρον, ἡ ἐπὶ τῷ σταυρῷ παροινία, καὶ τῆς κατὰ Χριστοῦ μιαιφονίας τὰ ἐγκλήματα. Ἀπολώλασι γὰρ οἱ δείλαιοι Κυριοκτονήσαντες ἀνοσίως. Τοῖς γε μὴν ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ τέρψις τε καὶ τρυφὴ, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν τοιούτων ὑπῆρξε; Γεγόνασι γὰρ ὡς ὑπὸ συκαῖς καὶ ἀμπέλοις ταῖς Ἐκκλησίαις. Ἀλλ' ἰδοὺ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν ὁ προφήτης τε-
C θέαται. Τὴν γάρ τοι χρυσῆν λυχνίαν φαμὲν εἶναι πάλιν τὴν Ἐκκλησίαν, ὡς τετιμημένην ἐν κόσμῳ, διαφανεστάτην ἐν ἀρεταῖς, ὡς ὑψοῦ δὴ λίαν ᾐρμένην τοῖς τῆς ἀληθινῆς θεογνωσίας δόγμασιν, ἐφ' ᾗ τὸ λαμπάδιον, τουτέστι, Χριστὸς, περὶ οὗ φησιν ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ· « Διὰ Σιὼν οὐ σιωπήσομαι, καὶ διὰ Ἱερουσαλὴμ οὐκ ἀνήσω, ἕως ἂν ἐξέλθῃ ὡς φῶς ἡ δικαιοσύνη μου, τὸ δὲ σωτήριόν μου ὡς λαμπὰς καυθήσεται. » Τοῦτο γὰρ λαμπάδιον τὸ πᾶσαν καταφωτίζον τὴν ὑπ' οὐρανὸν, ἐπὶ τῇ λυχνίᾳ τέθεικεν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, « Ἵνα πάντες οἱ εἰσπορευόμενοι, τὸ φῶς βλέπωσι, καὶ λάμπῃ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ. » Ἑπτὰ δὲ οἱ λύχνοι, φῶς οὐκ ἔχοντες ἴδιον, ἀλλ' ἐπακτὸν, καὶ ἔξωθεν, καὶ ταῖς δι' ἐλαίου χορηγίαις τρεφόμενον· σημαίνουσι δὲ καὶ αὐτοὶ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, καὶ
D μέντοι καὶ εὐαγγελιστὰς, καὶ τοὺς κατὰ καιρὸν τῶν Ἐκκλησιῶν διδασκάλους, δεχομένους μὲν οἷά τινας λύχνους εἰς νοῦν καὶ καρδίαν τὸν παρὰ Χριστοῦ φωτισμὸν, καὶ ταῖς τοῦ Πνεύματος χορηγίαις τρεφόμενον ἔχοντας, ἰέντας γε μὴν τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ τὸ φῶς, καὶ τῷ λαμπαδίῳ συγκαταυγάζοντας τοὺς πεπιστευκότας. Ἐπιτήρει δὲ, ὅτι τοῖς μὲν ἑπτὰ λύχνοις ἐπαρυστρίδες ἦσαν, δι' ὧν αὐτοῖς εἰσεχεῖτο τὸ ἔλαιον, ἐπαρυστρίδα γε μὴν τὸ λαμπάδιον οὐκ ἔχει. Διὰ ποίαν αἰτίαν; Φῶς μὲν γάρ ἐστι τὸ ἀληθινὸν ὁ Υἱὸς, οὐκ ἔξωθεν, οὐδ' ἐπακτὸν, οὔτε μὴν παρ' ἑτέρου δοτὸν τὸ καταφωτίζειν δύνασθαι λαχών· ἀλλ' αὐτὸς κατὰ φύσιν ὑπάρχων φῶς· μεθεκτόν γε μὴν ἐν

[15] Isa. LXII, 1. [16] Luc. XI, 33. [17] Joan. I, 16.

τοῖς ἁγίοις καὶ παρ' αὐτοῦ. Καὶ πληροφορήσει λέ- A γων ὁ σοφὸς Ἰωάννης, ὅτι « Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν. » Φῶς δὲ ὑπάρχων τὸ ἀληθινὸν ὁ Υἱὸς, φῶς ὠνόμαζε τοῦ κόσμου τοὺς τῆς παρ' αὐτοῦ λαμπρότητος ἐν μεθέξει γεγενημένους. Ἔφη γὰρ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις· « Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου. » Αἱ δύο γε μὴν ἐλαῖαι, μία ἐκ δεξιῶν, καὶ μία ἐξ εὐωνύμων τοῦ λαμπαδίου κείμεναι, τοὺς δύο λαοὺς ὑποσημαίνουσι, μονονουχὶ καὶ ἐν κύκλῳ περιεστῶτας Χριστόν. Τετίμηνται γὰρ ὡς ἠλεημένοι τῇ τοιᾷδε στάσει. Καὶ οἱ μὲν ἦσαν ἐκ τῆς καλλιελαίου, τουτέστι, τῆς Ἰουδαίων Συναγωγῆς· οἱ δὲ τῆς ἀγρίου μὲν ἐξέφυσαν, τουτέστι, τῆς ἐξ ἐθνῶν πληθύος. Πλὴν ἐγκεντρισθέντες εἰς τὴν καλλιέλαιον, κοινωνοὶ γεγόνασι τῆς πιότητος τῆς ῥίζης, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. Ἄθρει δὲ ὅπως B ἐπὶ τὴν λυχνίαν ὁμοῦ τῷ λαμπαδίῳ καὶ οἱ λύχνοι, καὶ αἱ δύο ἐλαῖαι. Σύνεστι γὰρ ἡμῖν ἐν Ἐκκλησίᾳ Χριστὸς, καὶ τῶν πεπιστευκότων ἡ ἠλεημένη πληθὺς καταλάμπεται μὲν τῷ παρ' αὐτοῦ φωτὶ, φωτίζεται δὲ καὶ διὰ λύχνων, οἳ μεθεκτὸν ἔχουσι καὶ παρ' αὐτοῦ τὸ φῶς. Ἰστέον δὲ, ὅτι καὶ ἐν τῇ κατασκευῇ τῆς ἁγίας σκηνῆς ἔκειτο μὲν εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων ἑπτὰ λύχνους ἔχουσα λυχνία χρυσῆ. Προσέταττε δὲ Θεὸς τῷ Ἀαρὼν, λέγων, ὅτι « Κατὰ πρόσωπον τῆς λυχνίας ἐκ τοῦ νοτίου μέρους φανοῦσιν οἱ ἑπτὰ λύχνοι. » Οὐ γὰρ τοῖς κατόπιν αὐτῆς ὁ διὰ τῶν λύχνων δέδοται φωτισμὸς, ἀλλὰ τοῖς ὡς ἐν προσώπῳ Χριστοῦ διὰ τῆς πίστεως ἐνηνεγμένοις. Καὶ γοῦν Ἰουδαῖοι κατόπιν ὥσπερ αὐτοῦ καὶ εἰς νῶτα κείμε- C νοι, κατεσκοτισμένον ἔχουσι τὸν νοῦν. Οἱ δὲ ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντες, εἰς πρόσωπον ἔχουσι τοὺς λύχνους· ἐλεύθερος γὰρ αὐτοῖς καὶ ἀπαραπόδιστος παντελῶς ὁ διὰ τῶν ἁγίων γέγονε φωτισμός. Ἐκαίετο δὲ καὶ λύχνος εἷς ἐν τῇ πρώτῃ σκηνῇ· τῆς εὐαγγελικῆς παιδεύσεως κατόπιν ἰοῦσαν τὴν νομικὴν τοῦ πράγματος ἡμῖν κατασημαίνοντος. Θέα γὰρ ὅπως, οἷς ἐν μὲν τῇ πρώτῃ σκηνῇ εἷς ἐκαίετο λύχνος, τοῖς γε μὴν εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων ἑπτὰ λύχνοι καὶ τὸ λαμπάδιον ἀμφιλαφεστάτην ὥσπερ ἐνίεσαν τὴν αὐγήν.

stolis : « Vos estis lux mundi [18]. » Jam duæ olivæ, una a dextris, et altera a sinistris lampadis positæ, duos populos insinuant, quasi in orbem Christum circumstantes. Nam ut misericordiam adepti, statione hujusmodi dignati sunt. Et illi quidem erant ex bona oliva, nimirum ex Synagoga Judæorum : hi ex oleastro geniti, hoc est ex gentium multitudine [19]. **684** Verumtamen inserti in bonam olivam, pinguedinem radicis attraxerunt, ut scribit beatus Paulus [20]. Perpende jam quomodo super candelabrum simul cum lampade etiam lucernæ et duæ olivæ sunt. Est enim nobiscum in Ecclesia Christus, et credentium multitudo misericordiam consecuta, ejus lumine illuminatur; illustratur præterea per lucernas, quæ ab ipso similiter communicatum lumen continent. Ne ignores porro, etiam in structura sancti tabernaculi positum fuisse in Sancta sanctorum candelabrum aureum, septem lucernas sustinens. Mandavit enim Deus Aaron in hunc modum : « Versus faciem candelabri ex parte australi lucebunt septem lucernæ [21]. » Non enim iis qui a tergo candelabri sunt, illuminatio per lucernas data est, sed iis qui quasi faciem Christi per fidem respiciunt [22]. Quare Judæi quasi retro ipsum, et in tergo positi, tenebris obscuratum habent cor. Qui autem ex gentibus crediderunt, in facie habent lucernas, quibus libera et sine ullo impedimento per sancta contigit illuminatio. Ardebat autem et lucerna una in aditu tabernaculi : qua re significabatur legalem institutionem evangelicæ a tergo ire. Vide enim quo pacto, quibus in principio tabernaculi una lucerna ardeat, in Sancta sanctorum ingressos septem lucernæ et lampas quasi largissimo splendore perfundebant.

*Καὶ ἐπηρώτησα, καὶ εἶπα πρὸς τὸν ἄγγελον τὸν λαλοῦντα ἐν ἐμοὶ, λέγων· Τί ἐστι ταῦτα, Κύριε; Καὶ ἀπεκρίθη ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, καὶ εἶπε πρός με, λέγων· Οὐ γινώσκεις τί ἐστι ταῦτα; Καὶ εἶπα· Οὐχὶ, Κύριε. Καὶ ἀπεκρίθη, καὶ εἶπε πρός με, λέγων· Οὗτος ὁ λόγος Κυρίου πρὸς Ζοροβάβελ, λέγων· Οὐκ ἐν δυνάμει* D *μεγάλῃ, οὐδὲ ἐν ἰσχύϊ, ἀλλὰ ἐν Πνεύματί μου, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.*

VERS. 4-6. *Et interrogavi, et dixi ad angelum qui loquebatur in me, dicens : Quid sunt hæc, Domine? Et respondit angelus qui loquebatur in me, et dixit ad me, dicens : Non cognoscis quid sunt hæc? Et dixi : Non, Domine. Et respondit, et dixit ad me, dicens : Iste sermo Domini ad Zorobabel, dicens : Non in fortitudine magna, neque in robore, sed in Spiritu meo, dicit Dominus omnipotens.*

ΚΔ'. Ὅτι καὶ ἀμείνων καὶ ἱερώτερος τῆς ἐν ἡμῖν διανοίας ὁ τῶν νοητῶν δυνάμεων νοῦς, καὶ ἐν ἀσυγκρίτοις ὑπεροχαῖς τὰ καθ' ἡμᾶς ὑπερκείμενος, καὶ ἐντεῦθεν ἂν μάθοις. Ἐπέστρεψε μὲν γὰρ ὁ ἄγγελος, ὡς ὁ προφήτης φησὶ, καὶ ἐξήγειρεν αὐτὸν, « ὃν τρόπον ὅταν ἐξεγερθῇ ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ὕπνου αὐτοῦ. » Εἰ γὰρ δὴ συγκρίνειν ἕλοιτό τις ὡς πρός γε τὸν ταῖς ἄνω δυνάμεσιν ἐνόντα νοῦν, τῆς ἀνθρωπίνης διανοίας τὸ μέτρον, μειονεκτούμενον εὑρήσει τοσοῦτον, ὅσον ἂν νοοῖτο κατόπιν ἐλθεῖν καὶ τῆς τῶν νηφόντων διανοίας τὰ ἐν τοῖς ὕπνοις ἀδρανῆ φαν-

XXIV. Virtutum quas animo videmus, mentem nostra mente præstantiorem, et sanctiorem, nostrisque rebus incomparabilibus excellentiis superiorem esse, etiam hinc discas. Reversus est enim angelus, ut ait propheta, et excitavit eum, « velut cum excitatur homo de somno suo. » Nam si quis vim supernarum virtutum cum intelligentia humana comparare voluerit, hanc illâ tanto inferiorem perspiciet, quantum scimus vigilantium cogitationibus cedere dormientium visa, sive **685** somnia. Excitatus est igitur propheta ad vigiliam : nihilomi-

[18] Matth. v, 14. [19] Rom. xi, 17 seqq. [20] Ibid. 17. [21] Exod. xxv, 37; Num. viii, 2. [22] Psal. LXXXIII, 10.

nus etiam sic tardus est ad percipienda quæ ostenduntur. Idcirco justissime percontatur, et ea angelo declarante cognoscere petit. Angelus eum nescire illorum significationem propemodum obstupescit, et num vere nesciat interrogat. Propheta ignorantiam aperte confitente et tarditatem suam non erubescente, obscuritatem visi deinceps enucleat; et, tanquam ex imagine manifesta et in oculis incurrente, scopum in ea latentem explanat. Inquit enim: « Hic est sermo Domini ad Zorobabel, dicens: Non in fortitudine magna, nec in robore, sed in Spiritu meo, dicit Dominus omnipotens. » Perinde fortasse ac si dicat, omnia hæc visa, aliquando finem suum assecutura, non humana virtute administrata, nec in robore corporali, sed in virtute Spiritus sancti, et ut ex divino nutu. Factus est siquidem homo nostri similis Unigenitus: veruntamen non bellavit corporali modo, ut Ecclesiam quasi quoddam candelabrum mundo erigeret: neque sumptis armis sensum tangentibus, et cohortibus bellicosis duos populos sibi adjunxit, aut duas lucernas animo aspectabiles candelabro imposuit, sed in robore Spiritus sancti creavit in Ecclesiis primum apostolos, deinde prophetas, et evangelistas, et reliquum omnem sanctorum cœtum, divinis charismatibus eos implens, et irrigatione Spiritus ubertim pinguefaciens [23]. Itaque non in fortitudine magna, nec in robore carnali, sed in virtute Spiritus a Christo spoliatus est Satanas, cum quo et adversariarum potestatum globi ceciderunt, vocatique sunt ad agnitionem Dei per fidem et qui ex Israel, et qui aliquando « creaturæ potius servierant quam Creatori [24]. » Exhibitæ sunt etiam in Ecclesiis lucernæ, id est sancti, una lucentes cum lampade, Christo, inquam. Fuerunt namque, ut quidem est apud sapientissimum Paulum, « luminaria in mundo, verbum vitæ continentes [25]. » Quod autem Emmanuel non manu, seu potentia humana, sed viribus suis tanquam Deus mundum salvaverit, testatus est et per Oseam, apud quem ista leguntur: « Filiorum autem Juda miserebor, et salvabo eos in Domino Deo suo, et non salvabo eos in arcu, neque in gladio, neque in bello, neque in curribus, neque in equis, neque in equitibus. » Peraccommodate autem verbum factum est ad Zorobabel **686** de tribu Juda genus ducentem, qui id temporis sedem regni Hierosolymis obtinebat. Etenim ne adeo insignibus admirandisque operibus sibi prænuntiatis expeditionem aliquando suscipiendam, et prœlia facienda arbitraretur, ab hujusmodi frivolis et humanis cogitationibus eum deterrendum putavit, potiusque sentire jussit, divinam efficacitatem, et facultatem non humanam, sed Christi talia molientis esse. Meminimus porro nos dicere, et ipsum Zorobabelem, ut ex tribu Juda procreatum et regem, significare Christum, conjuncto etiam Jesu filio Josedec, ut simul et in una per-

A τάσματα. Ἐγήγερται δὴ οὖν ὁ προφήτης εἰς νῆψιν, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχων, οὐδὲν ἧττόν ἐστι βραδὺς πρός γε τὸ δύνασθαι, φημὶ, συνιέναι τὰ δεικνύμενα. Ταύτητοι, καὶ μάλα εἰκότως, ἀναπυνθάνεταί τε καὶ ἀξιοῖ μαθεῖν παρὰ τοῦ διασαφοῦντος ἀγγέλου. Ὁ δὲ ὅτι οὐ συνῆκε μονονουχὶ κατατέθηπέ πως, καί· εἰ μὴ ἀληθῶς εἰδείη διερωτᾷ. Τοῦ δὲ διαῤῥήδην ὡμολογηκότος τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὸ δυσμαθὲς οὐκ αἰσχυνομένου, καταλευκαίνει λοιπὸν τὸ ἐκ τῆς ὁράσεως αἴνιγμα, καὶ οἷον ὡς ἐξ εἰκόνος ἐμφανοῦς τε καὶ ὁρωμένης τὸν ἐν αὐτῇ λεληθότως ἐγκείμενον διερμηνεύει σκοπόν. « Οὗτος γὰρ, φησὶν, ὁ λόγος Κυρίου πρὸς Ζοροβάβελ, λέγων· Οὐκ ἐν δυνάμει μεγάλῃ, οὐδὲ ἐν ἰσχύϊ, ἀλλ' ἐν Πνεύματί μου, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι τυχὸν, ὅτι πάντα B ταῦτα τὰ ὁρώμενα εἰς πέρας ἥξει κατὰ καιροὺς, οὐκ ἀνθρωπείᾳ δυνάμει κατορθούμενα, οὔτε μὴν ἐν ἰσχύϊ σαρκικῇ, ἀλλ' ἐν δυνάμει Πνεύματος ἁγίου, καὶ ὡς ἐκ θείων διανευμάτων. Γέγονε μὲν γὰρ ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς ὁ Μονογενής· πλὴν οὐ πεπολέμηκε σαρκικῶς, ἵνα καθάπερ τινὰ λυχνίαν ἀναστήσῃ τῷ κόσμῳ τὴν Ἐκκλησίαν· οὐχ ὅπλα κινήσας αἰσθητὰ, καὶ μαχίμων φάλαγγας παρέστησεν ἑαυτῷ τοὺς δύο λαοὺς, ἢ τοὺς λύχνους τοὺς νοητοὺς ἐπέθηκε τῇ λυχνίᾳ, ἀλλ' ἐν ἰσχύϊ Πνεύματος ἁγίου κεχειροτόνηκεν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας καὶ εὐαγγελιστὰς, καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν τῶν ἁγίων ὁμήγυριν, θείων αὐτοὺς χαρισμάτων ἀναπιμπλὰς, καὶ τῇ τοῦ Πνεύματος χύσει καταπιαίνων C πλουσίως. Οὐκοῦν οὐκ ἐν δυνάμει μεγάλῃ, οὐδὲ ἐν ἰσχύϊ τῇ σαρκικῇ παρὰ Χριστοῦ, ἀλλ' ὡς ἐν δυνάμει Πνεύματος ἐσκυλεύετο μὲν ὁ Σατανᾶς, ἔπιπτον δὲ σὺν αὐτῷ καὶ τὰ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων στίφη, καὶ ἐκαλοῦντο πρὸς θεογνωσίαν διὰ τῆς πίστεως, οἵ τε ἐξ Ἰσραὴλ καὶ οἱ πάλαι « τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίστην λελατρευκότες. » Ἀνεδείκνυντο δὲ καὶ ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις οἱ λύχνοι, τουτέστιν, οἱ ἅγιοι, συνεκλάμποντες τῷ λαμπαδίῳ, φημὶ δὴ, Χριστῷ. Γεγόνασι γὰρ, ὡς γοῦν ὁ σοφώτατος γράφει Παῦλος, « φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες. » Ὅτι δὲ οὐκ ἀνθρωπείᾳ χειρὶ σέσωκε τὴν ὑπ' οὐρανὸν, ἀλλ' ἰδίαις δυνάμεσιν ὡς Θεὸς ὁ Ἐμμανουὴλ, διεμαρτύρατο λέγων καὶ διὰ φωνῆς Ὠσηέ. Ἔχει γὰρ οὕτω· « Τοὺς δὲ υἱοὺς Ἰούδα ἐλεήσω, καὶ σώσω αὐ- D τοὺς ἐν Κυρίῳ Θεῷ αὐτῶν, καὶ οὐ σώσω αὐτοὺς ἐν τόξῳ, οὔτε ἐν ῥομφαίᾳ, οὔτε ἐν πολέμῳ, οὐδὲ ἐν ἅρμασιν, οὐδὲ ἐν ἵπποις, οὐδὲ ἐν ἱππεῦσιν. » Εὖ δὲ δὴ σφόδρα πρὸς Ζοροβάβελ ὁ λόγος ἦν, τὸν ἐξ Ἰούδα φυλῆς, διέποντα τὸ τηνικαῦτα τοὺς τῆς βασιλείας θώκους ἐν Ἱερουσαλήμ. Ἵνα γὰρ μὴ τῶν οὕτω λαμπρῶν καὶ ἀξιαγάστων κατορθωμάτων αὐτῷ προαπηγγελμένων πολέμους οἴοιτο, καὶ μάχας συγκροτηθήσεσθαι κατὰ καιροὺς, ἐξίστησιν ἀναγκαίως αὐτὸν τῶν οὕτω σαθρῶν καὶ ἀνθρωπίνων ἐννοιῶν, διακεῖσθαι δὲ μᾶλλον προστέταχεν, ὅτι θεοπρεπὴς ἡ ἐνέργεια, καὶ ἡ δύναμις οὐκ ἀνθρωπίνη, τοῦ διαπεραίνοντος τὰ τοιάδε Χριστοῦ. Μεμνήμεθα δὲ, ὅτι καὶ

[23] I Cor. XII, 28. [24] Rom. I, 25. [25] Philipp. II, 16.

αὐτὸν τὸν Ζοροβάβελ ὡς ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ βασιλέα παραδηλοῦν ἐλέγομεν ἐφ' ἑαυτῷ τὸν Χριστὸν, συνημμένου δὲ καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ, ἵν' ἐν ταυτῷ νοοῖτο βασιλεύς τε ἅμα καὶ ἀρχιερεὺς ὁ Ἐμμανουήλ.

*Τίς εἶ σὺ, τὸ ὄρος τὸ μέγα, τὸ πρὸ προσώπου Ζοροβάβελ, τοῦ κατορθῶσαι; Καὶ ἐξοίσω τὸν λίθον τῆς κληρονομίας, ἰσότητι χάριτος χάριτα αὐτῆς.*

ΚΕ'. Δυσέφικτον μὲν κομιδῇ τὸ προκείμενον· πλὴν ἐροῦμεν ἡμεῖς τό γε ὡς ἄριστα καὶ ὀρθῶς ἔχειν ὑπειλημμένον. Ἔοικε τοίνυν ὁ λόγος μονονουχὶ καὶ ἐπιτιμᾷν τῷ ὄρει τῷ μεγάλῳ, τουτέστι, τῷ Σατανᾷ κατεξανισταμένῳ τε καὶ ἀντεξάγοντι τῷ Χριστῷ, τῆς αὐτοῦ δυστροπίας τὴν δύναμιν, ὃ δὴ καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω πάλιν ἡμῖν αἰνιγματωδῶς κατεγράφετο. B Ἔφη γὰρ ὁ προφήτης τεθεᾶσθαι μὲν Ἰησοῦν τὸν ἱερέα τὸν μέγαν ἑστῶτα πρὸ προσώπου τοῦ ἀγγέλου Κυρίου, τὸν δέ γε διάβολον ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τοῦ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ. Ὅτι γὰρ, ὅσον ἐνεχώρει, καὶ ἦν ἐπ' αὐτῷ, πεπολέμηκέ τε καὶ ἀντεγήγερται δεινῶς ταῖς τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίαις, καλοῦντος πρὸς σωτηρίαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν, προσκυνητὴν ἴδιον ἀποφαίνειν ἤθελε, παραδεικνὺς μὲν αὐτῷ, εἰ δὴ προσπεσεῖν ἕλοιτο καὶ προσκυνῆσαι αὐτῷ. Εἶτα καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ χοροῦ τῶν ἁγίων ἀποστόλων τὸν προδότην ἥρπασε μαθητὴν, ἀναπείσας ὄργανον τῆς Ἰουδαίων γενέσθαι σκαιότητος. Ἐπιπλήττει δὴ οὖν ὁ λόγος αὐτῷ, καί φησι· « Τίς εἶ σὺ, τὸ ὄρος τὸ μέγα, τὸ πρὸ προσώπου τοῦ Ζοροβάβελ, τοῦ κατορθῶσαι; » C Τὸ δὲ, *Τίς εἶ σύ;* νοητέον οὐχ ὡς ἐθέλοντος ἀναμαθεῖν, τίς δὴ ἄρα καὶ πόθεν ἐστίν (οὐ γὰρ ἂν ἠγνόησε Θεὸς ὤν), ἀλλ' οἷον κατασμικρύνοντος καὶ οὐδενὸς ἀξιοῦντος λόγου, κἂν εἰ μέγα τε εἴη καὶ δυσάντητον ὄρος, καὶ ἐμποδὼν κείμενον κατορθοῦν ἐθέλοντι τοιάδε Χριστῷ, ου καὶ εἰς τύπον ὁ Ζοροβάβελ, καθάπερ ἤδη προείπομεν. Καίτοι γὰρ ἀπαράκλητον ἔχων τὴν δυστροπίαν ὁ δράκων ὁ ἀποστάτης, πεπάτηται παρὰ Χριστοῦ πόνου τε καὶ ἱδρῶτος δίχα. Θεὸς γὰρ ἦν κατὰ φύσιν ὁ πάντας νικῶν. Ἢ τοίνυν κατὰ τὸν τοιόνδε τινὰ τρόπον προσβαλοῦμεν τοῖς εἰρημένοις, ἢ καὶ ἑτέρως, εἰ δοκεῖ. Ἔφη μὲν γὰρ, ὅτι οὐχ ἀνθρωπείᾳ δυνάμει κατορθωθήσεται τῷ κόσμῳ τὰ πρὸς ζωήν. Καὶ στήσεται μὲν ἡ λυχνία, τὸ λαμπάδιον ἔχουσα, τουτέστι, Χριστὸν, ἐκλάμψουσι D δὲ οἱ λύχνοι, καὶ μὴν καὶ ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων τοῦ λαμπαδίου αἱ δύο πάντως ἐλαῖαι στήσονται, τοὺς δύο λαοὺς σημαίνουσαι. Εἶθ' ὥσπερ ἀναπυνθανομένου τινὸς καὶ λέγοντος· Τίς ἄρα εἶ σὺ, ὁ τὰ οὕτω μεγάλα πολέμου δίχα πάντως καὶ ἀμογητὶ κατορθώσειν ὑπισχνούμενος; προσυπακούεται λέγων ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ· « Ἐγὼ τὸ ὄρος τὸ μέγα, τὸ πρὸ προσώπου Ζοροβάβελ, τοῦ κατορθῶσαι· » τουτέστιν, Ἐγώ εἰμι ἡ πάντα ὑπεραίρουσα φύσις, ἡ θεοπρεπέσιν ὑψώμασιν εἰς τὴν ὑπερεπέκεινα πάντων διάττουσα δόξαν, κατὰ καιροὺς ἀρκέσειν μέλλουσα πρὸς κατόρθωσιν τῶν ἐπηγγελμένων, καὶ πρὸ προσώπου Ζοροβάβελ. Οὐ γὰρ ἠγνόει Χριστὸς τὸν ἑαυτοῦ Πα-

A sona Emmanuel et rex et summus sacerdos intelligatur.

VERS. 7. *Quis es tu, mons ille magnus, ante faciem Zorobabel, ut instaures? Et educam lapidem hæreditatis, æqualitate gratiæ gratiam ejus.*

XXV. Difficillimus intellectu locus propositus: verumtamen quod rectissime atque optime dici posse existimavimus, id in medium afferemus. Videtur itaque sermo quadam objurgatione incessere montem magnum, puta Satanam contra Christum insurgentem, et perversitatis suæ potentiam, quasi aciem contra promoventem, quod item supra, quanquam sub velamine, nobis describebatur. Dicebat enim propheta se vidisse Jesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini, et diabolum stantem a dextris ejus, ut adversaretur ei. Quin enim, quantum licuit et in ipso fuit, oppugnaverit, et vehementer insurrexerit contra œconomiam Salvatoris, mundum ad salutem vocantis, nemo dubitabit, si cogitaverit primum quidem accessisse ad jejunantem in deserto, et mundi Salvatorem intuitum, se ab illo adorari concupivisse, cum illi omnia regna mundi ostendens dixisset omnia fore ipsius, si procidere in genua et se adorare non recusaret [26]. Deinde ex ipso choro sanctorum apostolorum proditorem Judam arripuit, cui persuasit ut Judæorum feritatis instrumentum fieret. Increpatur itaque his verbis: « Quis es tu, mons magne, ante faciem Zorobabel, ut instaures? Illud Quis es, non ita accipiendum, quasi nosse cupiat quis tandem et unde sit. Non enim ignorabat, utpote Deus. Sed quasi extenuet, et nihili faciat, quamvis magnus mons esset, et cui facile resisti non posset, et impedimentum objectum Christo hæc instaurare volenti, **687** cujus typus Zorobabel, ut jam diximus. Etsi enim sit implacabilis nequitia draconis apostatæ, tamen citra laborem sudoremque a Christo conculcatus est. Erat enim natura Deus, omnes exsuperans. Aut igitur tali quodam modo dicta verba explicabimus, aut alio, si placebit. Dixit enim, non humana virtute mundo vitam instauraturum. Et stabit quidem candelabrum, lampadem habens, hoc est Christum: lucebunt autem lucernæ. Præterea a dextra lævaque lampadis duæ olivæ omnino stabunt, duos populos adumbrantes. Postea, quasi sciscitante quopiam ac dicente: Quis igitur es tu, qui tam ardua nullo bello et sine labore feliciter constituturum spondes? subauditur respondens Deus et Pater: « Ego mons ille magnus ante faciem Zorobabel, ut instaurem: » id est ego sum omnibus supereminens natura, divinis celsitudinibus ad gloriam sublimissimam omnium emicans, quæ suo tempore ad promissa fideliter et ante faciem Zorobabel præstanda sufficiet. Non enim

[26] Matth. IV, 1 seqq.

ignorabat Christus Patrem suum: sed quasi quemdam adjutorem insignium suarum actionum eum faciebat, cum diceret: « A me ipso facio nihil. Pater autem in me manens, ipse facit opera [27]. » Operabatur enim ut per propriam virtutem per Filium, per quem et ab initio creatis omnibus, merito est admirabilis . . . a sapientissimo Daniele iterum Deus et Pater mons nominatur, unde et lapis sine manibus præcisus est, qui et aurum, argentum, æs, ferrum comminuit [28]. Quæ etiam Christi imago fuit. Natus enim ex Deo Patre Filius, supra quam dici aut mente capi potest, contrivit regna, ut deinceps penes eum sit omne imperium: « Flectetur enim ipsi omne genu, et omnis lingua confitebitur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris [29]. » Itaque ut ex monte Dei et Patris summus angularis et electus lapis resectus Deus, factus est nobis hæreditas [30]. Vocati quippe sumus in adoptionem filiorum per ipsum [31], scriptique hæredes Dei viventis, æqualitate gratiæ gratiam lucrifacientes. Hoc vero quid est? Data est quidem gratia antiqua illa et decantata: liberati sunt enim ex Ægypto secundum corpus, servile jugum dominationis quo premebantur a cervicibus dejecerunt, per medium mare traducti sunt, comederunt manna in solitudine, **688** pedibus flumina transierunt, Jordanem videlicet, in terram promissionis introducti sunt. Hæc igitur gratia illa prima. Verum in æqualitate et similitudine antiquæ illius gratiæ gratia impertita est a Christo, qui factus est nobis lapis ut fundamentum, sive summus angularis, et rursum hæres ut Filius. Per illum quippe hæredes Dei instituti sumus [32]. Quomodo igitur in æqualitate primæ gratiæ secunda? Quæ in illis fiebant secundum carnem, sive sensum, hæc Christus secundum spiritum et intellectum præstitit. Eripuit nos e servitute diabolica, ceu ex luto et latere [33]. Liberavit affectionibus mundanis et carnalibus immunditiis. Velut per mare transitum concessit: fluctus enim hujus vitæ et acerbitatem ejus sollicitudinum præterivimus. Comedimus panem de cœlo (mystice loquimur), Jordanem transivimus, circumcisionem in spiritu suscepimus [34], hæreditatem audivimus supernam civitatem, vere sanctam terram cujus et Christus ipse meminit cum ait: « Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram [35]. » Puto autem ego sapientissimum quoque evangelistam Joannem hoc ipsum significare velle, cum dicit de Christo: « De plenitudine ejus nos omnes accepimus, et gratiam pro gratia. Quia lex per Mosen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est [36]. » Minister enim et mediator veteris illius gratiæ Moses fuit; secundæ autem gratiæ Christus, quæ similitudinem prioris illius habet. Typi enim quidam erant ad veritatem, sive veritatis decus parturientes, tanto melioris et excellentioris, quanto quæ sensibus ea quæ sola intelligentia

A τέρα, ἀλλ' ὥσπερ τινὰ συνεργάτην τῶν ἰδίων κατορθωμάτων ἐποιεῖτο λέγων· « Ἀπ' ἐμαυτοῦ ποιῶ οὐδέν. Ὁ δὲ Πατὴρ ὁ ἐν ἐμοὶ μένων, ποιεῖ τὰ ἔργα αὐτός. » Εἰργάζετο γὰρ ὡς διὰ δυνάμεως ἰδίας τοῦ Υἱοῦ, δι' οὗ καὶ ἐν ἀρχαῖς τὰ πάντα πρὸς τὸ εἶναι παρενεγκὼν εἰκότως θαυμάζεται..... παρὰ τῷ σοφωτάτῳ Δανιήλ, ὡς ὄρος ἡμῖν ὠνόμασται πάλιν ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ, ἐξ οὗ καὶ λίθος ἄνευ χειρὸς ἐτμήθη, ὃς καὶ ἐλέπτυνε τὸ χρυσίον, τὸν ἄργυρον, τὸν χαλκὸν, τὸν σίδηρον, καὶ ἦν εἰς τύπον καὶ τόδε Χριστοῦ. Γεγεννημένος γὰρ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς ἀποῤῥήτως καὶ ὑπὲρ νοῦν ὁ Υἱὸς, συνέτριψε τὰς βασιλείας, ἵν' αὐτῷ λοιπὸν τὸ κατὰ πάντων κράτος ἀνάπτηται· « Κάμψει γὰρ αὐτῷ πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ
B Πατρός. » Οὐκοῦν ὡς ἐξ ὄρους τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀκρογωνιαῖος καὶ ἐκλεκτὸς ἀποτμηθεὶς λίθος ὁ Θεὸς, γέγονεν ἡμῖν κληρονομία. Κεκλήμεθα γὰρ εἰς υἱοθεσίαν δι' αὐτοῦ, καὶ κληρονόμοι γεγόναμεν Θεοῦ ζῶντος, ἰσότητι χάριτος χάριτα κερδαίνοντες. Καὶ τί δὴ τοῦτο; Δέδοται μὲν γὰρ χάρις τις τῷ Ἰσραὴλ, ἡ ἀρχαία τε ἐκείνη καὶ διαβόητος· λελύτρωνται γὰρ ἐξ Αἰγύπτου σαρκικῶς, τὴν ἐπηρτημένην αὐτοῖς ἐκ πλεονεξίας ἀπεσείσαντο δουλείαν, διεβιβάσθησαν διὰ θαλάσσης μέσης, ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ, διῆλθον ἐν ποσὶ ποταμοὺς (διεπεραιώσαντο γὰρ οὕτω τὸν Ἰορδάνην), εἰσεκομίσθησαν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Αὕτη δὴ οὖν ἡ χάρις ἡ πρώτη. Ἀλλ' ἐν ἰσότητι καὶ ὁμοιότητι τῆς ἀρχαίας ἐκείνης χάριτος,
C χάρις δέδοται παρὰ Χριστοῦ, ὃς γέγονεν ἡμῖν, λίθος μὲν ὡς θεμέλιος, ἤγουν ἀκρογωνιαῖος, κληρονόμος δὲ πάλιν, ὡς Υἱός. Γεγόναμεν γὰρ δι' αὐτοῦ κληρονόμοι Θεοῦ. Πῶς οὖν ἐν ἰσότητι τῆς πρώτης χάριτος ἡ δευτέρα; Ἃ γὰρ ἐπ' ἐκείνοις ἐπράττετο σαρκικῶς, ἤγουν αἰσθητῶς, ταῦτα τετελείωκεν ἐφ' ἡμῖν ὁ Χριστὸς πνευματικῶς τε καὶ νοητῶς. Ἐξείλετο δουλείας διαβολικῆς, ὡς ἐκ πηλοῦ καὶ πλινθείας. Ἀπήλλαξε τῶν ἐν κόσμῳ παθῶν καὶ τῶν σαρκικῶν ἀκαθαρσιῶν. Διεβίβασεν ὡς διὰ θαλάσσης· παρεδράμομεν γὰρ τὸν κλύδωνα τοῦ παρόντος βίου, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ φροντίδος τὸ πικρόν. Ἐφάγομεν ἄρτον ἐξ οὐρανοῦ (μυστικὸς ὁ λόγος), διεβιβάσθημεν τὸν Ἰορδάνην, περιτομὴν ἐσχήκαμεν τὴν ἐν πνεύματι, κεκληρονομήκαμεν τὴν ἄνω πόλιν, τὴν ἀληθῶς ἁγίαν
D γῆν, ἧς καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς διεμέμνητο, λέγων· « Μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. » Οἶμαι δὲ ἔγωγε καὶ τὸν σοφώτατον εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, αὐτὸ δὴ τοῦτο βούλεσθαι δηλοῦν, εἰ λέγοι περὶ Χριστοῦ, ὅτι « Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος. Ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. » Διάκονος μὲν γὰρ καὶ μεσίτης τῆς ἀρχαίας ἐκείνης χάριτος γέγονεν ὁ Μωσῆς· τῆς γε μὴν δευτέρας χάριτος ὁ Χριστὸς, ἐχούσης μὲν ὁμοιότητα πρὸς ἐκείνην (τύποι γὰρ ἦσαν ὡς πρὸς ἀλήθειαν, ἤγουν τὸ τῆς ἀληθείας ὠδίνοντες

[27] Joan. XIV, 10. [28] Dan. II, 34. [29] Philipp. II, 10, 11. [30] Ephes. II, 20. [31] Ephes. I, 5 [32] Rom. VIII, 17. [33] Exod. I, 14. [34] Exod. XVI, 1; Joan. VI, 31. [35] Matth. V, 4. [36] Joan. I, 16, 17.

κάλλος), ἀμείνονος δὲ καὶ ὑπερκειμένης, ὅσῳ καὶ τῶν αἰσθητῶν ὑπερφέροι ἂν εἰκότως τὰ νοητά. Καὶ μαρτυρήσας γράφει ὁ Παῦλος, ὅτι κρείττονος διαθήκης γέγονεν ἔγγυος Ἰησοῦς.

*Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρός με, λέγων· Αἱ χεῖρες Ζοροβάβελ ἐθεμελίωσαν τὸν οἶκον τοῦτον, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐπιτελέσουσιν αὐτὸν, καὶ ἐπιγνώσῃ διότι Κύριος παντοκράτωρ ἐξαπέσταλκέ με πρὸς σέ.*

ΚϚʹ. Ἰδοὺ δὴ πάλιν ἡμῖν ἐν αἰσθητοῖς πράγμασι καταγράφει τὰ νοητὰ, καὶ τῶν διὰ Χριστοῦ παραδόξως τετελεσμένων παρατίθησιν εἰς τύπον τὸ διὰ χειρὸς Ζοροβάβελ κατὰ καιροὺς ἐκπεπερασμένον. Ἐπειδὴ γὰρ, ἁλούσης τῆς Βαβυλωνίων ὑπὸ Περσῶν καὶ Κύρου, τῶν τῆς δουλείας ἀνεῖντο δεσμῶν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ δὴ καὶ ἀνῆκον εἰς Ἱεροσόλυμα, Δαρείου λοιπὸν τὴν Χαλδαίων διέποντος ἀρχὴν, προὔτρεπε Θεὸς τοὺς ὑπονοστήσαντας τὸν θεῖον εὐθὺς ἀναδείμασθαι ναὸν, βασιλεύοντος μὲν Ζοροβάβελ, ἱερατεύοντός γε μὴν Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδέκ. Καὶ ἥπτοντο μὲν τοῦ ἔργου, καὶ δὴ καὶ ἐν πρώταις κρηπίδων καταβολαῖς τὸ ἔργον ἦν, ἤρτο δὲ καὶ ὑψοῦ τὰ τείχη λοιπὸν, εἶτα μεταξὺ κωλυόντων τινῶν, καὶ ἐμποδὼν γεγονότος τοῦ φθόνου τῶν περιοίκων ἐθνῶν, γέγονέ τις ἀνακωχὴ, καὶ σπουδασμάτων τῶν ἐπὶ τοῖς ἔργοις ἀνάβλησις. Ἀνέντος δὲ πάλιν αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ τὸ δύνασθαι κατορθοῦν, τετελείωται μόλις ὁ νεὼς, Ἰησοῦ μὲν ἱερατεύοντος, Ζοροβάβελ γε μὴν ἐφεστηκότος καὶ βασιλεύοντος. Ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν ὁ τῆς ἱστορίας συμπεπέρασται λόγος. Ἐπειδὴ δὲ εἰς τύπον Χριστοῦ παρείληπται παρ' ἡμῶν ὁ ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς Ζοροβάβελ, φέρε δὴ λέγωμεν ὅπως τε καὶ τίνα τρόπον ἤρξατο μὲν αὐτὸς οἰκοδομεῖν τὸν οἶκον Κυρίου, τετελείωκε δ' αὖ ὁ νοητὸς καὶ πνευματικός. Κατεστήσατο μὲν γὰρ ἐν ἀρχαῖς οἶκόν τινα καὶ ἐναύλισμα θεοπρεπὲς αὑτῷ τε καὶ τῷ Πατρὶ, τὴν Ἰουδαίων Συναγωγήν. Οὕτω γὰρ αὐτὴν ὠνόμαζε, περὶ τοῦ πανσόφου Μωσέως εἰπών· « Ἐὰν γένηται προφήτης ἐξ ὑμῶν Κυρίῳ, ἐν ὁράματι αὐτῷ γνωσθήσομαι, καὶ ἐν ὕπνῳ λαλήσω αὐτῷ. Οὐχ οὕτως ὡς ὁ θεράπων μου Μωσῆς, ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ μου πιστός ἐστιν. » Οὐκοῦν τεθεμελίωται μὲν ὥσπερ οἶκος διὰ Χριστοῦ· καθῄρηται δὲ μεταξύ. Καὶ γοῦν ὁ προφήτης Ἱερεμίας ὡς πεπτωκότα τε καὶ σεσεισμένον κατωλοφύρετο, λέγων· « Οἶκος Ἰσραὴλ ἔπεσεν, οὐκ ἔστιν ὁ ἀναστήσων αὐτόν. » Πλὴν ἐγήγερται διὰ Χριστοῦ καὶ μετεσκευάσθη πρὸς τὸ ἄμεινον, εἰσκεκομισμένων αὐτῷ τῶν ἐθνῶν, καὶ ἀναδειχθείσης ἐν κόσμῳ τῆς Ἐκκλησίας, « ἥτις ἐστὶν οἶκος Θεοῦ ζῶντος, » ἧς τοῦ κάλλους γέγονεν ἐραστὴς ὁ τῶν ὅλων Κύριος καὶ Θεός. Ὅτι γὰρ ἀσυγκρίτως ἀμείνων παρὰ τὸν πρῶτον ὁ ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ἐγηγερμένος ναὸς, τουτέστιν, ἡ Ἐκκλησία, πεπληροφόρηκεν εἰπὼν διὰ φωνῆς Ἀγγαίου τοῦ προφήτου· « Τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃς εἶδε τὸν οἶκον τοῦτον ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ τῇ ἔμπροσθεν; Καὶ πῶς ὑμεῖς βλέπετε αὐτὸν νῦν

A comprehenduntur antecellunt. Accedit testis Paulus cum scribit [37], melioris testamenti mediatorem esse Jesum.

VERS. 8, 9. *Et factus est sermo Domini ad me, dicens : Manus Zorobabel fundaverunt domum istam, et manus ejus complebunt eam, et scies quia Dominus omnipotens misit me ad te.*

XXVI. En, rursum in rebus quas sensu attingimus, eas quæ solum intelliguntur describit, et a Christo admirabiliter perpetratorum typum proponit id quod per manum Zorobabel aliquando confectum fuit. Postquam enim Babyloniis a Cyro Persarum rege subactis servitute exsoluti sunt Israelitæ, et insuper Hierosolymam redierunt, 689
B Dario postea Chaldæorum regnum procurante, hortatus est Deus reduces ut ante omnia divinum templum reædificarent, rege quidem Zorobabele, principe autem sacerdotum Jesu filio Josedec [38]. Jamque ad opus aggrediebantur, et prima fundamenta jacta erant, et muri in altum educti, cum, prohibentibus quibusdam et invidia finitimarum gentium impediente, a labore cessatum est et operum studia prolata. Deo autem ad opus rite conficiendum rursus facultatem suppeditante, vix tandem absolutum est, Jesu summum gerente sacerdotium, Zorobabele autem rerum potiente. Et his quidem historia continetur [39]. Quia vero pro typo Christi Zorobabelem
C de tribu Juda ortum assumpsimus, age, dicamus quomodo et qua ratione cœperit ipse quidem ædificare domum Domini: sed mente conceptus, et spiritualis Zorobabel eam postea perfecerit et consummaverit. Constituit enim principio domum quamdam et mansionem divinam sibi et Patri Judæorum Synagogam. Sic namque illam appellavit, de sapientissimo omnium Mose ita loquens : « Si fuerit propheta ex vobis Domino, in visione illi cognoscar et in somno loquar ei. Non sic ut servus meus Moses, in omni domo mea fidelis est [40]. » Ergo fundata est tanquam domus per Christum, sed intervallo eversa. Quare propheta Jeremias ut concussam et collapsam deplorat in hæc verba : « Domus Israel cecidit, et non est qui denuo excitet
D eam. » Verumtamen per Christum excitata, et in aliam melioremque formam mutata est, introductis in ipsam gentibus, et exhibita in mundo Ecclesia, « quæ est domus Dei viventis [41], » cujus pulchritudinem universorum Dominus ac Deus adamavit. Etenim templum extremis temporibus excitatum, Ecclesiam scilicet, infinitis partibus primo præstare satis superque docuit, per prophetam Aggæum ita loquens : « Quis est ex vobis homo qui vidit domum hanc in gloria sua priore ? Et quomodo vos videtis ipsam nunc sicut non exsistentem in conspectu vestro [42] ? » Et infra : « Quia magna erit gloria

[37] Hebr. v [38] I Esdr. iv, 1 seqq. Agg. i, 12-14. [40] Num. xii, 6, 7. [41] I Tim. iii, 1.5[42] Agg. ii, 4.

domus istius novissimæ super primam, dicit Dominus omnipotens [43]. » Verumenimvero ista historice duntaxat intelligere, quin magnæ insaniæ sit dubitandum non est, si quis cogitaverit quonam modo posterior gloria templi Dei præstantior prioris gloria videri queat: nam illud incendit ac diripuit Babylonius Nabuchodonosor : **690** hoc autem post illud exstructum post tempus captivitatis, nihilominus a Romanis incensum ac spoliatum est, ipsaque Hierosolyma et Judæa universa [44]. Non igitur ad veritatem sufficit historica narratio. Major autem et præstantior gloria posterior quam prior, Ecclesia assumpta « in templum sanctum, in habitaculum Dei in Spiritu [45]. » Superædificamur enim super fundamenta apostolorum et prophetarum, per omnem contactum suppeditatæ operationis cujusque membri coaptati atque compositi, et veluti inter nos fœdus ineuntes in unitatem fidei et dilectionis per Spiritum, ad efficiendum templum sanctum. Lapides enim vivi sumus [46]. Quamobrem divinus Paulus credentium multitudinem nunc quidem Dei agriculturam, nunc Dei ædificationem vocavit [47] : cujus ut sapiens architectus fundamentum posuit Jesus Christus, cui omnes innitimur, per quem et stamus, et templum nominamur, ipsum habentes in mente et in corde, per Spiritum habitantem et manentem [48].

A καθῶς οὐχ ὑπάρχοντα ἐνώπιον ὑμῶν; » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Διότι μεγάλη ἔσται ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν πρώτην, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Ἀλλ' ὅτι μὲν μόνον ἱστορικῶς τὰ τοιάδε νοεῖν ἀπόπληκτον, οὐχ ἂν ἐνδοιάσειέ τις, ἐννενοηκὼς, ὅτι πῶς ἂν νοοῖτο προφερεστέρα τῆς πρώτης, ἡ ἐν ἐσχάτοις δόξα τοῦ θείου ναοῦ, εἴπερ ἐκεῖνον μὲν κατενέπρησε καὶ διήρπασεν ὁ Βαβυλώνιος Ναβουχοδονόσωρ· τὸν δὲ μετ' ἐκεῖνον ἐγηγερμένον μετὰ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας καιρὸν, οὐδὲν ἧττον Ῥωμαῖοι κατενέπρησαν, συγκαταδῃώσαντες αὐτῷ καὶ [τ]αὐτὰ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ ἅπασαν δὲ τὴν Ἰουδαίων χώραν; Οὔκουν ἀπόχρη πρὸς ἀλήθειαν ἡ τῆς ἱστορίας ἀπόδοσις. Ἀμείνων δὲ καὶ προφερεστέρα τῆς πρώτης ἡ τελευταία δόξα, παραληφθείσης τῆς Ἐκκλησίας « εἰς
B ναὸν ἅγιον, εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν πνεύματι. » Ἐποικοδομούμεθα γὰρ ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, διὰ πάσης ἀφῆς τῆς ἐπιχορηγίας τῆς κατ' ἐνέργειαν ἑκάστου μέλους συναρμολογούμενοι, καὶ συντιθέμενοι, καὶ οἱονεὶ πως ἀλλήλοις συμβαίνοντες εἰς ἑνότητα πίστεως καὶ ἀγάπης ἐπὶ τοῦ Πνεύματος εἰς ναὸν ἅγιον. Λίθοι γάρ ἐσμεν ζῶντες. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος τὴν τῶν πεπιστευκότων πληθὺν, ποτὲ μὲν Θεοῦ γεώργιον, ποτὲ δὲ δὴ οὖν καὶ οἰκοδομὴν ὠνόμαζε Θεοῦ· καὶ ὁ σοφὸς ἀρχιτέκτων θεμέλιον τέθεικεν, οὗτος δέ ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ᾧ δὴ πάντες ἐρηρείσμεθα, δι' οὗ καὶ ἑστήκαμεν, καὶ ναοὶ χρηματίζομεν, αὐτὸν ἔχοντες εἰς νοῦν καὶ καρδίαν ἐνῳκηκότα τε καὶ ἐνηυλισμένον διὰ τοῦ Πνεύματος.

VERS. 10. *Quis enim despexit in dies parvos? Et lætabuntur, et videbunt lapidem stanneum in manu Zorobabel. Septem isti oculi Domini sunt, respicientes super omnem terram.*

C *Διότι τίς ἐξουδένωσεν εἰς ἡμέρας μικράς; Καὶ χαρήσονται, καὶ ὄψονται τὸν λίθον τὸν κασσιτέρινον ἐν χειρὶ Ζοροβάβελ. Ἑπτὰ οὗτοι ὀφθαλμοὶ Κυρίου εἰσὶν, οἱ ἀποβλέποντες ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν.*

XXVII. Non est de mox futuris visio; sed potius de deducendis ad propositum finem, ut temporibus adventus omnium nostrum Salvatoris Christi, qui in extrema tempora sæculi hujus incidit: cæterum non ita diu post hanc prophetiam editam, sive templum per manum Zorobabel excitatum. Si quis igitur, inquit, despexerit medios dies parvos et paucos, sive nihil pependerit dilationem, non mœstus propter hoc, omnino omni lætitia replebitur. Gaudebit enim, et videbit lapidem stanneum in manu Zorobabel. *Stanneum* vero lapidem Christum nominat. Causam si quis nosse volet, mox dixerim et quæ aliis videntur, et nobis quoque probantur. Aiunt enim stannum ex ære et plumbo temperari, atque idcirco nec omnino carere duritie, nec vacare etiam mollitudine. **691** Nos quoque quodammodo ex deitate quæ vi nulla frangi ac debilitari potest, et ex humana natura, affectionibus quasi obnoxia, Emmanuelem componimus. Sciendum porro adamantem quoque plumbo facile confringi, ut aiunt, cum tamen id per aliam materiam non patiatur. Dicimus ergo Christum, quamvis benignum valde longeque valentissimum, et ut Deum nulla præditum sævitia, ceu adamantem quemdam confringere Sa-

ΚΖ'. Οὐ περὶ τῶν εὐθὺς ἐσομένων ἡ ὅρασις, ἐνεχθησομένων δὲ μᾶλλον εἰς πέρας, ὡς ἐν καιροῖς τῆς ἐπιδημίας τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, ἣ γέγονε μὲν ἐν ἐσχάτοις τοῦ παρόντος αἰῶνος καιροῖς· πλὴν οὔ τοι πολλοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις τῆς προκειμένης ἡμῖν προφητείας, ἤτοι τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ τοῦ διὰ χειρὸς Ζοροβάβελ ἐγηγερμένου. Εἴ τις οὖν ἄρα, φησὶν, ἐξουδενώσειε τὰς μεταξὺ μικρὰς καὶ εὐαριθμήτους ἡμέρας, ἤγουν οὐδὲν ἡγήσαιτο τὴν ἀνάβλησιν, οὐκ ἀκηδιάσας πρὸς τοῦτο, πάντη τε καὶ
D πάντως ἁπάσης ἔσται θυμηδίας ἔμπλεως. Χαρήσεται γὰρ, καὶ ὄψεται τὸν λίθον τὸν κασσιτέρινον ἐν χειρὶ Ζοροβάβελ. *Κασσιτέρινον* δὲ λίθον ὠνόμασε τὸν Χριστόν. Καὶ εἴ τις βούλοιτο τὴν αἰτίαν ἀναμαθεῖν, φαίην ἂν εὐθὺς τὰ δοκοῦντά τισι, καὶ ἡμῖν αὐτοῖς ὀρθῶς ἔχειν ὑπειλημμένα. Οἱ μὲν γάρ φασι τὸν κασσίτερον ἀπό τε χαλκοῦ καὶ μολίβδου τὴν σύγκρασιν ἔχειν, καὶ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας οὔτε τοῦ εἶναι σκληρὸν ἀπηλλάχθαι παντελῶς, οὔτε μὴν ἀναίνεσθαι τὸ ἔχειν καὶ μαλθακῶς. Συντίθεμεν δὲ καὶ ἡμεῖς κατὰ τοιόνδε τινὰ τρόπον τὸν Ἐμμανουὴλ ἔκ τε τῆς ἀθραύστου θεότητος, καὶ ἐκ τῆς οἱονεί πως ἐμπαθοῦς ἀνθρωπότητος. Ἰστέον δὲ, ὅτι καὶ τὸν ἀδάμαντα λίθον μολίβδῳ φασὶν εὐκόλως συνθραύε-

[43] Agg. II, 10. [44] IV Reg. XXV, 1 seqq. [45] Ephes. II, 21. [46] I Petr. II, 5. [47] I Cor. III, 9. [48] Ibid. 10-17.

σθαι, καίτοι τοῦτο παθεῖν δι' ἑτέρας ὕλης οὐκ ἀνεχόμενον. Φαμὲν οὖν, ὅτι καίτοι χρηστὸς ὢν ἄγαν, καὶ παναλκὴς ὁ Χριστὸς, καὶ τὸ ἀπηνὲς οὐκ ἔχων ὡς Θεὸς, οἷον ἀδάμαντά τινα συνθραύει τὸν Σατανᾶν, περὶ οὗ γέγραπται· « Ἡ καρδία αὐτοῦ πέπηγεν ὥσπερ λίθος. Ἕστηκε δὲ ὥσπερ ἄκμων ἀνήλατος. » Δοκεῖ γε μὴν καὶ ἑτέρως τὸν κασσίτερον, εἴτ' οὖν τὸν μόλιβδον εἰς ἀποκάθαρσιν τὴν διὰ πυρὸς τῆς ἑτέρας ὕλης ἀναγκαίως παραλαμβάνεσθαι, μάλιστα δὲ τοῖς τὰ ἐξ ἀργύρου τεχνουργεῖν εἰωθόσι τὸ χρῆμά ἐστιν ἀναγκαῖον. Καὶ γοῦν ἔφη που Θεὸς διὰ φωνῆς Ἱερεμίου πάλιν αὐτὸ δὴ τοῦτο αἰνιγματωδῶς· « Ἐξέλιπε φυσητὴρ ἀπὸ πυρὸς, ἐξέλιπε μόλιβδος, εἰς κενὸν ἀργυροκοπεῖ, πονηρίαι αὐτῶν οὐκ ἐτάκησαν. » Κασσιτέρῳ τοίνυν, ἤγουν μολίβδῳ, παρεικάζει Χριστὸν, ὡς ἐκτήκοντα τοὺς ῥύπους, ὡς ἀπαλλάττοντα τῶν περιττῶν, ὡς ἀποκαθαίροντα νοητῶς. Εἰ δή τις οὖν ἄρα κατευμεγεθήσειε, φησὶ, τῆς τῶν μεταξὺ καιρῶν εἰσβολῆς, καὶ οὐδὲν ἡγήσοιτο τὰς διὰ μέσου μικρὰς ἡμέρας, χαρήσεται μὲν, « καὶ ὄψεται τὸν λίθον τὸν κασσιτέρινον ἐν χειρὶ Ζοροβάβελ. » Καὶ τί δὴ ἄρα ἐστὶ τὸ ἐν χειρὶ Ζοροβάβελ; Ἡ θεόπνευστος Γραφὴ τὴν χεῖρα δέχεται καὶ εἰς δύναμιν, καὶ εἰς ἐξουσίαν. Ἐν δυνάμει δὴ οὖν, ἤγουν καὶ ἐν ἐξουσίᾳ τῇ τοῦ Ζοροβάβελ ὄψεται τὸν λίθον τὸν κασσιτέρινον, τουτέστι, Χριστόν. Ζοροβάβελ μὲν γὰρ, ὡς ἔφην, ἐκ φυλῆς τοῦ Ἰούδα βεβασίλευκε τῶν ἐξ Ἰσραήλ. Ἐβασίλευσε δὲ καὶ ὁ Χριστὸς ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, οὐκ ἐν τάξει τῇ καθ' ἡμᾶς, ἤγουν μετρητὴν καὶ χρόνῳ πεπερασμένην τὴν βασιλείαν ἔχων· ἀλλ' ὡς Θεὸς ἀληθῶς, εἰς ἀπεράντους αἰῶνας ἐκτεινομένην· καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ μακάριος Γαβριὴλ τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ περὶ αὐτοῦ, ὅτι τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσει τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Προσεπάγει δὲ, ὅτι « Καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. » Ἐν χειρὶ δὴ οὖν Ζοροβάβελ, τουτέστιν, ὡς ἐν δυνάμει τε καὶ ἐξουσίᾳ τῇ τοῦ Ζοροβάβελ ὀφθήσεται κατὰ καιροὺς ὁ λίθος ὁ κασσιτέρινος. Ἐπιφέρει δὲ τούτοις εὐθὺς τῆς προφητείας ὁ λόγος· « Ἑπτὰ οὗτοι ὀφθαλμοὶ Κυρίου εἰσὶν, οἱ ἐπιβλέποντες ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. » Καὶ τίνες ἂν εἶεν οὗτοι πάλιν; Ἢ γὰρ τοὺς ἑπτὰ λύχνους, οὓς τεθέαται ἐν τῷ λαμπαδίῳ, κέκληκεν ὀφθαλμοὺς Κυρίου, ἵνα νοῶμεν τοὺς ἁγίους, δι' ὧν ἡ σύμπασα καταφωτίζεται γῆ, καὶ ἐπισκοπῆς ἀξιωθεῖσα φαίνεται τῆς παρὰ Θεοῦ· ἤγουν ἐκεῖνο, οἶμαί που, κατασημαίνειν ἐροῦμεν, ὡς οὐκ ἀμελήσει τῶν ἰδίων κτισμάτων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ Πατήρ· ἀλλ' οἷον πολλοῖς τε καὶ ἀΰπνοις ὄμμασι τὰ πάντα περιαθρῶν, χαριεῖται τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς τὸν λίθον τὸν κασσιτέρινον, τουτέστι, Χριστὸν, δι' οὗ γέγονε καὶ εἰς ἡμᾶς ὁ τῆς κατασκέψεως, εἴτ' οὖν ἐπισκέψεως τρόπος. « Ἐπεσκέψατο γὰρ ἡμᾶς Ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Καὶ εἴπερ ἐσμὲν σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους, οὐδὲν οἶμαι τὸ ἀπεικὸς, ἐν ὀφθαλμῶν τάξει τοὺς ἁγίους μυσταγωγοὺς

A tanam, de quo scriptum exstat: « Cor ejus induratum est plus quam lapis. Stetit autem sicut incus impulsata [49]. » Et alioqui stannum, sive plumbum ad purgationem per ignem alterius metalli assumi cernitur necessario, potissimum apud fabros argentarios. Quocirca Deus alicubi per Jeremiam rursus hoc ipsum, licet obscurius dicit: « Defecit sufflatorium ab igne, defecit plumbum, frustra argentarius argentum concidit, malitiæ eorum non sunt liquefactæ [50]. » Quare stanno, sive plumbo Christum comparat ut abstergentem sordes, ut auferentem supervacua, ut purgantem secundum intellectum. Unde si quis interjectione mediorum temporum nihil fuerit conturbatus, et pro nihilo duxerit parvos dies intercedentes, gaudebit « et videbit lapidem
B stanneum in manu Zorobabel. » Quid vero est, in manu Zorobabel? Divinitus inspirata Scriptura manum accipit et pro virtute, et pro potestate. In virtute igitur, sive etiam in potestate Zorobabelis videbit lapidem stanneum, hoc est, Christum. Zorobabel etenim, ut dixi, de tribu Juda natus, Israeli præfuit. Et Christus quoque regnavit super Israel, non more nostro, sive circumscriptum et tempore certo definitum regnum tenens: sed ut vere Deus ad infinita sæcula se porrigens, attestante beato Gabriele ac beatæ Virgini de eo dicente, pariturum filium, et vocaturam nomen ejus Jesum. » Addit, « daturum illi Dominum Deum sedem David patris ejus, et regnaturum super domum Israel in sempiternum, et regni ejus non fore finem [51]. » In manu
C ergo Zorobabel, hoc est in virtute et potestate Zorobabelis, videbitur aliquando lapis ille stanneus. Annectit protinus his propheticus sermo: « Septem hi oculi Domini sunt respicientes super omnem terram. » Quinam isti oculi? **692** Aut enim septem lucernas quas vidit ad lampadem, vocavit oculos Domini, ut intelligamus sanctos, per quos universa terra illuminatur, et divina visitatione dignata cernitur: aut certe illud, opinor, significare dicemus, Deum et Patrem universorum creaturas suas non neglecturum, sed tanquam multis et semper vigilibus oculis omnia circumspicientem, donaturum mortalibus lapidem stanneum, hoc est Christum, per quem et nos visitavit, sive respexit. « Visitavit
D enim nos Oriens ex alto, » ut scriptum est [52]. Et quoniam sumus corpus Christi, et membra de membro [53], non arbitror improbabile, si sanctos rerum divinarum doctores, ut aliis excellentiores et sublimiores, oculos appellatos, et ut ego sentio, hanc ob causam etiam episcopos nominatos dicamus. Speculatur itaque per illos in ipsum credentes Dominus noster Jesus Christus. Demum lapis stanneus alio quoque modo Christus potest intelligi. Stannum enim disjuncta conjungit, vim conglutinandi habens. Fecit quiddam tale et nobis Christus, siquidem verum est, eum in unum novum hominem duos populos condidisse, « facientem pacem, et

[49] Job XLI, 15. [50] Jerem. VI, 29. [51] Luc. I, 31, 32. [52] Luc. I, 78. [53] I Cor. XII, 27.

reconciliantem in uno corpore ambos in unitatem per spiritum [54]. » Unde lapis summus angularis est nuncupatus, connectens ad unitatem duos populos, ut dixi. Copulavit item angelos in terra degentibus: nos ipsos quoque per se Deo et Patri consociavit, destructo peccato, quod interjacebat, et ceu murus nos ab eo secludebat.

A τεθεῖσθαι λέγειν, ὡς τῶν ἄλλων προὔχοντας καὶ ὑπερκειμένους, ταύτητοι καὶ ἐπισκόπους ὠνομασμένους, καθάπερ ἔγωγ' ἔφην. Κατασκέπτεται δὲ δι' αὐτῶν τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. Λίθος γε μὴν κασσιτέρινος, καὶ καθ' ἕτερον ἂν νοοῖτο τρόπον ὁ Χριστός. Ὁ γάρ τοι κασσίτερος συνάπτει πρὸς ἕνωσιν τὰ διῃρημένα, κολλητικὴν ἔχων τὴν φύσιν. Πέπραχε δέ τι τοιοῦτον καὶ εἰς ἡμᾶς ὁ Χριστὸς, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὡς εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον τοὺς δύο κτίζει λαοὺς, « Ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάσσων ἐν ἑνὶ σώματι τοὺς ἀμφοτέρους, εἰς τὴν διὰ πνεύματος ἕνωσιν. » Ὅθεν καὶ λίθος ἀκρογωνιαῖος ὠνόμασται, συνδέων εἰς ἕνωσιν τοὺς δύο λαοὺς, ὡς ἔφην. Συνῆψε δὲ καὶ ἀγγέλοις τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς· ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, τὴν μεταξὺ κειμένην καὶ πάλαι διατειχίζουσαν καθελὼν ἁμαρτίαν.

VERS. 11-14. *Et respondi, et dixi ad eum: Quid duæ olivæ, quæ a dextris candelabri et a sinistris? Et interrogavi secundo, et dixi ad eum: Quid hi duo rami olivarum, qui in manibus duarum narium aurearum, infundentium et retrahentium infusoria aurea? Et dixit ad me: Non scis quid sunt hæc? Et dixi: Nequaquam, Domine. Et ait: Isti duo filii pinguedinis astiterunt Domino omnis terræ.*

*Καὶ ἀπεκρίθην, καὶ εἶπα πρὸς αὐτόν· Τί αἱ δύο ἐλαῖαι αὗται, αἱ ἐκ δεξιῶν τῆς λυχνίας, καὶ* B *ἐξ εὐωνύμων; Καὶ ἐπηρώτησα ἐκ δευτέρου, καὶ εἶπα πρὸς αὐτόν· Τί οἱ δύο κλάδοι τῶν ἐλαιῶν, οἱ ἐν ταῖς χερσὶ τῶν δύο μυξωτήρων τῶν χρυσῶν, τῶν ἐπιχεόντων καὶ ἐπαναγόντων τὰς ἐπαρυστρίδας τὰς χρυσᾶς; Καὶ εἶπε πρός με· Οὐκ οἶδας τί ἐστι ταῦτα; Καὶ εἶπα· Οὐχὶ, Κύριε. Καὶ εἶπεν· Οὗτοι οἱ δύο υἱοὶ τῆς πιότητος παρεστήκασι Κυρίῳ πάσης τῆς γῆς.*

XXVIII. Animus sanctorum discendi cupidissimus est. Proinde nihil in visione ostensorum propheta prætermittit, et perlibenter sciscitatur, et de singulis exactius inquirit, quidnam significati complectantur. Oportebat igitur ita poscenti voce angeli declarari, cujus rei symbolum essent, quæ a dextris et sinistris **693** lampadis stabant olivæ duæ. Curiosius itaque indagat, et discere cupit. Vide autem, quomodo iterato percontetur, modumque percontationis ad veritatem quasi immutet. Duas enim olivas nominavit in principio: sed mentis oculo acutius visa intuitus, non amplius olivas, sed ramos olivarum nominat. Scite itaque interroganti explicat mox beatus angelus, et ait ipsos esse duos filios pinguedinis, ut lætantes, et oleo Christi in deliciis viventes, et gratia Spiritus affatim pinguescentes. Misericordiam enim obtinuimus, justificati gratis per fidem [55], et propter communionem sancti Spiritus consortes divinæ ejus naturæ effecti [56]. Itaque in oleo et lucernis duorum populorum fundatio et assistentia intelligitur. In lumine enim est vocatio nostra, et ut in oleo quod est a Deo: quandoquidem vere nobis dicere concessum est, nos misericordiam consecutos, a morte et peccato liberatos, et veterrima servitute cervices nostras expeditas. Illuminati autem sumus, unum natura Deum agnoscentes, et e tenebris quibus nos error multiplicis idololatriæ involverat, egressi. Verum quid sibi velint olivæ, et quid moverit beatum prophetam, ne amplius olivas, sed ramos potius olivarum dicendas putaret, age disquiramus. Bona igitur, seu frugifera oliva Judæorum Synagoga, agrestis oliva gentium multitudo vocata est. Sic enim ipsarum beatus Paulus meminit, credentes ex gentibus alloquens: « Si enim tu ex na-

ΚΗ'. Φιλομαθὴς ἄγαν τῶν ἁγίων ὁ νοῦς. Τοιγάρτοι παρίησι μὲν ὁ προφήτης τῶν ἐν τῇ ὁράσει δεικνυμένων οὐδὲν, φιλοπευστεῖ δὲ, καὶ λίαν, καὶ περὶ ἑκάστου λεπτῶς ἀναπυνθάνεται τὸ, τί ἂν βούλοιτο δηλοῦν. Ἔδει τοίνυν οὕτως ἔχοντι γνώμης διατρανοῦσθαι διὰ τοῦ τῆς ἀγγέλου φωνῆς, τίνος ἂν εἴη σύμβολον ἡ εἰς δεξιόν τε καὶ εὐώνυμον τοῦ λαμπα- C δίου στάσις τῶν ἐλαιῶν. Ταύτητοι περιεργάζεται, καὶ ἀναμανθάνειν ἀξιοῖ. Ἄθρει δὲ ὅπως δευτέραν ἐπάγει τὴν πεῦσιν, καὶ μὴν καὶ μεταπλάττει πως εἰς τὸ ἀτρεκὲς τὸν τῆς ἐρωτήσεως τρόπον. Δύο μὲν γὰρ ἐλαίας ὠνόμαζεν ἐν ἀρχαῖς· λεπτότερον δέ πως τῆς διανοίας τὸν ὀφθαλμὸν τοῖς ὁρωμένοις ἐνιεὶς, οὐκ ἔτι μὲν ἐλαίας, κλάδους δὲ μᾶλλον ὠνόμαζεν ἐλαιῶν. Ἐρομένῳ δὴ οὖν εὐτέχνως ἀποφαίνεται λοιπὸν ὁ μακάριος ἄγγελος, καί φησιν αὐτοὺς τοὺς δύο εἶναι υἱοὺς τῆς πιότητος, ὡς εὐφραινομένους τε καὶ ἐνσπαταλῶντας ἐλαίῳ τῷ παρὰ Χριστοῦ, καὶ τῇ τοῦ Πνεύματος χάριτι πλουσίως πιαινομένους. Ἠλεήθημεν γὰρ, δικαιούμενοι δωρεὰν διὰ τῆς πίστεως, καὶ κοινωνοὶ τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως ἀναδεδειγμένοι, διὰ τοῦ μετασχεῖν ἁγίου Πνεύματος. Οὐκοῦν ἐν ἐλαίῳ τε D καὶ λύχνοις ἡ τῶν δύο λαῶν ἵδρυσίς τε καὶ παράστασις. Ἐν φωτὶ γὰρ ἡμῶν ἡ κλῆσις, καὶ ὡς ἐν ἐλαίῳ τῷ παρὰ Θεοῦ· εἴπερ ἐστὶν ἀτρεκὲς εἰπεῖν, ὡς ἠλεήμεθα μὲν, θανάτου καὶ ἁμαρτίας ἀπηλλαγμένοι, καὶ δουλείας τῆς ἀρχαιοτάτης ἀπολύσαντες τὸν αὐχένα. Πεφωτίσμεθα δὲ, ἕνα τὸν φύσει Θεὸν ἐπιγινώσκοντες, καὶ τῆς πολυθέου πλάνης τὸν σκότον ἐκβεβηκότες. Ἀλλὰ τίς ἂν εἴη καὶ ὁ τῶν ἐλαιῶν λόγος, τί δὲ ἄρα τὸ πεπεικὸς τὸν μακάριον προφήτην, μὴ δὴ χρῆναι λέγειν αὐτὰς ἐλαίας μὲν ἔτι, κλάδους δὲ μᾶλλον ἐλαιῶν, φέρε δὴ, φέρε περιαθρήσωμεν. Καλλιέλαιος μὲν τοίνυν ἡ τῶν Ἰουδαίων κεχρημάτικε Συναγωγὴ, ἀγριέλαιός γε μὴν τῶν ἐθνῶν ἡ πλη-

[54] Ephes. II, 16. [55] Rom. III, 24. [56] II Petr. I, 4.

θύς. Οὕτω γὰρ αὐτῶν διαμέμνηται καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, λέγων πρὸς τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντας· « Εἰ γὰρ σὺ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἐξεκόπης ἀγριελαίου, καὶ παρὰ φύσιν ἐνεκεντρίσθης εἰς καλλιέλαιον, πολλῷ μᾶλλον οὗτοι οἱ κατὰ φύσιν ἐγκεντρισθήσονται τῇ ἰδίᾳ ἐλαίᾳ. » Οὐκοῦν καλλιέλαιος μὲν ἡ Συναγωγὴ, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, ἀγριέλαιος δὲ ἡ τῶν ἐθνῶν ἀγέλη. Οἱ μὲν γὰρ, τὴν διὰ νόμου παίδευσιν ἔχοντες, οὐκ ἄκαρποι διετέλουν· οἱ δὲ ἦσαν σφηκῶν ἀγρίων ἐνδιαιτήματα, πλήρη δαιμονίων ἔχοντες τὸν νοῦν, καὶ ἄκαρποι παντελῶς. Πλὴν οὔτε πᾶσα ἡ τῶν Ἰουδαίων Συναγωγὴ τὴν εἰς Υἱὸν παρεδέξατο πίστιν, οὔτε μὴν ὅλη τῶν ἐθνῶν ἡ πληθύς· ἐξεσπασμένοι δὲ ὥσπερ ἐφ' ἑκάστης ἠλέηνται πολλοὶ, καὶ κέκληνται διὰ τῆς πίστεως εἰς τὸν διὰ τοῦ Πνεύματος φωτισμόν. Κλάδοι δὴ οὖν ἐλαιῶν οἱ ἀπεσπασμένοι νοοῖντ' ἂν εἰκότως, οἳ καὶ ἠλέηνται διὰ τῆς χάριτος, καὶ ὡς ἐν φωτὶ γεγόνασι τοῦ λαμπαδίου, τουτέστι, Χριστοῦ, καὶ τῶν ἑπτὰ συναναλαμπόντων λύχνων, τουτέστι, τῆς τῶν ἁγίων πληθύος. Ἄθρει δὲ ὅπως ὁ θεσπέσιος ἄγγελος εἰς εἰκόνα καὶ ὑποτύπωσιν τοῦ Ἐμμανουὴλ παραδέχεται τὸ λαμπάδιον. Τεθειμένων γὰρ τῶν κλάδων ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, καὶ ἐξ εὐωνύμων (οὓς καὶ υἱοὺς τῆς πιότητος ὠνόμασε δύο), παρεστάναι φησὶν αὐτοὺς τῷ Κυρίῳ πάσης τῆς γῆς, τῆς παραστάσεως ἐν τύποις κατασημαινούσης εὖ μάλα τὴν οἰκειότητα τὴν πνευματικὴν, καὶ τὸ ἕτοιμον τῆς γνώμης εἴς γε τὸ δεῖν ὑποκεῖσθαί τε καὶ ὑπηρετεῖν αὐτῷ. Ὧδε γὰρ ἂν νοοῖτο Χριστὸς παραστήσας ἑαυτῷ τὴν Ἐκκλησίαν, τὴν ἐκ δύο λαῶν συναγηγερμένην. Κατὰ τοῦτον, οἶμαι, τὸν τρόπον τῷ τῆς παραστάσεως ὀνόματι καὶ ὁ θεσπέσιος Μωσῆς κατεκαλλύνετο, Θεοῦ πρὸς αὐτὸν εἰρηκότος· Σὺ δὲ αὐτοῦ στῆθι μετ' ἐμοῦ. Οὐ γὰρ ἀπόβλητος ἡ διὰ νόμου παίδευσις παρά γε τῷ πάντα εἰδότι Θεῷ. Διὰ ποίαν αἰτίαν; Παιδαγωγεῖ γὰρ εἰς Χριστὸν καὶ ὡς ἐν τύποις καὶ σκιαῖς αὐτὴν ἡμῖν ὠδίνει τὴν ἀλήθειαν, καὶ τοῦτο ἡμᾶς πιστώσεται λέγων αὐτὸς ὁ Χριστὸς πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας Ἰουδαίους· « Εἰ ἐπιστεύετε Μωσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε. »

turali oleastro excisus es, et contra naturam insertus es in bonam olivam, quanto magis ii, qui secundum naturam suæ olivæ inserentur [57]? » Est ergo bona oliva Synagoga, ut jam dixi, agrestis autem grex gentium. Illi enim per legem eruditi, semper erant frugiferi : at isti vesparum atrocium diversoria, mentem habentes plenam dæmonibus, et infructuosi ac steriles omnino. Veruntamen nec tota Judæorum Synagoga fidem in Filium suscepit, nec gentium universitas, sed quasi utrinque extracti, misericordiam adepti sunt multi, et per fidem ad illuminationem per Spiritum vocati sunt. Rami ergo olivarum qui extracti sunt, convenienter intelligi queant, qui et misericordiam per gratiam invenerunt, et velut in lumen lampadis, hoc est, Christi, et septem collucentium lucernarum, hoc est, sanctorum multitudinis evaserunt. **694** Animadverte insuper quomodo sacer angelus ad imaginem et descriptionem Emmanuelis lampadem assumat. Positis enim ramis a dextris ejus et sinistris (quos et duos filios pinguedinis nominat), astare illos dicit Domino universæ terræ, assistentia hoc loco familiaritatem et promptam voluntatem ad ei obtemperandum ministrandumque significante. Sic enim potest intelligi Christus fecisse sibi astare Ecclesiam ex duobus populis congregatam. Hoc modo, opinor, nomine assistentiæ etiam divinus Moses ornatus est, cum Deus ad eum loqueretur : « Tu vero sta illic mecum [58]. » Non enim legalem institutionem Deus omnia sciens abjicit. Quam ob causam? Quia est pædagogus ad Christum [59], et tanquam in typis et umbris ipsam nobis veritatem parturit. Testis Christus ipse, sic affando Judæos incredulos, « Si crederetis Mosi, utique crederetis et mihi; de me enim ille scripsit [60]. »

## ΚΕΦΑΛ. Ε'.

*Καὶ ἐπέστρεψα, καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ ἴδον, καὶ ἰδοὺ δρέπανον πετόμενον. Καὶ εἶπε πρός με· Τί σὺ βλέπεις; Καὶ εἶπα· Ἐγὼ ὁρῶ δρέπανον πετόμενον μήκους πήχεων εἴκοσι, καὶ πλάτους πήχεων δέκα. Καὶ εἶπε πρός με· Αὕτη ἡ ἀρὰ ἡ ἐκπορευομένη ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς. Διότι πᾶς ὁ κλέπτης ἐκ τούτου ἕως θανάτου ἐκδικηθήσεται, καὶ πᾶς ὁ ἐπίορκος ἐκ τούτου ἕως θανάτου ἐκδικηθήσεται. Καὶ ἐξοίσω αὐτὸ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ εἰσελεύσεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ κλέπτου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ ὀμνύοντος τῷ ὀνόματί μου ἐπὶ ψεύδει, καὶ καταλύσει ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ συντελέσει αὐτὸν, καὶ τὰ ξύλα αὐτοῦ, καὶ τοὺς λίθους αὐτοῦ.*

ΚΘ'. Τὸ, *ἐπέστρεψα*, πάλιν ἐν τούτοις, οὐκ ἄν, οἶμαι, τὶς ἐκλάβοιτο ἐπὶ τόπου· ἀλλ' ὡς ἐν ἀμείψει πάλιν τῇ καθ' ἑτέραν ὅρασιν. Ἐκκοπτομένης γὰρ

## CAP. V.

VERS. 1-4. *Et conversus sum, et levavi oculos meos, et vidi, et ecce falx volans. Et dixit ad me : Quid tu vides? Et dixi : Ego video falcem volantem, longitudinis cubitorum viginti, et latitudinis cubitorum decem. Et dixit ad me : Hæc maledictio quæ egreditur super faciem universæ terræ. Quia omnis fur ex hoc usque ad mortem punietur : et omnis perjurus ex hoc usque ad mortem cruciabitur. Et educam illud, dicit Dominus omnipotens, et ingredietur in domum furis, et in domum jurantis in nomine meo in mendacio, et requiescet in medio domus ejus, et consumet eam, et ligna ejus, et lapides ejus.*

XXIX. Iterum in his verbum *conversus sum*, nemo, ut existimo, de loco interpretabitur, sed de mutatione secundum alteram visionem. Priore enim

[57] Rom. XI, 24. [58] Deut. V, 31. [59] Galat. III, 24. [60] Joan. V, 46.

veluti præcisa, visioneque ad aliam contemplationem transeunte, nomine conversionis id quod evenit tacite indicat. Mentis igitur oculos in altum tollit, deinde falcem avis instar in sublime elatam, et quasi in totum orbem desilientem videt. **695** Ea erat perquam lata et longa. Nam viceni cubiti longitudo ejus, cujus dimidium latitudo continebat. Quærente rursum angelo quid esset, et propheta respondente, se nescire : « Hæc, inquit ille, est maledictio egrediens super faciem universæ terræ, » et pœnis respondentibus induens perjurum, et cum eo furem. Et quod quidem ad manifestiorem hujus ostenti declarationem attinet, nulla est difficultas. Maledictio enim divina fures et cum his pejerare solitos plane occupabit, et propemodum falce protervos demetens, fenum tectorum reddet [61], et igni alimentum dabit, et in domum viri ingressa, talem rursus ipsum conficiet, et agitabit strenue. Censeo porro causas proficiendi studio curiosius perscrutandas, ob quas præsens quam in manibus habemus visio cæteris adjungi debuit. Quare (inquiet aliquis æquitatis studiosorum) cum plurima peccata committerentur in vita, et tum filii Israel diversis se criminibus commaculassent, solis furibus et perjuris supplicium falcis ingruisse dicit, sive egredi maledictionem, detondentem quos deprehenderit, et consumentem penitus ? Ad hæc respondemus, Deum singulis temporibus conducentia locutum esse per prophetas sanctos audientibus semper consulentem. Illo igitur tempore viventibus hanc visionem maxime notam esse oportebat. Causas subjiciemus, et opportunissimam fuisse demonstrabimus. Etenim simul atque Chaldæa relicta, et a jugo servitutis vindicati Israelitæ in Judæam reverterunt, Hierosolymamque receperunt, cum eos veteribus illis delictis modum ponere, et regressus ad salutaria, anteacta emendare, et liberatorem, voluntati ejus serviendo recreare conveniret, nihilominus in scelere perseverabant, præscripta legum libere violantes. Nam cum vetuisset Moses conjugia cum alienigenis mulieribus [62], illi hujus mandati securi, cum filiabus vicinarum gentium corpora copulabant, alienorumque liberorum patres efficiebantur, et insuper sanctam civitatem impio semine replebant. Erant porro quidam inter illes honoratiores ab hujuscemodi piaculo haud immunes, quod Esdras deflebat ; quin et accedens ad divinam domum pro impiis fundebat preces. **696** Quid postmodum evenerit, ex scriptis ejus cognoscemus, ubi ita legimus : « Et postquam orans Esdras quod erat exposuit flens et humi cadens coram templo, collecti sunt ad eum ab Hierosolymis turbæ multæ nimis, viri et mulieres et adolescentes : magnus enim erat fletus in populo. Et respondens Jechonias filius Jeeli de filiis Israel, dixit Esdræ : Nos prævaricati sumus in Dominum Deum, et duximus nobis uxores alienas de populis terræ, et cohabitat illis om-

A ὥσπερ τῆς πρώτης, καὶ μεταφοιτώσης τῆς ὄψεως ἐπὶ θεωρίαν ἑτέραν, τῷ τῆς ἐπιστροφῆς ὀνόματι τὸ συμβὰν ὑποφαίνει. Αἴρει τοίνυν εἰς ὕψος τῆς διανοίας τοὺς ὀφθαλμοὺς, εἶτα δρέπανον ὁρᾷ, πτηνοῦ δίκην, ὑψοῦ τε ἠρμένον, καὶ οἷον εἰς πᾶσαν διᾷττον τὴν γῆν. Ἦν δὲ δὴ λίαν εὐρύ τε καὶ εὔμηκες. Εἰκοσάπηχυ μὲν γὰρ τὸ μῆκος αὐτῷ, ἐν ἡμίσει δὲ τούτου τὸ πλάτος. Ἐρομένου δὲ τοῦ ἀγγέλου, τί ἂν εἴη πάλιν, καὶ μὴ εἰδέναι φάσκοντος τοῦ προφήτου, « Αὕτη, φησὶν, ἡ ἀρὰ ἡ ἐκπορευομένη ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς, » καὶ ταῖς αὐτῇ πρεπούσαις ἐνιεῖσα ποιναῖς τὸν ἐπίορκον, καὶ σὺν αὐτῷ τὸν κλέπτην. Καὶ ὅσον μὲν ἥκει εἰς ἐμφανεστέραν δήλωσιν τὴν ἐπί γε τῷ δεδειγμένῳ, δυσχερὲς οὐδέν. Ἀρὰ γὰρ θεία πάντῃ τε καὶ πάντως κατανεμηθήσεται τοὺς κλέπτας, καὶ
B προσέτι σὺν τούτοις τοὺς ψευδορκεῖν εἰωθότας καὶ μονονουχὶ δρεπάνῳ τοὺς ὑβριστὰς ἀποκείρουσα, χόρτον ἀποφανεῖ δωμάτων, καὶ πυρὶ διδώσει τροφὴν, καὶ εἰς οἶκον ἀνδρὸς εἰσελῶσα, τοιοῦτον συντελέσει τε πάλιν αὐτὸν, καὶ καταδονήσει γεννικῶς. Χρῆναι δὲ οἶμαι φιλομαθῶς πολυπραγμονεῖν τὰς αἰτίας, ἐφ' αἷς ἡ παροῦσα, καὶ ἐν χερσὶν ἡμῖν ὅρασις, ὡς ἀναγκαία ταῖς ἄλλαις συνεισκεκόμισται. Ἀνθ' ὅτου δὲ, φαίη τις ἂν τῶν ἐπιεικεστέρων, πλείστων τε ὅσων πλημμελημάτων ὄντων κατὰ τὸν βίον, καὶ μὴν ἐν διαφόροις ὄντων αἰτιαμάτων τὸ τηνικάδε τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, κατὰ μόνων κλεπτῶν τε καὶ ψευδομοτῶν τὴν διὰ τοῦ δρεπάνου ποινὴν ἐπηρτῆσθαί φησιν, ἤγουν ἐκπορεύεσθαι τὴν ἀρὰν, ἀποκείρουσαν τοὺς ἁλισκομένους, καὶ συντελοῦσαν εἰς ἅπαν ; Πρὸς δὴ τὰ τοιαῦτά φα-
C μεν, ὅτι τὰ ἑκάστῳ χρήσιμα καιρῷ διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν ἐλάλει Θεὸς, ἀεί πως ὠφελῶν τοὺς ἀκούοντας. Ἦν οὖν ἀναγκαῖον τοῖς τὸ τηνικάδε μάλιστα ταύτην σαφῆ γενέσθαι τὴν ὅρασιν. Ἐποίσομεν δὲ τὰς αἰτίας, ἐπικαιροτάτην οὖσαν δεικνύντες. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν τῶν Χαλδαίων ἀφέντες μόλις οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ τὸν τῆς δουλείας ἀπολυσάμενοι ζυγὸν, ἀπενόστησαν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ ἦσαν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, δέον ἀπέχεσθαι τῶν ἀρχαίων ἐκείνων πλημμελημάτων, καὶ ταῖς εἰς τὸ ἄμεινον ἀναδρομαῖς ἐπανορθοῦν τε τὰ φθάσαντα, καὶ κατευφραίνειν τὸν λυτρωτὴν, τὰ αὐτῷ δοκοῦντα πληροῦν ᾑρημένους, οὐδὲν ἧττον ἦσαν ὁποῖοι καί ποτε, παραλύοντες ἀφυλάκτως τὸ τῷ νόμῳ δοκοῦν. Ἀποφάσκοντος γὰρ τοῦ Μωσέως
D τὸ δεῖν αὐτοὺς ἀλλοφύλοις ἐπιμίγνυσθαι γυναιξὶν, αὐτοὶ τῶν τεθεσπισμένων ὀλίγα πεφροντικότες, ταῖς τῶν ὁμόρων ἐθνῶν συνεπλέκοντο θυγατράσι, καὶ τέκνων ἦσαν ἀλλοτρίων πατέρες, καὶ ἀνοσίου σπέρματος πλήρη πάλιν ἀποφαίνοντες τὴν ἁγίαν πόλιν. Ἦσαν δέ τινες καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἐπιφανεστέρων τοῖς τοιούτοις ἐνισχημένοι πταίσμασιν, οὗ δὴ γεγονότος κατεθρήνει μὲν ὁ Ἔσδρας, καὶ δὴ καὶ τὸν θεῖον οἶκον καταλαβὼν, τὰς ὑπέρ γε τῶν ἠσεβηκότων ἐποιεῖτο λιτάς. Εἶτα τί γενέσθαι συμβέβηκεν, ἐξ αὐτῶν εἰσόμεθα τῶν αὐτῷ γεγραμμένων· ἔχει δὲ οὕτω· « Καὶ ὅτε προσευχόμενος Ἔσδρας ἀνθωμολογεῖτο, κλαίων, χαμαιπετὴς ἔμπροσθεν τοῦ ἱεροῦ, ἐπισυνήχθησαν

[61] Psal. CXXVIII, 6. [62] Exod. XXXIV, 16 ; Deut. VII, 3 seqq.

πρὸς αὐτὸν ἀπὸ Ἱεροσολύμων ὄχλοι πολλοὶ σφόδρα, ἄνδρες, καὶ γυναῖκες, καὶ νεανίαι· κλαυθμὸς γὰρ ἦν μέγας ἐν τῷ πλήθει. Καὶ φωνήσας Ἰεχονίας Ἰεήλου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ εἶπεν Ἔσδρᾳ· « Ἡμεῖς ἡμάρτομεν εἰς Κύριον τὸν Θεὸν, καὶ συνῳκίσαμεν ἑαυτοῖς γυναῖκας ἀλλογενεῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν τῆς γῆς, καὶ σύνεστιν αὐταῖς πᾶς Ἰσραήλ. Ἐν τούτῳ γενέσθω ἡμῖν ὁρκωμοσία πρὸς τὸν Κύριον, ἐκβαλεῖν πάσας τὰς γυναῖκας ἡμῶν, τὰς ἐκ τῶν ἀλλογενῶν, σὺν τοῖς τέκνοις αὐτῶν, ὡς ἐκρίθη σοὶ καὶ ὅσοι πειθαρχοῦσι τῷ νόμῳ. Ἀνάστα, ἐπιτέλει· πρὸς σὲ γὰρ τὸ πρᾶγμα, καὶ ἡμεῖς μετὰ σοῦ ἰσχὺν ποιεῖν. Καὶ ἀναστὰς Ἔσδρας, ὥρκισε τοὺς φυλάρχους τῶν ἱερέων, καὶ Λευϊτῶν παντὸς Ἰσραὴλ ποιῆσαι κατὰ ταῦτα, καὶ ὤμοσαν. » Ὁμωμοκόσι δὴ οὖν τῷ νόμῳ δοκοῦντα πληροῦν, ἦν πως ἀναγκαῖον ἐπαρτῆσαι τὴν ἀρὰν, τὴν τοῖς ψευδορκεῖν εἰωθόσιν ἀπηνῶς ἐπιθρώσκουσαν, ἵνα καὶ γένοιντο φύλακες τῶν ὀμωμοσμένων. Ἐπειδὴ δὲ οἰκοδομουμένου τοῦ θείου ναοῦ πολλὴ χρημάτων ἄθροισις ἦν, τοῦτο μὲν Δαρείου νέμοντος, τοῦτο δὲ τοῦ λαοῦ προσκεκομικότος, εἶτά τινας ἦν εἰκὸς τῶν τὰ τοιάδε διοικεῖν ἐπιτεταγμένων ἀπονοσφίζεσθαί τινα τῶν εἰς δόξαν Θεοῦ προσκεκομισμένων. Ταύτῃ τοι καὶ κατὰ κλεπτῶν ἰέναι τὴν ἀρὰν μάλα φησὶν, ἵνα καὶ αὐτοὶ λημμάτων αἰσχρῶν γεγονότες ἀμείνους, μὴ τῶν ἱερῶν ἅπτοιντο χρημάτων, εἰς ἰδίας αὐτὰ δαπανῶντες χρείας. Αὕτη μὲν οὖν ἡ τῆς ὁράσεως πρόφασις. Χρὴ δὲ δεδιέναι τὴν ἀρὰν, καὶ τὴν τοῦ δρεπάνου τομὴν τούς τε κλέπτειν ἢ ψευδορκεῖν εἰωθότας, ὅτι πάντη τε καὶ πάντως εἰς πέρας οἴσει Θεὸς τὰ διωρισμένα, καὶ οὔτε κλεπτῶν, οὔτε μὴν τῶν ἑτέρων φείσεται. Ποιεῖται γάρ πως ἀεὶ κατεστυγμένους, τοὺς τῆς θείας αὐτοῦ καταφρονοῦντας δόξης, καὶ τοὺς ἀπλήστῳ γνώμῃ τῶν οὐδὲν αὐτοῖς προσηκόντων ἐφιεμένους.

A nis Israel. In hoc percutiamus fœdus cum Domino ad ejiciendum omnes mulieres nostras ex alienigenis, cum liberis ipsarum, ut judicatum est a te, et omnibus qui huic legi obtemperant. Surge, fac, ad te enim negotium pertinet, et nos tecum ad confortandum. Et surrexit Esdras, et adjuravit principes sacerdotum et Levitarum totius Israel ut facerent secundum hæc; et juraverunt [63]. » Cum jurassent igitur de legum decretis exsequendis, necessarium erat maledictionem supra caput esse, quæ pejerare solitos inclementer invadit, ut juratis starent. Postquam autem templo divino exædificando grandis pecunia exacta est, partim Dario donante, partim populo offerente, verisimile erat, quosdam ad eam dispensandam constitutos quæ-

B dam ad Dei gloriam oblata avertere [64]. Quare et maledictionem furibus superventuram rectissime dicit, ut et ipsi a turpi quæstu invicti, pecuniam sacram ne attingerent, ad privatos usus eam conferentes. Atque hæc visionis est occasio. Formidanda autem est maledictio et falcis sectio furto et perjurio assuetis, quoniam Deus ad exitum omnino perducet quæ decrevit, et neque furibus, neque aliis parcet. Odit enim semper divinam suam gloriam contemnentes, et animo inexplebili nihil ad se pertinentia concupiscentes.

*Καὶ ἐξῆλθεν ὁ ἄγγελος, ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, καὶ εἶπε πρός με· Ἀνάβλεψον τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, καὶ ἴδε τὸ ἐκπορευόμενον τοῦτο. Καὶ εἶπα· Τί ἐστι; Καὶ εἶπε· Τοῦτο τὸ μέτρον τὸ ἐκπορευόμενον. Καὶ εἶπεν· Αὕτη ἡ ἀδικία αὐτῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Καὶ ἰδοὺ τάλαντον μολίβδου ἐξαιρόμενον, καὶ ἰδοὺ γυνὴ μία ἐκάθητο ἐν μέσῳ τοῦ μέτρου. Καὶ εἶπεν· Αὕτη ἐστὶν ἡ ἀνομία. Καὶ ἔῤῥιψεν αὐτὴν εἰς μέσον τοῦ μέτρου, καὶ ἔῤῥιψε τὸν λίθον τοῦ μολίβδου εἰς τὸ στόμα αὐτῆς.*

C VERS. 5-8. *Et egressus est angelus qui loquebatur in me, et dixit ad me: Suspice oculis tuis, et vide quid est hoc quod egreditur. Et dixi: Quid est? Et dixit: Hæc est mensura quæ egreditur. Et dixit: Hæc est iniquitas eorum in omni terra. Et ecce talentum plumbi elevatum, et ecce mulier una sedebat in medio mensuræ. Et dixit: Hæc est iniquitas. Et projecit eam in medium mensuræ, et projecit lapidem plumbi in os ejus.*

Λʹ. Φθάσας ἔφην, τῆς εἰς τὸν προφήτην σαφηνείας ἀρχόμενος, ὅτι μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, ἅπερ ἐν τῷ καιρῷ τῆς αἰχμαλωσίας τέθεινται, ταῦτα τοῖς λελυτρωμένοις ἀφηγεῖται χρησίμως. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοὺς ἐθεᾶτο καταῤῥαθυμοῦντας ἄγαν τοῦ χρῆναι πληροῦν τὰ νενομισμένα, καὶ ἀποκλίναντας μὲν ἀκαθέκτως εἴς γε τὸ σφίσιν αὐτοῖς ἡδύ τε καὶ φίλον, ὀλίγα δὲ παντελῶς τῶν διὰ Μωσέως πεφροντικότας νόμων (συνεπλέκοντο γὰρ καὶ ἀλλοφύλοις γυναιξὶ, καὶ ἤδη τινὲς ὁλοτρόπως ἔξω βαίνοντες τοῦ εἰκότος, ἐτελέσθησαν εἰδώλοις, καί τινα πρὸς τούτοις ἔδρων ἃ μηδὲ θέμις εἰπεῖν)· ἀναγκαίαν ὁ προφήτης τῶν δραμάτων ποιεῖται τὴν ἀφήγησιν, ἵν' εἰδεῖεν οἱ λελυτρωμένοι μόλις, ὁποίαις ἀνθρώπων καὶ ἁγίων ἀγγέλων λιταῖς τὸ χρῆμα κερδαίνοντες αὐτοὶ, κατὰ σφῶν παραθήγουσι πάλιν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ταῖς τῶν ἀρ-

**697** XXX. Initio declarationum mearum in hunc prophetam docui, eum post reditum e Babylone, quæ tempore captivitatis acciderint, libertate potitis fructuose narrare. Quoniam enim eos ad sancita legum præstanda vehementer segnes D perspiciebat, et ad voluptates suas explendas toto impetu declinasse, et leges Mosi in postremis ducere cœpisse (implicuerant enim sese peregrinis mulieribus, et jam nonnulli metas æquitatis penitus egressi, idolis initiati erant, et insuper faciebant quæ proferre pudor vetat), necessario propheta quæ acta sunt commemorat, ut cognoscant liberati tandem, quibus hominum sanctorumque angelorum precibus libertatem adepti, contra semetipsos denuo universorum Deum conciteat, a pristinis delictis tanquam morbis correpti. Ait ergo:

[63] I Esdr. x, 1, 9. [64] I Esdr. vi, 1 seqq.

« Egressus est angelus qui loquebatur in me. » Quo egressus? aut ubi tandem erat? Ab ostensione falcis ad propositam visionem, de mensura scilicet, facta est egressio. Tollit ergo propheta in altum oculos, quibus ad sublimia percurrenda exercitatis fas sit cum divina virtute mysterium contemplari. Quærit igitur quid sit, quod ostenditur. Tum angelus: « Hæc est, inquit, mensura quæ egreditur. Hæc est iniquitas eorum in omni terra. » Jam quid mensura sit, videndum est. Dicimus itaque natura bonum et hominum amantem esse universorum Dominum. Peccantes enim tolerat, et inique agentes sustinet, uniuscujusque pœnitentiam exspectans. Quod si quis etiam diu peccando processerit, supremamque Dei patientiam expertus fuerit, tum denique pœnis subjicietur, et tam diuturnæ socordiæ prætexere nihil poterit: nec illum quisquam a pœnis, commissis ejus paribus eripiet. Quapropter Christus populo Judæorum, impotenti vesania ad quidvis nefarium ruenti, inquit: « Et vos implestis mensuram patrum vestrorum [65]. » Mensura igitur quæ apparebat, peccatorum populi in ipsum cumulatam multitudinem ostendebat. In mensura porro mulier sedebat, iniquitatis modum consummans, et velut per se capacitatem implens: fortassis etiam superelfusa, et qua exstabat, prospiciens. « Et ecce, inquit, talentum plumbi **698** elevatum, et projecit illud in os ejus. » Describit autem nobis iniquitatem visio in habitu mulierculæ: typus enim voluptatis atque etiam infirmitatis est mulier: et omnis iniquitas non aliter committitur, nisi voluptate aliqua ad malum inescante, et infirmitate mentis ad hoc consentiente. Nam si mens in se firma et virilis fuerit, nunquam se ad vitium deflecti patietur. Si autem emollita et incantata ad voluptatem, molestiam sentiet. Pingitur ergo, et congruenter valde, specie mulieris iniquitas. Plumbi autem talentum elevatum et obturans os ejus, nihil aliud, opinor, potest intelligi, præter Dominum nostrum Jesum Christum, qui per crucem pretiosam exaltatus, et iniquitates nostras sustulit in corpus suum super lignum [66], et chirographum contra nos triumphavit [67], ut, sicut ait divinus cantor: « Omnis iniquitas oppilet os suum [68]. » Plumbo autem et ipse comparatur: assumitur enim, ut dixi, plumbum ab argentariis artificibus ad purgationem eorum quæ conflantur. Talis quodammodo virtus Christi in nobis. Si enim in mentem et cor venerit, omnes sordes prorsus abstergit. Censent quidam, projectum esse plumbum in os iniquitatis, velut Deo illud obturante, et immodice ultra peccatores accusare non permittente. Idcirco et quasi fune circumscribitur, omnium miseratore Deo uniuscujusque pœnam sceleribus proportione respondentem definiente.

A χαίων αἰτιαμάτων ἐμπλεκόμενοι λαβαῖς. Ἔφη τοίνυν, ὅτι « Ἐξῆλθεν ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοί. » Ἐξῆλθε δὲ ὅποι; ποῦ γὰρ ἦν ὅλως; Οὐκοῦν ἐκ τῆς τοῦ δρεπάνου δείξεως ἐπὶ τὴν προκειμένην ὅρασιν, τὴν ἐπί γε, φημὶ, τῷ μέτρῳ, τὸ τῆς ἐξόδου γέγονε χρῆμα. Αἴρει γε μὴν ὁ προφήτης εἰς ὕψος τοὺς ὀφθαλμοὺς, οἷς διάττειν ὑψοῦ μεμελετηκόσι, πρέποι ἂν εἰκότως τὸ καὶ θείᾳ δυνάμει καταθρεῖν μυστήριον. Ἤρετο δὴ οὖν τί ἄρα ἐστὶ τὸ δεικνύμενον. Ὁ δὲ πρὸς αὐτόν· « Τοῦτο, φησὶ, τὸ μέτρον τὸ ἐκπορευόμενον. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἀδικία αὐτῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ. » Καὶ τί δὴ τὸ μέτρον, ἀναλογίζεσθαι χρή. Καὶ δὴ καί φαμεν, ὅτι φύσει χρηστὸς, καὶ φιλάνθρωπος ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης. Πλημμελοῦσι γὰρ ἀνεξικακεῖ, καὶ παρανομούντων ἀνέχεται, περιμένων τὴν ἑκάστου μετάγνωσιν. B Εἰ δὲ δή τις ἴοι καὶ μέχρι πολλοῦ πρὸς τὸ πλημμελὲς, καὶ εἰς πέρας ἥκοι λοιπὸν τῆς αὐτῷ νεμηθείσης ἀνεξικακίας, τὸ τηνικάδε λοιπὸν ποιναῖς ὑποκείσεται, καὶ λόγος αὐτῷ τῆς οὕτω μακρᾶς ῥᾳθυμίας οὐδεὶς, οὐδ' ἂν ἐξέλοιτο τοῦ χρῆναι λαβεῖν ἰσομέτρους αὐτῶν, ὧν ἂν φαίνοιτο δεδρακὼς τὰς δίκας. Καὶ γοῦν ἔφη που Χριστὸς πρὸς τοὺς τῶν Ἰουδαίων δήμους ἀχαλίνοις ἀπονοίαις πρὸς πᾶν τῶν ἐκτόπων διάττοντας· « Καὶ ὑμεῖς ἀνεπληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν. » Οὐκοῦν μέτρον ἦν τὸ ὁρώμενον, τῆς τῶν λαῶν πλημμελείας ἐφ' ἑαυτῷ δεικνύον τὴν ἀναπλήρωσιν. Ἐνίδρυτο δὲ τῷ μέτρῳ γυνὴ, τῆς ἀνομίας πληροῦσα τὸν τόπον, καὶ οἷον ἀναπιμπλᾶσα δι' ἑαυτῆς τὸ κεχωρηκὸς, τάχα που καὶ ὑπερχεομένη, C καὶ τῷ περιττῷ διακύπτουσα. « Ἀλλ' ἰδοὺ, φησὶ, τάλαντον μολίβδου ἐξαιρόμενον, καὶ ἔρριψεν αὐτὸ εἰς τὸ στόμα αὐτῆς. » Γράφει δὲ ἡμῖν τὴν ἀνομίαν ἡ ὅρασις εἰς τὸ τοῦ γυναίου σχῆμα· τύπος γὰρ ἡδονῆς ἡ γυνὴ, καὶ μέντοι καὶ ἀσθενείας· ἀνομία δὲ πᾶσα δρῷτο ἂν οὐχ ἑτέρως, πλὴν ὅτι διά τινος ἡδονῆς δελεαζούσης ἐπὶ τὸ φαῦλον, συμβαινούσης πρὸς τούτῳ καὶ τῆς εἰς νοῦν ἀσθενείας. Εἰ μὲν γὰρ εἴη βεβηκὼς ἐφ' ἑαυτῷ, καὶ ἀνδρεῖος ὁ νοῦς, οὐκ ἂν ἕλοιτο παθεῖν τὴν εἰς τὸ φαῦλον ῥοπήν. Εἰ δὲ δὴ μαλακισθείη τε καὶ γοητευθείη πρὸς ἡδονὴν, πείσεται τὸ λυποῦν. Γράφεται δὴ οὖν, καὶ μάλα ὀρθῶς, εἰς ἀνομίαν ἡ γυνή. Μολίβδου δὲ τάλαντον τὸ ἐξαιρόμενον, καὶ μὴν καὶ ἐμφράττον τὸ στόμα αὐτῆς, νοηθείη ἂν οὐχ ἕτερον, οἶμαι, παρὰ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, D ὃς ὑψώθη διὰ τοῦ τιμίου σταυροῦ, καὶ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ξύλον, τεθριάμβευκέ τε τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον. Ἵνα, καθά φησιν ὁ θεσπέσιος Μελῳδὸς, « Πᾶσα ἀνομία ἐμφράξῃ τὸ στόμα αὐτῆς. » Μολίβδῳ δὲ καὶ αὐτὸς παρεικάζεται· παραλαμβάνεται δὲ, ὡς ἔφην, ὁ μόλιβδος παρὰ τῶν ἀργυροχοεῖν εἰωθότων, εἰς ἀποκάθαρσιν τῶν χωνευομένων. Τοιαύτη δέ πως τοῦ Χριστοῦ ἡ δύναμις ἐν ἡμῖν. Εἰ γὰρ εἰς νοῦν γένοιτο καὶ καρδίαν, πάντα δὴ πάντως ἐκτήκει ῥύπον. Δοκεῖ δέ τισιν ἐρρίφθαι τὸν μόλιβδον εἰς τὸ τῆς ἀνομίας στόμα, οἷον ἐμφράττοντος αὐτὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ πέρα μέτρου καταβοᾶν τῶν ἡμαρτηκότων οὐκ ἐφιέντος ἔτι. Ταύτῃ γὰρ δή τοι καὶ μέτρῳ περισχοινίζεται, συναναμετροῦντος, οἶμαί που, τοῦ πάντας οἰκτείροντος Θεοῦ τοῖς τῶν πταισμάτων ἐγκλήμασι τὰς ἐφ' ἑκάστῳ δίκας.

[65] Matth. xxiii, 32. [66] I Petr. ii, 24. [67] Coloss. ii, 14. [68] Psal. cvi, 42.

*Καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ ἴδον, καὶ ἰδοὺ δύο γυναῖκες ἐκπορευόμεναι, καὶ πνεῦμα ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτῶν, καὶ αὗται εἶχον πτέρυγας ἔποπος, καὶ ἀνέλαβον τὸ μέτρον ἀναμέσον τῆς γῆς, καὶ ἀναμέσον τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ εἶπα πρὸς τὸν ἄγγελον, τὸν λαλοῦντα ἐν ἐμοί· Ποῦ αὗται ἀποφέρουσι τὸ μέτρον; Καὶ εἶπε πρός με· Οἰκοδομῆσαι αὐτῷ οἰκίαν ἐν γῇ Βαβυλῶνος, καὶ ἑτοιμάσαι, καὶ θήσουσιν αὐτὸ ἐκεῖ ἐπὶ τὴν ἑτοιμασίαν αὐτοῦ.*

ΛΑ'. Τί ἂν βούλοιτο δηλοῦν τῶν γυναικῶν ἡ ξυνωρίς, ἢ τίνος ἂν εἶεν εἰς τύπον, ἀναγκαῖον οἶμαί που καὶ πρό γε τῶν ἄλλων εἰπεῖν. Ἔφη τοίνυν ὁ Θεὸς τῷ προφήτῃ Ἰεζεχιήλ· « Υἱὲ ἀνθρώπου, δύο γυναῖκες ἦσαν, θυγατέρες μητρὸς μιᾶς, καὶ ἐξεπόρνευσαν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν ἐπόρνευσαν, B ἐκεῖ ἔπεσον οἱ μαστοὶ αὐτῶν. » Προστίθει δὲ τούτοις, σαφέστερον καθιστὰς τὸ διηγγελμένον, « καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν, Σαμάρεια ἡ Ὀολά, καὶ Ἱερουσαλὴμ ἡ Ὀολιβά. » Μία μὲν γὰρ ἦν [ἐν] ἀρχαῖς ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγή. Κατὰ δέ γε τὸν καιρὸν τῆς τοῦ Ῥοβοὰμ βασιλείας, ἀποῤῥαγεῖσαι τῶν ἄλλων αἱ δέκα φυλαί, κατῳκήκασι Σαμάρειαν, καὶ πεπορνεύκασιν ἐπὶ ταῖς δαμάλεσι ταῖς χρυσαῖς, ἃς κατεσκεύασεν Ἱεροβοὰμ υἱὸς Ναβάτ. Πλὴν οὐκ ἔξω τῆς αἰτίας γέγονε . . . . . . . . . τουτέστιν, Ἱερουσαλήμ· ἐκπεπόρνευκε γὰρ καὶ αὕτη κατὰ πολλοὺς τρόπους, τοῦτο μὲν εἰδώλοις προσκεχυνηκότων τινῶν, καὶ θυόντων τῇ Βαὰλ, τῇ Ἀστάρτῃ, τοῖς βουνοῖς, ἡλίῳ, σελήνῃ καὶ ἄστροις ἑτέροις· τοῦτο δὲ πρὸς πᾶσαν ἑτοίμως ἰόντων ἀκαθαρσίαν, καὶ παρ' οὐδὲν C τὰ διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως τεθεσπισμένων τιθέντων. Τὰς δύο δὴ οὖν τῶν ἐξ Ἰσραὴλ συναγωγὰς δυσὶ γυναιξὶν ἀφομοιοῖ πάλιν ἡ ὅρασις, ἃς καὶ πτέρυγας ἔποπος ἐσχηκέναι φησίν, ἵνα τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῖς ἀκάθαρτον γνώμην καὶ τὸ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων εὐπετὲς εὖ μάλα κατασημήνειεν. Ὁ μὲν γὰρ ἔποψ στρουθίον ἐστὶν οὐκ ἄσημον, φιλοβόρβορον δὲ καὶ κοπροβόρον, καὶ ταῖς σκωλήκων ἀγέλαις ἀγρίως ἐπιμαινόμενον, καὶ τροφὴν ἀεὶ ποιεῖσθαι κατειθισμένον τὴν ἐσχάτην ἀκαθαρσίαν. Τοιοῦτος δέ πως καὶ τοῖς εἰδωλολατροῦσιν ὕπεστι νοῦς. Οὐκ ἔρχεται κατευθὺ τοῦ πρέποντος· ἀλλ' ἔξω φέρεται τοῦ εἰκότος, τὸν θεῖον οὐκ οἶδε νόμον. Ἔστι δὲ ἁπάσης ἀκαθαρσίας ἔμπλεως, καὶ πᾶν εἶδος φαυλότητος ἡγεῖται D τροφήν. Ταύτῃτοι καὶ πτέρυγας ἔποπος ἐνηρμόσθαι ταῖς γυναίοις ὁ τῆς ὁράσεως ἔφη λόγος, τὴν ἴσην ἐκείνων γνώμην καὶ αὐταῖς ἐνεῖναι διδάσκων. Ἀναλαμβάνουσι δὲ τὸ μέτρον τῇ ἀνομίᾳ μεμεστωμένον. Δεῖ γὰρ ἑκάστην ψυχὴν τῷ ἰδίῳ καταφορτίζεσθαι βάρει, τῷ τῆς ἁμαρτίας, φημί. Ἐπειδὴ δὲ ἴσα τε ἀμφοῖν καὶ ἀδελφὰ τὰ ἐγκλήματα, τῆς τε Σαμαρείας, φημὶ, καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ταύτῃτοι καὶ ἐν ἴσῳ τρόπῳ κατηχθεσμέναι τῷ μέτρῳ καὶ τῇ ἀνομίᾳ, πνεύματος ἐμπίπτοντος ταῖς πτέρυξιν αὐτῶν, ὀξεῖ καὶ ἀπαραποδίστῳ φέρονται δρόμῳ πρὸς τὴν τῶν ἀλλοφύλων χώραν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν τῶν Βαβυλωνίων.

A. Vers. 9, 10. *Et levavi oculos meos, et vidi, et ecce duæ mulieres egredientes, et spiritus in alis ipsarum, et ipsæ habebant alas upupæ, et elevaverunt mensuram inter terram et cœlum. Et dixi ad angelum, qui loquebatur in me: Quo istæ deferunt mensuram? Et dixit ad me: Ut ædificent ei domum in terra Babylonis, et præparent, et ponant illam ibi super præparationem suam.*

XXXI. Quid par mulierum indicet, et cujus rei typum gerat, ante omnia exponendum censeo. Ait itaque Deus prophetæ Ezechieli: « Fili hominis, duæ mulieres erant, filiæ matris unius, et fornicatæ sunt in Ægypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt, B illic ceciderunt ubera earum [69]. » Addit his, illustrans **699** quod nuntiabat, « et nomina earum, Samaria, sive Oola, et Jerusalem, sive Ooliba [70]. » Principio enim una fuit Judæorum synagoga. Regnante autem Roboam, abruptæ ab aliis decem tribus, habitarunt Samariam, et fornicatæ sunt in vitulis aureis, quos fecit Jeroboam filius Nabat [71]. Cæterum non sine causa factum est. . . . . . . . . . hoc est, Jerusalem: ipsa enim quoque multis modis fornicata est, quibusdam tum idola adorantibus, et sacrificantibus Baal, Astartæ, collibus, Soli, Lunæ, sideribus reliquis tum ad omnem immunditiam cupide abeuntibus, et divina mandata sapientissimi Mosis nec hili facientibus. Duas itaque Synagogas Israelis duabus mulieribus iterum hac vi- C sione comparat: quas et alas upupæ habuisse affirmat, ut impuram earum, mentem et ad quæcunque nefaria facilitatem appositissime declaret. Upupa enim notum est genus passeris, amans cœni, et stercorivorum, et in greges crabronum ferocius insaniens, et immundissima quæque pro alimento usurpare solitum. Talis quodammodo mens etiam idololatris inest. Non recto itinere ad honestum contendit, sed extra id, quod consentaneum est fertur. Dei legem non novit, plena omni immunditia, et omne genus improbitatis cibum suum ducens. Idcirco et alas upupæ mulierculis aptatas sermo visionis narrat, similem quoque mentem et judicium illis inesse docens. Capessunt autem mensuram D iniquitate repletam. Oportet enim quamlibet animam suo onere onerari, peccati inquam. Quia vero paria sunt ambarum et cognata peccata, Samariæ nimirum et Jerusalem, ideo eodem quoque modo oneratæ mensura et iniquitate, spiritu alis earum incidente, celeri ac non impedito cursu ad alienigenarum regionem Babyloniorum utique feruntur. Immundo enim spiritu ad peccandum eas impellente, et iniquitate prægravante, in captivitatem abstractæ, et sub pedes inimicorum redactæ sunt. Postquam autem dixit beatus angelus, eos deferre mensuram ad ædificandam ipsi domum in terra Babylonis, accipiamus hoc licet pro signo,

[69] Ezech. xxiii, 1, 3. [70] ibid. 4. [71] III Reg. xii, 28 seqq.

filios Israel diu apud hostes victuros, quod et domus iniquitati ædificatur, **700** et veluti sedes ac statio ipsi apud hostes paratur. Id quod eventus monstravit. Vix enim septuagesimo anno finito, vinculis servitutis levati sunt.

A Τοῦ γὰρ ἀκαθάρτου πνεύματος συνωθοῦντος αὐτὰς εἰς τὸ πλημμελὲς, καὶ τῇ ἀνομίᾳ καταφορτίζοντος, ἀπεκομίσθησαν εἰς αἰχμαλωσίαν, καὶ ὑπὸ πόδας πεπτώκασι τῶν ἐχθρῶν. Ἐπειδὴ δέ φησιν ὁ μακάριος ἄγγελος, ὡς ἀποφέρουσι τὸ μέτρον οἰκοδομῆσαι αὐτῷ οἰκίαν ἐν γῇ Βαβυλῶνος, ἀναγκαῖον ἡμᾶς ἐκεῖνο νοεῖν, ὡς ἔστι σημεῖον τοῦ μακρὸν παρ' ἐχθροῖς διατελέσαι χρόνον τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, τὸ καὶ οἶκον οἰκοδομεῖσθαι τῇ ἀνομίᾳ, καὶ οἷον ἵδρυσίν τινα καὶ στάσιν αὐτῇ γίνεσθαι παρ' ἐχθροῖς. Ὃ δὴ καὶ τετέλεσται. Μόλις γὰρ αὐτοῖς ἑβδομηκοστοῦ πληρωθέντος ἔτους, τῶν τῆς δουλείας ἀνεῖ[ν]ται δεσμῶν

## CAP. VI.

Vers. 1-8. *Et conversus sum, et levavi oculos meos, et vidi, et ecce quatuor currus egredientes de medio duorum montium, et montes erant montes ærei. In curru primo equi rufi, et in curru secundo equi nigri, et in curru tertio equi albi, et in curru quarto equi varii et multicolores. Et respondi, et dixi ad angelum qui loquebatur in me : Quid sunt hæc, do-* B *mine? Et respondit angelus qui loquebatur in me, et dixit : Hæc sunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur ut assistant Domino omnis terræ. In quo erant equi nigri, egrediebantur super terram aquilonis, et albi egrediebantur post eos. Et varii exibant super terram austri, et multicolores egrediebantur, et inspiciebant ut irent et circumirent terram. Et dixit : Ite, et circuite terram. Et circuierunt terram. Et clamavit, et locutus est ad me, dicens : Ecce qui egrediuntur super terram aquilonis, et requiescere fecerunt furorem meum super terram aquilonis.*

## ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

*Καὶ ἐπέστρεψα, καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ ἴδον, καὶ ἰδοὺ τέσσαρα ἅρματα ἐκπορευόμενα ἐκ μέσου δύο ὀρέων, καὶ τὰ ὄρη ἦν ὄρη χαλκᾶ. Ἐν τῷ ἅρματι τῷ πρώτῳ ἵπποι πυῤῥοὶ, καὶ ἐν τῷ ἅρματι τῷ δευτέρῳ ἵπποι μέλανες, καὶ ἐν τῷ ἅρματι τῷ τρίτῳ ἵπποι λευκοὶ, καὶ ἐν τῷ ἅρματι τῷ τετάρτῳ ἵπποι ποικίλοι, καὶ ψαροί. Καὶ ἀπεκρίθην, καὶ εἶπα πρὸς τὸν ἄγγελον, τὸν λαλοῦντα ἐν ἐμοί· Τί ἐστι ταῦτα, κύριε; Καὶ ἀπεκρίθη ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, καὶ εἶπε· Ταῦτά ἐστιν οἱ τέσσαρες ἄνεμοι τοῦ οὐρανοῦ, οἳ ἐκπορεύονται παραστῆναι τῷ Κυρίῳ πάσης τῆς γῆς. Ἐν ᾧ ἦσαν ἵπποι οἱ μέλανες, ἐξεπορεύοντο ἐπὶ γῆν βοῤῥᾶ, καὶ οἱ λευκοὶ ἐξεπορεύοντο κατόπισθεν αὐτῶν. Καὶ οἱ ποικίλοι ἐξεπορεύοντο ἐπὶ γῆν νότου, καὶ οἱ ψαροὶ ἐξεπορεύοντο, καὶ ἐπέβλεπον τοῦ πορεύεσθαι, τοῦ περιοδεῦσαι τὴν γῆν. Καὶ εἶπε· Πορεύεσθε, καὶ περιοδεύσατε τὴν γῆν. Καὶ περιώδευσαν τὴν γῆν. Καὶ ἀνεβόησε, καὶ ἐλάλησε πρός με, λέγων· Ἰδοὺ οἱ ἐκπορευόμενοι ἐπὶ γῆν βοῤῥᾶ, καὶ ἀνέπαυσαν τὸν θυμόν μου ἐν γῇ βοῤῥᾶ.*

XXXII. Docuit ante, suis ipsorum laqueis captos, C et catenis peccatorum suorum constrictos, sicut scriptum est [72], in ignotam regionem discessisse, habitasseque apud hostes, insuetum servitutis jugum perpetientes. Cæterum et tempora liberationis redigere in memoriam oportebat; quare insertis aliis eorum meminit. Doctus est enim propheta compendio omnia genti olim eventura. Ergo quatuor currus in medio montium æreorum dicimus esse regna illustrissima, quæ in totidem mundi climatis, sive ad quatuor ventos suis ætatibus claruerunt. Montes æreos dici conjicio duas mundi partes. **701** Quidam enim orbem totum in Europam et Asiam dividunt, cujus partes æreæ propter firmitatem undequaque, et immobilitatem, et quia lædi non possunt. Psallit enim alicubi divinus David universi- D tatis Opifici : « Fundasti terram, et permanet ordinatione tua [73]. » Hæc igitur ut a quatuor ventis regna cæteris, ut diximus, potentiora multamque sortita gloriam egressa sunt assistere Dominatori omnis terræ. Assistentia inserviendi modum ostendit : servierunt enim nutibus ejus, fueruntque robusta et inclyta per ipsum, quod illis emolumento fuit. Nam si quid præclare gesserunt, regionesque et urbes expugnarunt, eo annuente tantum valuerunt. Etenim si verum dicit propheta : « Non est malum in civitate, quod non fecit Dominus [74], » (no-

ΛΒ'. Προϋπέδειξεν ὅτι τοῖς σφῶν αὐτῶν ἐναλόντες βρόχοις, καὶ σειραῖς τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων κατεσφιγμένοι, κατὰ τὸ γεγραμμένον, εἰς ἀλλοδαπὴν ἀπῴχοντο, καὶ κατῳκήκασι παρ' ἐχθροῖς, τὸν ἀήθη τῆς δουλείας ἀνατλάντες ζυγόν. Ἀλλ' ἦν ἀναγκαῖον καὶ τῶν τῆς λυτρώσεως διαμεμνῆσθαι καιρῶν, καὶ δὴ ποιεῖται τὴν δήλωσιν, προεμπεπλεγμένων ἑτέρων. Ἐδιδάσκετο γὰρ ὁ προφήτης συλλήβδην ἅπαντα, τὰ τῷ ἔθνει συμβησόμενα κατὰ καιρούς. Τὰ τέσσαρα τοίνυν ἅρματα, τὰ ἐν μέσῳ τῶν ὀρέων τῶν χαλκῶν, φαμὲν εἶναι πάλιν τὰς τῶν ἄλλων βασιλειῶν ἐπισημοτέρας, τὰς ἐν τοῖς τέσσαρσι κλίμασιν, ἤγουν ἀνέμοις, τοῖς ὑπ' οὐρανὸν κατὰ καιροὺς ἀναδεδειγμένας. Ὄρη δὲ οἶμαι λέγεσθαι τὰ χαλκᾶ τὰ δύο τῆς οἰκουμένης τμήματα. Τέμνουσι γάρ τινες εἰς Εὐρώπην τε D καὶ Ἀσίαν τὴν σύμπασαν γῆν· χαλκᾶ δὲ αὐτοῖς τὰ μέρη, διά τε τὸ ἐρηρεῖσθαι διαπαντὸς, καὶ ἀκλονήτως ἔχειν, καὶ μηδεμιᾶς ἀνέχεσθαι βλάβης. Ψάλλει γάρ που καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Δημιουργόν· « Ἐθεμελίωσας τὴν γῆν, καὶ διαμένει τῇ διατάξει σου. » Αὗται δὴ οὖν αἱ ὡς ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων βασιλεῖαι, τῶν ἄλλων, ὡς ἔφημεν, ἀλκιμώτεραι, καὶ πολὺ λαχοῦσαι τὸ εὐκλεὲς, ἐξῆλθον παραστῆναι τῷ Κυρίῳ πάσης τῆς γῆς. Ἡ δέ γε παράστασις, τὸν τῆς δουλείας ἡμῖν ὑποφαίνει τρόπον· δεδουλεύκασι γὰρ τοῖς αὐτοῦ νεύμασι, καὶ γεγόνασιν ἰσχυραί τε καὶ διαβόητοι δι' αὐτοῦ, καὶ τοῦτο κε-

[72] Prov. v, 22. [73] Psal. cxviii, 90. [74] Amos iii, 6.

κερδάκασιν. Εἰ γάρ τι καὶ δεδράκασι, καὶ κατηνδρίσαντο χωρῶν ἢ πόλεων, αὐτοῦ κατανεύοντος, εἰς τοῦτο δὴ πάλιν προῆλθον ἰσχύος. Εἰ γάρ ἐστιν ἀληθὴς ὁ προφήτης λέγων· « Οὐκ ἔστι κακία ἐν πόλει, ἣν Κύριος οὐκ ἐποίησε· » κακίαν δέ φαμεν ἐν τούτοις τὴν κάκωσιν· πῶς ἂν ἐκεῖναι κατίσχυσαν ἐθνῶν καὶ χωρῶν, μὴ οὐχὶ δὴ πάλιν, αὐτοῦ τὸ κατισχῦσαι νέμοντος οἰκονομικῶς; Τίνες δὲ δὴ καὶ αἱ βασιλεῖαι, καιρὸς ἤδη λέγειν. Οὐκοῦν ἐν μὲν τῷ ἅρματι τῷ πρώτῳ, φησὶν, ἵπποι πυῤῥοὶ, τῆς Χαλδαίων βασιλείας ἀνατυποῦντες ἐφ' ἑαυτοῖς τὴν ὠμότητα. Πυῤῥότης γὰρ ἡμῖν τὴν αἵματος χύσιν ὑπαινίττοιτο ἂν, κατά γε τὸ εἰκός· φιλαίματοι γὰρ λίαν οἱ Βαβυλώνιοι· εἷλον γὰρ αὐτοὶ τὴν Ἰουδαίαν, καὶ τὰς ἐν τῇ Σαμαρείᾳ πόλεις, φειδοῦς ἁπάσης ἐξῃρημένης. Ἐν δὲ B τῷ ἅρματι τῷ δευτέρῳ ἵπποι μέλανες. Ἔοικε δὲ τὴν Περσῶν τε καὶ Μήδων τὴν ὑπό γε Κύρῳ, φημὶ, βασιλείαν ὑποδηλοῦν. Μέλαν δὲ καὶ τούτοις περιτέθεικε χρῶμα, διὰ τὸ, οἶμαι, πλεῖστόν τε ὅσον καὶ ἀμέτρητον τοῖς Χαλδαίων ἔθνεσιν ἐπιῤῥίψαι θάνατον, καὶ ὅλην αὐτοῖς τὴν χώραν ἐν πένθει γενέσθαι παρασκευάσαι. Πένθους δὲ καὶ θανάτου τὸ φαιὸν ἂν εἴη σύμβολον. Λευκοὺς δὲ εἶναί φησι τοὺς ἐν ἅρματι τῷ τρίτῳ, τὴν Ἑλλήνων που τάχα καὶ Μακεδόνων ὑποφαίνων ἀρχὴν, εἴτ' οὖν τὴν Ἀλεξάνδρου βασιλείαν. Λευκοὶ δὲ, ὅτι καὶ ἁβροδίαιτοι, καὶ ἐν λευκαῖς ὡς ἐπίπαν στολαῖς τὰ Ἑλλήνων ἔθνη· καὶ ὅτι τὴν γλῶτταν σαφεῖς, τῆς βαρβάρου φωνῆς τὸ οἱονεὶ σκοτεινὸν οὐκ ἔχοντες. Ἐν δὲ τῷ τετάρτῳ, φησὶν, ἅρματι ἵπποι τινὲς ἦσαν ποικίλοι καὶ ψαροί· ἰστέον δὲ, ὅτι ἡ τῶν Ἑβραίων ἔκδοσις, καὶ ἕτεροι δέ τινες τῶν ἄλλων C ἑρμηνευτῶν, ἀντὶ τοῦ, *ψαροί*, τεθείκασι τὸ, *ἰσχυροί*. Πλὴν καὶ ταύτην εἶναί φαμεν τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν, ἀεί πως ἔχουσαν ἐν τοῖς κατὰ καιροὺς βεβασιλευκόσι τὸ ποικίλον εἰς τὸ εὐμαθὲς, καὶ βαθύ πως εἰς φρένας. Συνετώτατοι γὰρ καὶ πρός γε τούτῳ καὶ ἀλκιμώτατοι γεγόνασί τε καὶ εἰσὶν, οἱ τὰ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς διέποντες κράτη. Τέθεινται δὲ καὶ τελευταῖοι μετὰ τοὺς πρώτους κατά γε τοὺς χρόνους. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὴν ἑκάστου τῶν ἁρμάτων, ἤγουν βασιλείας, ἔξοδον, ὅπου τε διανένευκε, καὶ ἐπὶ τίσιν ἔρχεται. Σαφεστάτη γὰρ οὕτω γένοιτ' ἂν ἡμῖν ἡ τῆς θεωρίας ἀπόδοσις. Τέσσαρα μὲν γὰρ ὁ προφήτης εἶναί φησι, διαμέμνηται δὲ τριῶν, καὶ σεσίγηκε τοῦ πρώτου τὴν ἔξοδον. Ἀναμνήσω δὲ διὰ βραχέων, ὡς ἔφην. D Ἐν μὲν γὰρ τῷ πρώτῳ φησὶ πυῤῥοὺς εἶναι τοὺς ἵππους. Ἄρχεται δὲ ἀπὸ τοῦ δευτέρου, καί φησιν· « Ἐν ᾧ ἦσαν οἱ ἵπποι οἱ μέλανες, ἐξεπορεύοντο ἐπὶ γῆν βοῤῥᾶ, καὶ οἱ λευκοὶ ἐξεπορεύοντο κατόπισθεν αὐτῶν. Καὶ οἱ ποικίλοι ἐξεπορεύοντο ἐπὶ γῆν νότου. » Εἰ δὲ δὴ προσεπάγει τοὺς *ψαρούς*, οὐ τεσσάρων ἁρμάτων διαμεμνήσεται· τοὺς γὰρ αὐτοὺς εἶναι δεδώκαμεν τοῖς ποικίλοις. « Ἐν γὰρ τῷ ἅρματι τῷ τετάρτῳ, φησὶν, ἦσαν ἵπποι ποικίλοι καὶ ψαροί. » Οὐκοῦν τριῶν διαμέμνηται, σιωπήσας τὸ πρῶτον. Τίς οὖν ἄρα ἐστὶ τῆς ὅλης οἰκονομίας ὁ λόγος, φέρε τοῖς εὐμαθεστέροις, ὡς ἔνι, λέγωμεν. Τοὺς πυῤῥοὺς εἶναι διεβεβαιούμεθα τὴν φιλαίματον τῶν Χαλδαίων ἀρχὴν, ἣ καὶ πᾶσαν ἐκποδὼν ἤρηκε τὴν Ἰουδαίων, καὶ τὰς ἐν αὐτῇ κατεμπιπρῶσα πόλεις, ἀπεκόμισεν εἰς αἰ-

A mine mali hoc loco afflictionem accipimus) quomodo regna illa gentes et regiones domuissent, si ipse ut domare possent administratorie illis non donavisset? Quæ autem regna ista fuerint, sequitur ut dicamus. In curru igitur primo, inquit, equi rufi, Chaldæorum monarchiæ crudelitatem repræsentantes. Rufus enim color sanguinis profusionem nobis apte insinuat; sanguinarii enim vehementer Babylonii: ipsi enim Judæam et urbes Samariæ citra omnem misericordiam vastaverunt. In curru secundo equi nigri. Quo Persarum et Medorum sub Cyro monarchiam, inquam, videtur significare. Niger color his tribuitur, quod longe plurimas et immensas in Chaldæa gente strages ediderunt, totumque regnum in luctum conjecerunt. Luctus au- B tem et mortis symbolum niger color est. In tertio ait esse albos, Græcorum fortasse et Macedonum imperium, sive Alexandri regnum subindicans. Albi autem, quia delicate viventes, et albis vestibus pene omnes gaudentes Græciæ populi: et quia in loquendo perspicui citra linguæ barbaræ velut tenebras. In quarto curru, inquit, equi erant varii et multicolores; scias licet, Hebræam editionem, et quosdam interpretes pro ψαροί, *multicolores*, posuisse ἰσχυροί, *validi*, seu robusti. Verumtamen hanc Romanorum monarchiam esse dicimus, quæ semper inter diversis temporibus regnantes varietate docilitatis **702** et alta intelligentia valuit. Prudentissimi enim et insuper fortissimi fuerunt, et sunt, Romani principatus imperium administrantes. Ponuntur autem loco postremo a primis, secundum C tempora. Consideremus jam uniuscujusque currus, seu monarchiæ egressum, quo inclinet, et quo tendat. Sic enim quam planissime quod consideramus explanabimus. Quatuor quidem inquit esse propheta, sed trium egressus meminit, primi tacet. Repetam paucis quod dixi. In primo ait rufos esse equos. Incipit autem a secundo, et ait: « In quo erant equi nigri, egrediebantur ad terram aquilonis, et albi sequebantur eos. Et varii egrediebantur ad terram australem. » Sed quamvis addat *multicolores*, non ideo quatuor currus memorabit: nam eosdem esse cum variis ponimus. Ait enim: « In curru quarto erant equi varii et multicolores. » Trium meminit, primo præterito. Quæ sit ergo to- D tius œconomiæ ratio, age docilioribus pro virili nostra aperiamus. Equos rufos asseruimus esse cruentum Chaldæorum imperium, quod funditus totam Judæam evertit, et incensis ejus urbibus Israelem captivum abduxit; nomine nigrorum, Persarum Medorumque monarchiam accepimus. In albis porro Alexandri et Macedonum imperium describebatur, quæ ambo Chaldææ arma intulerunt, eamque bello acerrimo occuparunt, primum quidem Cyrus, postea Alexander, qui et ipsum Darium cepit juxta Issum, ut vocatur, urbem Ciliciæ, infinitis Persarum millibus interemptis. Fama est, magnum ossium acervum excitatum de iis, qui ibidem occubuerunt; incisum est quoque epitaphium in hæc verba:

χμαλωσίαν τον Ἰσραήλ· τοὺς δέ γε μέλανας τὴν Περσῶν τε καὶ Κύρου βασιλείαν εἶναι παρεδεξάμεθα. Ἐγράφετο δὲ καὶ ἐν τοῖς λευκοῖς ἡ Ἀλεξάνδρου τε καὶ Μακεδόνων. Ἄμφω δὲ αὗται κατεστράτευσαν τῆς Χαλδαίων γῆς, εἷλόν τε αὐτὴν κατὰ κράτος· πρῶτον μὲν γὰρ Κῦρος, εἶτα μετ' ἐκεῖνον Ἀλέξανδρος, ὃς καὶ αὐτὸν ᾕρηκε τὸν Δαρεῖον περὶ τὴν καλουμένην Ἰσσὸν (Κιλίκων δὲ αὕτη πόλις), ἀναριθμήτους Περσῶν μυριάδας ἀπεκτονώς. Φασὶ γοῦν, ὅτι σωρὸς μὲν ὀστῶν συνεγήγερται μέγας τῶν ἐκεῖσε πεπτωκότων· ἐγκεκόλαπται δὲ καὶ γραφὴ, τοιοῦτον ἔχουσα·

*Ad Issi mœnia juxta fluctum maris Cilicis*
*Turbulentum, Persarum jacemus myriades,*
*Opus Alexandri Macedonis, qui olim regem*
*Darium ultima via sequebamur.*

Quoniam enim verisimile erat, non mediocriter doliturum Israel audientem de monarchia Chaldæorum, a quibus erat vastatus, ideo, ne ad tristitiam provocare videretur, idque intempestive, propheta eorum mentione utiliter supersedet. **703** Quod autem eos summe exhilarat, id enarrat luculenter, de monarchia Cyri, inquam, et Alexandri, qui tantum non ad vindicandam crudelitatem in Israelem a superbis Chaldæis expromptam missi sunt. Hinc apposuit, ut ex persona Dei: « Ecce egredientes super terram aquilonis requiescere fecerunt furorem meum in terra aquilonis: » fuit enim aquiloni propior Chaldæorum regio, et iratus est Babyloniis universorum Deus. Quod patet ex verbis ejus manifesto: « Zelavi Jerusalem et Sion zelo magno, et ira magna ego irascor super gentes quæ superimpositæ sunt. Quia ego quidem iratus sum modice, ipsi vero superpositi sunt in mala. » Postquam autem pœnas Chaldæa perpendit, Cyro totam cum Persis et Medis vastante, et post eum Alexandro, idcirco inquit: « Egredientes super terram aquilonis requiescere fecerunt furorem meum in terra aquilonis [78]. » Cæterum tacita prudenter Chaldæorum impressione (præterivit enim, ut dixi, equos rufos), etiam Romanorum imperium non tacuit. Ait enim: « Varii egrediebantur super terram austri. » Perpende vero, quam scite et quasi per transennam verba sua explicet. Post crucem enim Salvatoris, Vespasianus et hujus filius Titus Judæam populationibus incursarunt, et ipsam sanctam civitatem incenderunt. Verum dextre propheta, « Egrediebantur, inquit, super terram austri: » maxime enim ad austrum vergit Judæorum regio. Adhæc ipsi varii et multicolores jussi sunt circumire terram, et circuierunt etiam. Domuerunt enim totum sub sole mundum, imperaveruntque orbi terrarum universo, Deo bene adjuvante indeque illustri gloria decorante principes Romanorum, cum tanquam Deus præsciret futuræ pietatis ipsorum magnitudinem.

A *Ἰσσοῦ ἐπὶ προβολῇσιν, ἁλὸς παρὰ κῦμα Κιλίσσης*
*Ἄγριον, αἱ Περσῶν κείμεθα μυριάδες,*
*Ἔργον Ἀλεξάνδροιο Μακηδόνος, αἳ ποτ' ἄνακτι*
*Δαρείῳ πυμάτην οἶμον ἐφειπόμεθα.*

Ἐπειδὴ γὰρ ἦν εἰκὸς, οὐ μετρίως ἀλγῆσαι τὸν Ἰσραὴλ τὰ περὶ τῆς τῶν Χαλδαίων ἀκούοντα βασιλείας, ὑφ' ἧς καὶ πεπόρθηται, ταύτητοι χρησίμως, ὡς ἂν μὴ δοκοίη κατερεθίζειν εἰς λύπας, καὶ τοῦτο οὐκ ἐν καιρῷ, παρατρέχει μὲν ὁ προφήτης τὸν ἐπ' αὐτοῖς λόγον. Τὸ δὲ δὴ μάλιστα κατευφραῖνον αὐτοὺς ἐξηγεῖται λαμπρῶς, τὰ περὶ τῆς Κύρου, φημὶ, βασιλείας, καὶ μέντοι τῆς Ἀλεξάνδρου, οἳ μονονουχὶ καὶ ἐστάλησαν, τῆς εἰς τὸν Ἰσραὴλ ὠμότητος ἐξαιτοῦντες λόγον τὴν Χαλδαίων ἀλαζονείαν. Διὰ τοῦτο προσέθηκεν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· « Ἰδοὺ οἱ ἐκπο- B ρευόμενοι ἐπὶ γῆν βοῤῥᾶ, ἀνέπαυσαν τὸν θυμόν μου ἐν γῇ βοῤῥᾶ· » βορειοτέρα γάρ πως τῶν Χαλδαίων ἡ χώρα· ἐπεμήνισε δὲ τοῖς Βαβυλωνίοις ὁ τῶν ὅλων Θεός. Σαφὲς δ' ἂν γένοιτο καὶ τοῦτο πάλιν, αὐτοῦ λέγοντος ἐναργῶς· « Ἐζήλωκα τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν Σιὼν ζῆλον μέγαν, καὶ ὀργὴν μεγάλην ἐγὼ ὀργίζομαι ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ συνεπιτιθέμενα. Ἀνθ' ὧν ἐγὼ μὲν ὠργίσθην ὀλίγα, αὐτοὶ δὲ συνεπέθεντο εἰς κακά. » Ἐπειδὴ δὲ ποινὰς ἐξέτισε τῶν Χαλδαίων ἡ γῆ, Κύρου μὲν πᾶσαν Πέρσαις τε ὁμοῦ καὶ Μήδοις καταδῃοῦντος, τοῦ δὲ Ἀλεξάνδρου μετ' ἐκεῖνον, ταύτητοί φησιν, ὅτι « Οἱ ἐκπορευόμενοι ἐπὶ γῆν βοῤῥᾶ, ἀνέπαυσαν τὸν θυμόν μου, ἐν γῇ βοῤῥᾶ. » Πλὴν σιωπήσας οἰκονομικῶς ὁ προφήτης τῶν Χαλδαίων τὴν C ἔφοδον (παραδεδράμηκε γὰρ, ὡς ἔφην, τοὺς ἵππους τοὺς πυῤῥοὺς), οὐκέτι σεσίγηκε τὰ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. « Οἱ γὰρ ποικίλοι, φησὶν, ἐξεπορεύοντο ἐπὶ γῆν νότου. » Ἄθρει δὲ ὅπως εὐτέχνως καὶ οἷον ἐν παραδρομῇ ποιεῖται τοῦ λόγου τὴν ἀπόδοσιν. Μετὰ γάρ τοι τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρὸν, Οὐεσπασιανὸς καὶ ὁ τούτου παῖς Τῖτος κατέδραμον τὴν Ἰουδαίων γῆν, καταψιλοῦντες ἅπασαν, καὶ τὴν ἁγίαν αὐτὴν κατεμπιπρῶντες πόλιν. Ἀλλ' εὐφυῶς ὁ προφήτης τὸ, « Ἐξεπορεύοντο, φησὶν, ἐπὶ γῆν νότου· » νοτιωτάτη γὰρ τῶν Ἰουδαίων ἡ χώρα. Αὐτοὶ δὴ πάλιν οἱ ποικίλοι καὶ ψαροὶ προσετάττοντο περιοδεῦσαι τὴν γῆν, καὶ δὴ καὶ περιωδεύκασι· κεκρατήκασι γὰρ τῆς ὑπ' οὐρανὸν, καὶ κεκυριεύκασιν ἁπάσης τῆς γῆς, Θεοῦ συννεύοντος, καὶ τὴν ἐπὶ τῷδε λαμπρὰν ἀνάπτοντος δόξαν, τοῖς τὰ Ῥωμαίων διέπουσι κράτη· προηπίστατο γὰρ, ὡς Θεὸς, τῆς ἐσομένης αὐτῶν εὐσεβείας τὸ μέγεθος.

VERS. 9-15. *Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Accipe de captivitate a principibus, et ab utilibus ejus, et ab his qui cognoverunt eam, et ingredieris tu in die illa in domum Josiæ Sophoniæ filii, re-*

D *Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρός με, λέγων· Λαβὲ τὰ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας παρὰ τῶν ἀρχόντων, καὶ παρὰ τῶν χρησίμων αὐτῆς, καὶ παρὰ τῶν ἐπεγνωκότων αὐτὴν, καὶ εἰσελεύσῃ σὺ ἐν*

[78] Zachar. I, 14, 15.

*τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ εἰς τὸν οἶκον Ἰωσίου τοῦ Σοφονίου, τοῦ ἥκοντος ἐκ Βαβυλῶνος. Καὶ λήψῃ ἀργύριον καὶ χρυσίον, καὶ ποιήσεις στεφάνους, καὶ ἐπιθήσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ, τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου. Καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτόν· Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ἰδοὺ ἀνὴρ, Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ, καὶ ὑποκάτωθεν αὐτοῦ ἀνατελεῖ, καὶ οἰκοδομήσει τὸν οἶκον Κυρίου, καὶ αὐτὸς λήψεται ἀρετὴν, καὶ καθιεῖται, καὶ κατάρξει ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, καὶ ἔσται ὁ ἱερεὺς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, καὶ βουλὴ εἰρηνικὴ ἔσται ἀναμέσον ἀμφοτέρων. Ὁ δὲ στέφανος ἔσται ὑπομένουσι, καὶ τοῖς χρησίμοις αὐτῆς, καὶ τοῖς ἐπεγνωκόσιν αὐτὴν, καὶ εἰς χάριτα τοῖς υἱοῖς Σοφονίου, καὶ εἰς ψαλμὸν ἐν οἴκῳ Κυρίου. Καὶ οἱ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν ἥξουσι, καὶ οἰκοδομήσουσιν ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου, καὶ γνώσεσθε, διότι Κύριος παντοκράτωρ ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς. Καὶ ἔσται ἐὰν εἰσακούοντες εἰσακούσητε τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν.*

A *nientis ex Babylone. Et accipies argentum et aurum, et facies coronas, et pones super caput Jesu filii Josedec sacerdotis magni. Et dices ad* **704** *eum: Hæc dicit Dominus omnipotens: Ecce vir, Oriens nomen ipsi, et subter eum orietur, et ædificabit domum Domini. Et ipse accipiet virtutem, et sedebit, et imperabit, super throno suo, et erit sacerdos a dextris ejus, et consilium pacificum erit inter utrumque. At corona erit exspectantibus, et utilibus ejus, et his qui cognoverunt eam, et in gratiam filiis Sophoniæ, et in psalmum in domo Domini. Et qui longe ab eis venient, et ædificabunt in domo Domini, et scietis quia Dominus omnipotens misit me ad vos. Et erit, si audientes audieritis vocem Domini Dei vestri.*

ΛΓ'. Ὁ λόγος ἦν τῷ Θεῷ πρὸς τὸν μακάριον προφήτην Ζαχαρίαν, ἤτοι δι' αὐτοῦ πρὸς πάντας περὶ τοῦ Ζοροβάβελ, ὃς ἦν μὲν ἐκ φυλῆς τοῦ Ἰούδα, καθηγεῖτο δὲ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, καλούσης αὐτὸν εἰς τοῦτο τῆς βασιλευούσης φυλῆς. Τίνα δὲ ἦν τὰ περὶ αὐτοῦ λεγόμενα παρὰ Θεοῦ, προαναμνήσομεν ἀναγκαίως. Ἔφη τοίνυν· « Αἱ χεῖρες Ζοροβάβελ ἐθεμελίωσαν τὸν οἶκον τοῦτον, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐπιτελέσουσιν αὐτόν. » Ἀλλ' ἦν σὺν αὐτῷ τῷ θεμελιοῦντι τὸν οἶκον, καὶ μὴν καὶ ἀποπεραίνοντι καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας. Ταύτητοι προστέταχεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τῷ θεσπεσίῳ προφήτῃ τὰ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας λαβεῖν παρὰ τῶν ἀρχόντων, καὶ παρὰ τῶν χρησίμων αὐτῆς, καὶ παρὰ τῶν ἐπεγνωκότων αὐτήν. Τίνες δ' ἂν εἶεν οὗτοι, ποῖα δὲ καὶ τὰ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας, ἀφηγήσομαι χρειωδῶς. Ἀνεκομίσθησαν ἐκ τῆς Βαβυλῶνος οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὐ χύδην, ἢ πεφυρμένως, ἀλλ' ἐν κόσμῳ τε καὶ τάξει, κατὰ γένη καὶ κατὰ φυλὰς, προεκκειμένους ἔχοντες καὶ καθηγητὰς, ὡς ἐν τῷ Ἔσδρᾳ γέγραπται. Ἐπειδὴ δὲ ἀφίκοντο λοιπὸν εἰς Ἱεροσόλυμα, Θεοῦ τὸν ναὸν ἐγείρειν ἐπαναγκάζοντος, ἔστησαν τὸ γαζοφυλάκιον, ἵνα καὶ ἄθροισις γένοιτο χρημάτων εἰς τὴν τῶν ἔργων κατασκευὴν, καὶ εἰς τὰς τῶν ἱερέων στολὰς, καὶ εἰς τὰς τεταγμένας αὐτοῖς κατὰ νόμον θυσίας· τέτακται δὲ τῶν χρημάτων ταμίας, Ἰωσίας υἱὸς Σοφονίου. Προστάττει δὴ οὖν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἀπὸ τῶν προσκεκομισμένων παρὰ τῶν ἀρχόντων τῆς αἰχμαλωσίας, ἃ καὶ ἦν ἀπόθετα παρὰ τῷ Ἰωσίᾳ, χρυσίον καὶ ἀργύριον λαβεῖν, εἶτα κατασκευάσαι στεφάνους, ἐπιθεῖναί τε αὐτοὺς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ, τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου, φάναι τε αὐτῷ περὶ τοῦ Ζοροβάβελ· « Ἰδοὺ ἀνὴρ, Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ. » Τὸ δὲ *ἀνατολὴ* τῶν Ἑβραίων ἡ ἔκδοσις τῷ τοῦ βλαστήματος ὀνόματι κατεσήμηνε. « Καὶ ὑποκάτωθεν αὐτοῦ ἀνατελεῖ, » τουτέστιν, ἐκ τῆς αὐτοῦ ῥίζης ἀναφύσει. « Λήψεται δὲ καὶ ἀρετὴν, » τουτέστιν, εὐπρέπειαν, ἤτοι δόξαν· ἐκδεδώκασι γὰρ οὕτως οἱ ἕτεροι τῶν ἑρμηνευτῶν. Προστίθει δὲ τούτοις, ὡς ἄμφω μὲν, Ἰησοῦς καὶ Ζοροβάβελ, ἐπὶ τὸν αὐτὸν καθεδοῦνται θρόνον, ὡς

B XXXIII. Alloquebatur Deus beatum prophetam Zachariam, sive per ipsum omnes amicos Zorobabel, principis Israel, tribu regia, unde prodierat, illum ad regnum vocante. Quid autem de ipso dictum sit a Deo, prius a me commemorari necesse est. Ait ergo: « Manus Zorobabel fundarunt domum hanc, et manus ejus perficient eam [76]. » Sed fundanti domum, atque etiam perficienti, socius et adjutor erat Jesus filius Josedec sacerdos magnus. Quocirca præcepit universorum Deus sancto prophetæ, allata de captivitate accipere a principibus, et ab utilibus ejus, et ab his qui cognoverunt eam. Quinam isti fuerint, et quæ sint illa de captivitate, commode exponam. Israelitæ e Babylone redierunt C non confusi, nec permisti, sed agminibus compositis, et ordine, secundum genera et tribus, antesignanos et duces habentes, ut in Esdra legimus [77]. Postquam igitur jam Hierosolymam venerunt, Deo ædificationem templi urgente, gazophylacium cum ad pecuniam pro opere conficiendo, tum ad vestes sacerdotales et ad sacrificia lege præscripta colligendam Josia Sophoniæ filio quæstore ac dispensatore præfecto instituerunt. Mandat itaque universorum Deus de his quæ e captivitate secum attulerant principes, quæque apud Josiam deposita manebant, aurum argentumque accipi: deinde parari coronas, easque in caput Jesu filii Josedec sacerdotis magni imponi, dicique illi de Zorobabel: **705** « Ecce vir, Oriens nomen ejus. Vocem *oriens*, He- D bræa editio voce germinis expressit. » Et subter eum exorietur, » hoc est, ut ex ejus radice germinabit. « Accipiet autem virtutem, » hoc est, decorem, sive gloriam, quomodo alii interpretes ediderunt. Adjecit his, ambos, Jesum et Zorobabel, super eodem solio sessuros, ut commune sit regnum etiam sacerdotium procuranti, et dignitas sacerdotii etiam cum regnante communicetur; futuramque amborum unam pacificam et consentientem voluntatem, ut in nullo prorsus discrepare videantur. Deinde jubet coronas fieri, splendidum donarium, quod offeratur

[76] Zachar. IV, 9. [77] I Esdr. XI, 12.

Deo in domo ejus, gratiam concilians, et gloriam pariens offerentibus, Josiæ, inquam, et captivitatis utilibus, et principibus ejus. Dedicari autem non frustra: sed ut cantoribus templi, et sacris psaltis cantandi argumentum sit. Tunc, inquam, « et qui longe ab illis, » hoc est, qui de aliis gentibus venient, et adorabunt Dominum. Eventura autem ista affirmat, si velint obedientiæ ornamento se venerabiles reddere, et audire vocem Domini Dei. Ac tum denium, ubi prænuntiata exitus comprobaverit, haud dubie cognituros prophetam missum esse ut Dei voluntatem ipsis aperiret, non autem ut pro more quorumdam mentientium cordis sui sensa loqueretur, verax potius, nec falsitatis nuntius. Hæc facillima et obvia est historiæ explicatio.

A εἶναι κοινὸν τὸ τῆς βασιλείας καὶ τῷ μετὰ χεῖρας ἔχοντι τὴν ἱερουργίαν, τό γε μὴν τοῦ ἱερέως καὶ αὐτῷ προσκεῖσθαι τῷ βασιλεύοντι· ἔσται δὲ ἀμφοῖν καὶ βούλημα εἰρηνικὸν, ὡς κατά τι γοῦν ὅλως μὴ ἑτερογνωμονοῦντας ὁρᾶσθαι. Εἶτα τοὺς στεφάνους λαμπρὸν γίνεσθαι προστέταχεν ἀνάθημα, τῷ Θεῷ εἰσκεκομισμένον εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ὥστε καὶ εἰς χάριν, ἤτοι καύχημα, γενέσθαι τῶν προσαγηοχότων, Ἰωσίου τε, φημὶ, καὶ τῶν τῆς αἰχμαλωσίας χρησίμων, καὶ τῶν ἀρχόντων αὐτῆς. Ἀνατεθεῖναι δὲ, οὐ μάτην, ἀλλ' ὥστε καὶ ᾠδῆς γενέσθαι πρόφασιν τοῖς ᾠδοῖς τοῦ ναοῦ καὶ ἱεροψάλταις. Τότε γε δή φημι « καὶ οἱ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν, » τουτέστιν, οἱ ἐκ τῶν ἑτέρων ἐθνῶν ἥξουσι, καὶ προσκυνήσουσι τῷ Κυρίῳ. Συμβήσεσθαι δὲ τὰ τοιάδε φησὶν, εἴπερ ἕλοιντο τῷ τῆς εὐπειθείας κατασεμνύνεσθαι κόσμῳ, καὶ ἀκούειν τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ. Καὶ τότε λοιπὸν εἰς πέρας ἐκβεβηκότων τῶν προηγγελμένων, ἐπιγνώσεσθαι σαφῶς, ὅτι τὰ παρὰ Θεοῦ σαφῆ καταστήσων ὁ προφήτης ἀπεστάλη, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον κατά τινας τῶν ψευδοεπεῖν εἰωθότων, τὰ ἀπὸ καρδίας αὐτοῖς λαλήσει, καὶ ἀληθὴς δὲ μᾶλλον, καὶ οὐ ψευδάγγελος. Αὕτη μὲν ἡ ἑτοιμοτάτη καὶ πρόχειρος τῶν ἐν ἱστορίαις ἀπόδοσις.

Certum est porro, dubitaturum neminem, ad Christi mysterium rem spectare, si bene indagetur. Confirmavimus enim ab initio, in Zorobabel et Jesu informatum esse Christum, et sigillatim in utrovis, et in ambobus conjunctim, ut unum. Est enim idem et rex Israel, et magnus sacerdos, « Sanctus, innocens, impollutus [78]. » Quoniam vero de tribu Juda progenerati regnum administrabant, et orti de tribu Levi sacerdotii munus obibant, ideo per duos in unum Dominum transformatur, ut patet. Quare si dicat Deus de Zorobabel, « Manus Zorobabel fundarunt domum istam, et manus ejus perficient eam [79], » historice quidem de eo dictum accipies; secundum aliud vero quod intelligitur, ad Christum referes. Ipse enim factus est nobis fundamentum, et super ipsum omnes spiritualiter in templum sanctum ædificati sumus; ipse nobis 706 principium et finis est. Nos enim sanctificatos in Spiritu, præclarumque et sanctum habitaculum sibi et Patri, deleto peccato funditus et corruptione abolita, exhibuit. Ipse enim est Jesus sacerdos magnus, et sonat quidem Jesus *salus populi*. Sic namque divinus Gabriel ad Virginem: « Et ecce, concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum [80]; ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum [81]. » Josedec autem redditur *justitia Dei*. Justificati enim in ipso per fidem [82], et a sordibus veterum peccatorum abluti sumus. Ipse nos captivos liberavit [83], et a servitute, quam mente eapimus nos exemit, et tanquam ex peregrina et alienigenarum regione, ex diabolica seductione ad Dei cognitionem, et sanctorum civitatem eximiam, vere sanctam Jerusalem, quæ est Ecclesia, reduxit. Quapropter recta et inculpata fide, et virtutum ornamentis hymnisque gratias agentibus a nobis coronatur. Et coronæ quidem illæ aureæ et argenteæ erant, et

B Δῆλον δὲ ὅτι τὸ χρῆμα τὸ Χριστοῦ μυστήριον, εἰ ἐρευνῷτο καλῶς, οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις. Διεβεβαιώμεθα γὰρ ἐξ ἀρχῆς, ὡς ἔν γε τῷ Ζοροβάβελ καὶ μέντοι, καὶ Ἰησοῦ διαμεμορφῶσθαι Χριστὸν, καὶ ἀνὰ μέρος ἐν ἑκατέρῳ, καὶ ἐν ἀμφοῖν συλλήβδην, ὡς ἕνα. Ἔστι γὰρ ἐν ταυτῷ καὶ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ μέγας ἀρχιερεὺς, « Ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος. » Ἐπειδὴ δὲ οἱ μὲν ἐκ φυλῆς Ἰούδα τοὺς τῆς βασιλείας διεῖπον θώκους, οἱ δὲ τῆς Λευῒ τέθειντο πρὸς ἱερωσύνην, ταύτητοι σαφῶς διὰ τῶν δυοῖν εἰς ἕνα μορφοῦται Κύριον. Οὐκοῦν εἰ λέγοι Θεὸς περὶ τοῦ Ζοροβάβελ, ὡς « Αἱ χεῖρες Ζοροβάβελ ἐθεμελίωσαν τὸν οἶκον τοῦτον, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐπιτελέσουσιν αὐτὸν, » ἱστορικώτερον μὲν ἐπ' ἐκείνου, νοήσεις δὲ ἐπὶ Χριστὸν νοητῶς. Αὐτὸς γὰρ ἡμῶν γέγονε θεμέλιος, C καὶ αὐτῷ πάντες ἐποικοδομούμεθα πνευματικῶς, εἰς ναὸν ἅγιον· αὐτὸς ἡμῶν ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ πέρας. Παρίστησι γὰρ ἡμᾶς ἡγιασμένους ἐν πνεύματι, λαμπρόν τε καὶ ἱερὸν ἐνδιαίτημα ἑαυτῷ τε καὶ τῷ Πατρὶ, περιῃρημένης εἰς ἅπαν τῆς ἁμαρτίας, καὶ κατηργημένης τῆς φθορᾶς. Αὐτὸς γάρ ἐστιν Ἰησοῦς ἱερεὺς ὁ μέγας, καὶ ἑρμηνεύεται μὲν Ἰησοῦς *σωτηρία λαοῦ*. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ θεσπέσιος Γαβριὴλ πρὸς τὴν Παρθένον φησίν· « Καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξεις υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ. » Ἰωσεδὲκ δὲ νοεῖται *δικαιοσύνη Θεοῦ*. Δεδικαιώμεθα γὰρ ἐν αὐτῷ διὰ πίστεως, καὶ τῶν ἀρχαίων αἰτιαμάτων τὸν ῥύπον ἀπενιψάμεθα. Αὐτὸς ἡμᾶς αἰχμαλώτους ὄντας ἐῤῥύσατο, καὶ τῆς νοητῆς δουλείας ἐξείλετο, D καὶ οἱάπερ ἐξ ἀλλοδαπῆς καὶ τῆς ἀλλοφύλων τῆς δαιμονιώδους ἀπάτης ἀνακεκόμικεν εἰς θεογνωσίαν, καὶ εἰς τὴν τῶν ἁγίων καλλίπολιν, τὴν ἁγίαν ἀληθῶς Ἱερουσαλὴμ, ἥτις ἐστὶν ἡ Ἐκκλησία. Διὸ τοῦτο στεφανοῦται πρὸς ἡμῶν ὀρθῇ καὶ ἀνεπιπλήκτῳ πίστει, καὶ τοῖς εἰς ἀρετὴν αὐχήμασιν, ὕμνοις τε τοῖς χαριστηρίοις. Καὶ οἱ μὲν τὸ τηνικάδε στέφανοι

[78] Hebr. VII, 26. [79] Zachar. IV, 9. [80] Luc. I, 31. [81] Matth. I, 21. [82] Rom. V, 1. [83] Galat. IV, 31

χρυσοῖ τε ἦσαν, καὶ ἀργυροῖ, καὶ ἐξ ὕλης κατεσκευάζοντο τῆς φθαρτῆς. Οἱ δέ γε πρὸς ἡμῶν πεπλεγμένοι τε καὶ ἀνημ[μ]ένοι, γήϊνον μὲν ἔχουσιν οὐδέν· συντέθεινται δὲ μᾶλλον ἐκ τῆς τῷ Θεῷ πρεπούσης δόξης. Ἀνατίθεμεν γὰρ αὐτῷ ὡς χρυσὸν μὲν, τῶν περὶ αὐτοῦ δογμάτων τὴν ἀπλανῆ θεωρίαν· ὡς ἄργυρον δὲ, τὴν ἐξ ἔργων ἀγαθῶν φαιδρότητα νοητήν. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρως στέφανός τε καὶ δόξα Χριστοῦ, τῶν παρ' αὐτοῦ σεσωσμένων ἡ σωτηρία. Σέσωσται γὰρ οὐχ ἔθνος ἓν, καθάπερ ἀμέλει καὶ πάλαι διὰ Μωσέως ὁ Ἰσραὴλ, ἀλλ' ὅλη λοιπὸν ὑπ' οὐρανόν· ἔπρεπε γὰρ καὶ τοῦτο τῷ Χριστῷ. Ἄθρει δὲ, ὅπως παρὰ τῶν χρησίμων αὐτῆς καὶ τῶν ἐπεγνωκότων αὐτὴν τὰ εἰς τὴν τῶν στεφάνων κατασκευὴν προσκομίζονται. Οἱ γὰρ λαῶν ἡγούμενοι, καὶ εἰς ἀρχὰς τεθειμένοι τὰς τοιάσδε παρὰ Θεοῦ, καὶ οἱ τὸν τῆς ἀρχαίας ἡμῶν αἰχμαλωσίας εἰδότες τρόπον, χρήσιμοί τε τοῖς λελυτρωμένοις, ὡς καθηγηταὶ, καὶ διδάσκαλοι καὶ νουθετεῖν καὶ ἀποκομίζειν εὖ μάλα πρὸς ἐννομωτάτην ζωὴν, αὐτοὶ τὰ ὑπὲρ ἁπάντων προσάγουσι δῶρα, τὰ τῶν ἀδυνάτων ἀσθενήματα πληροῦντες δι' ἑαυτῶν. Ἐπιτεθειμένων δὲ τῶν στεφάνων ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Ἰησοῦ, λέγεται πρὸς αὐτὸν περὶ τοῦ Ζοροβάβελ· «Ἰδοὺ ἀνὴρ, Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ, καὶ ὑποκάτωθεν αὐτοῦ ἀνατελεῖ.» Τεθέαται τὸν Ἰησοῦν στεφανούμενον ὡς ἱερέα, καὶ προὔχοντα δὲ ὁρᾷ πάλιν αὐτὸν ὡς ἔν γε τῷ Ζοροβάβελ, καὶ ἐν δόξῃ τῇ βασιλικῇ. Σύνες δὴ, ὅτι αὐτός ἐστιν ἡ Ἀνατολὴ, τουτέστι, τὸ βλάστημα, περὶ οὗ φησιν ὁ θεσπέσιος Ἡσαΐας· «Ἀνατελεῖ ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται.» Ἀνεθάλομεν δὲ ἡμεῖς ὑποκάτω αὐτοῦ. Ῥίζα γὰρ γέγονεν ὁ Χριστὸς τῆς ἀνθρωπότητος, ἤτοι τῶν διὰ πίστεως κεκλημένων δευτέρα, καὶ οὐ κατά γε τὴν πρώτην, φημὶ δὴ τὸν Ἀδὰμ, ἀλλ' ἐν ἀμείνοσιν ἀσυγκρίτως· ἀνεθάλομεν γὰρ εἰς φθορὰν οὐκέτι καὶ εἰς θάνατον διὰ τὴν ἀρὰν, ἀλλ' εἰς ζωήν τε καὶ ἀφθαρσίαν, ῥίζαν ἔχοντες τὴν ζωὴν, τουτέστι, Χριστόν. Καὶ ὥσπερ ἐστὶν αὐτὸς μὲν ἡ ἄμπελος, ἡμεῖς δὲ τὰ κλήματα, προσπεφυκότες αὐτῷ διὰ τῆς ἐν Πνεύματι κοινωνίας· οὕτω καὶ ῥάβδος καὶ βλάστημα μὲν αὐτὸς, ἤγουν φυὴ, καὶ ἀνατολὴ, ἡμεῖς δὲ ἐπ' αὐτῷ βεβλαστήκαμεν, καὶ ἀνεθάλομεν εἰς ἀφθαρσίαν, ὡς ἔφην, καὶ ζωήν. Αὐτὸς ᾠκοδόμησε τὸν οἶκον Κυρίου. Ἔστι δὲ καὶ ἁπάσης ἔμπλεως ἀρετῆς, τουτέστιν, εὐκλείας τῆς Θεῷ πρεπωδεστάτης. «Ἐκάλυψε γὰρ οὐρανοὺς καὶ ἀρετὴ αὐτοῦ, καὶ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ πλήρης ἡ γῆ,» καθά φησιν ὁ προφήτης Ἀββακούμ. Γέγραφε δέ που καὶ ὁ σοφὸς Ἰωάννης, ὅτι «Τεθεάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας.» Κεκάθικεν ἐπὶ θρόνου, βεβασίλευκεν ὡς Θεὸς, καὶ ἔστι σύνεδρος τῷ ἰδίῳ Πατρὶ, καὶ συγκατάρχει τῶν ὅλων. Ὅτι δὲ Ζοροβάβελ τε καὶ Ἰησοῦς ἀλλήλοις ὥσπερ εἰς ἑνότητα συνημμένοι κατασημήνειαν εὖ μάλα Χριστὸν, ἔδειξε προστιθεὶς, ὡς περί γε τοῦ Ζοροβάβελ· «Καὶ ἔσται ὁ ἱερεὺς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ,» τουτέστιν, ἐν τιμῇ τε καὶ δόξῃ. «Καὶ βουλὴ εἰρηνικὴ ἔσται ἀνὰ μέσον ἀμφοτέρων.» Ἔστι

ex materia peritura fiebant. At quæ a nobis plectuntur imponunturque, terrenum nihil habent: quin potius ex gloria Deo digna compositæ sunt. Etenim loco auri dogmatum de ipso veram certamque intelligentiam, argenti autem ex bonis operibus nitorem animo aspectabilem offerimus. Est aliter corona et gloria Christi salvatorum ab ipso salus. Salvata est enim non una gens, quemadmodum scilicet olim per Mosen Israel, sed quidquid etiam gentium sub cœlo est: hoc quippe Christum decebat. Jam nunc vide, quomodo ab utilibus ejus, et his qui cognoverunt eam ad coronam efficiendam necessaria conferantur. Principes enim populi, et in magistratibus hujusmodi a Deo locati, et quibus antiquæ captivitatis nostræ ratio nota est, quique utiles sunt liberatis ut duces, et magistri ad admonendum et deducendum rectissimo itinere ad vitam legibus congruentissimam, ipsi dona pro omnibus offerunt, infirmitates imbecillium per se explentes. Impositis autem coronis super caput Jesu, de Zorobabele illi dicitur: « Ecce vir, Oriens nomen illi, et subter eum exorietur. » Vidit Jesum coronatum ut sacerdotem, et rursus eumdem præcellentem, et in gloria regali videt, ut in Zorobabel. **707** Intellige igitur ipsum esse Orientem, hoc est, germen, de quo divinus Isaias: « Exorietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet [84]. » Regerminavimus enim nos subter eum. Radix quippe fuit Christus humanæ naturæ, sive per fidem vocatorum altera, non secundum primam humanitatem, Adamum videlicet, sed citra comparationem præstantior: regerminavimus siquidem non amplius in corruptionem et mortem propter maledictionem, sed in vitam et incorruptionem, radicem habentes vitam, hoc est, Christum. Et sicut ipse est vitis, nos autem palmites [85], agnati illi per communionem in Spiritu: ita et virga, et germen ipse, sive productio et oriens, nos autem super ipso germinavimus, et refloruimus in incorruptionem et vitam, ut dixi. Ipse ædificavit domum Domini. Est porro et omni virtute plenus, hoc est, gloria Deo maxime conveniente. « Operuit enim cœlos virtus ejus, et laudis ejus plena est terra, » ut habet propheta Habacuc [86]. Scribit item alicubi sapiens Joannes: « Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis [87]. » Sedit super throno, regnavit ut Deus, et assidet Deo Patri, et simul imperat omnibus. Zorobabel autem et Jesum inter se ut ad unitatem conjunctos aptissime significare Christum posse, ostendit quod addit tanquam de Zorobabel: « Et erit sacerdos a dextris ejus, » hoc est, in honore et gloria. « Et consilium pacificum erit inter utrumque. » Est enim ipse, ut jam docui, rex simul et summus sacerdos, ut per duos pro uno Emmanuele numeratus. Verumtamen non carebit mercede labor Christum coronantium: sed fructus inde perceptus creabit eis memoriam sempiternam.

[84] Isa. xi, 1. [85] Joan. xv, 5. [86] Habac. iii, 3. [87] Joan. i, 14.

ΜΓ'. Ὑπισχνεῖται μὲν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὰ ὑπὲρ ἐλπίδα πολλάκις, ψευδομυθεῖ δὲ οὐδαμῶς, ἀλλ' ἰδίᾳ δυνάμει καὶ ἀποῤῥήτοις τισὶν ἐνεργείαις ἀποπεραίνει κατὰ καιροὺς, ἅπερ ἂν βούλοιτο, καὶ λίαν ἀκονιτί. Πρέποι δ' ἂν ἡμᾶς οὐκ ἀσθενοῦντας τῇ πίστει, πάντῃ τε καὶ πάντως ἐπιμαρτυρεῖν αὐτῷ, τὸ πάντα δύνασθαι διαπεραίνειν εὐκόλως· ἀνδρίζεσθαι δὲ πρὸς ἔργα δι' ὧν ἐσόμεθα λαμπροὶ, καὶ τὸν εὐκλεῆ τῆς ἐπιεικείας ἀποκερδανοῦμεν στέφανον, καταπείθεσθαί τε τοῖς παρ' αὐτοῦ λόγοις, καὶ ποδηγοὺς ποιεῖσθαι σπουδάζειν τοὺς, οἵπερ ἂν εἶεν κατὰ καιροὺς τῶν θείων ἡμῖν θεσπισμάτων ἀπλανέστατοι διακομισταί. Κατεπηγγέλλετο δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν τὰ ἐκ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἀγαθὰ, καὶ ὅσον μὲν ἧκει εἰς ἀνθρωπίνας ἐννοίας, ἀπιστίαν, ὡς ἔφην, οὐ μακρὰν τὸν λόγον ἐτίθει, τῶν χαρισμάτων τὸ μέγεθος ἀφηγούμενος. Ἀλλ' ἐν πίστει πεποιήμεθα καὶ τὰ ὑπὲρ ἔννοιαν, τοῖς τῆς εὐσεβείας ὑφηγηταῖς εὐαφῆ τρόπον τινὰ καὶ εὐήνιον τὸν τῆς διανοίας δεδωκότες αὐχένα. Καιρὸς δὲ ὁ πρέπων ταῖς τῶν ἀγαθῶν χορηγίαις, καὶ τῇ παρ' ἡμῶν αὐτῶν ὑποταγῇ τῆς Ἐκκλησίας ἡ ἀνάδειξις. Θέα γὰρ ὅπως καὶ τὰ πρὸς ἡμῶν προσέταττεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς κατισχύειν, καὶ ἔργα πληροῦν, καὶ τοῖς τῶν προφητῶν κατατίθεσθαι λόγοις, « ἀφ' ἧς ἡμέρας τεθεμελίωται ὁ οἶκος Κυρίου παντοκράτορος, καὶ ὁ ναὸς ἀφ' οὗ ᾠκοδόμηται. »

XLIII. Diligentibus se universorum Deus crebro omni spe majora promittit, nec fallit ullo modo, sed virtute sua et inexplicabilibus quibusdam efficientiis præstat suis temporibus, et facillime quæ voluerit. Decet autem nos in fide non labantes testimonium dare, eum efficere omnia nullo negotio posse : et viros nos præbere ad opera per quæ claritudinem consequemur, et probitatis coronam gloriosam acquiremus ; obtemperare demum ejus C sermonibus, et studere duces sequi illos qui per tempora nobis divina oracula nulla erroris suspicione apportant et explanant. Promisit autem Dominus noster Jesus Christus per sanctos prophetas bona ex incarnatione promanatura, et quod ad cogitationes quidem humanas attinet, incredibilem orationem attulit, ut dixi paulo ante, cum magnitudinem beneficiorum exponerem. Verum fidei mandavimus quæ in cogitationem nostram non cadebant, pietatis ducibus cervicem mentis nostræ quodammodo contrectabilem et habenis facile parentem subjicientes. Tempus autem bonorum largitioni et obedientiæ nostræ opportunum, est Ecclesia proposita. Vide enim quomodo et quæ officii nostri sunt, universorum D Deus confortare jubet, et opera obire, et prophetarum dictis assentiri, « a die quo fundata est domus Domini omnipotentis, et ex quo templum ædificatum est. »

*Διότι πρὸ τῶν ἡμερῶν τούτων ὁ μισθὸς ἀνθρώπων οὐκ ἔσται εἰς ὄνησιν, καὶ ὁ μισθὸς τῶν κτηνῶν οὐχ ὑπάρξει, καὶ τῷ ἐκπορευομένῳ καὶ τῷ εἰσπορευομένῳ οὐκ ἔσται εἰρήνη ἀπὸ τῆς θλίψεως. Καὶ ἐξαποστελῶ πάντας τοὺς ἀνθρώπους, ἕκαστον πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ.*

VERS. 10. *Quia ante dies illos merces hominum non erit in lucrum, et merces jumentorum non subsistet, et egredienti et ingredienti non erit pax præ tribulatione. Et emittam omnes homines, unumquemque ad proximum suum*

ΜΔ'. Ἡ τῶν Ἑβραίων ἔκδοσις οὐχ ὡς ἐπὶ μέλλοντος καιροῦ ποιεῖται τοὺς λόγους, χρόνον δὲ τίθησι τὸν παρῳχηκότα. « Πρὸ γὰρ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων,

XLIV. Hebræa editio non habet verbum futuri temporis, sed præteriti. Ait enim, « Ante dies illos merces **720** hominum non erat in lucrum, et merces

[31] Matth. XXVIII, 20. [32] Osee II, 24. [33] Joan. IV, 24.

jumentorum non erat. » Et, « Ingredienti et egredienti non erat pax. » Est autem valde consentanea oratio, cujus veritatem narrationis auctoritas confirmat. Tale enim quiddam significare vult. Venerunt Babylone in sanctam civitatem Israelitæ, sed in loco non erat eis sanctificatio, templo pridem diruto : non erat sacrificium et libatio, altari everso. Deinde hortatus est eos universorum Deus ut ante omnia ipsis tam necessariorum curam præcipuam gererent, templumque de integro construerent, divinumque in eo altare rursus erigerent, ut legibus instituta decentissime peragere, et universorum Deum conciliare possent. Ast illi variis de causis differebant, nunc pecuniæ fingentes inopiam, nunc ædificare prohibentium perversitatem prætexentes. Et cum insuper Deum offenderent, crebris et alia post aliam plagis feriebantur, sterilitatibus, inquam, cœli corruptionibus, et vicinorum populorum impressionibus et incursionibus. Criminis autem loco universorum Deus illis inertiam objicit, ita per prophetam Aggæum loquens : « Populus hic dicit : Non venit tempus ædificandi domum Domini. Si tempus quidem vobis est habitare in domibus concavis, domus autem Domini ista non ædificata est [24]. » Cum enim, ut dixi, in socordiam et negligentiam maxime conducibilium præcipitassent, crebris egestatibus et bellis a vicinis multabantur. Postquam autem templum reædificarunt, supplicia desierunt, et suppetebant illis omnia, utebanturque rebus secundissimis. Idcirco ait : « Ante dies istos, » hoc est, priusquam erigeretur templum, « merces hominum non erat ad lucrum, et merces jumentorum non erat. » Agricolæ enim sine mercede, et nullis plane fructibus collectis, cum bobus una delassatis ab agro discedebant. « Sed neque ingredientibus aut egredientibus pax erat. » Ingredientes et egredientes de urbe in urbem aliquando, aut mercaturæ faciendæ, aut alius negotii causa proficiscentes nominat. Itaque nec illis pax, inquit, a finitimis populis qui vexabant, ut dixi, Israel, et quilibet consanguineum seu fratrem seu vicinum ut hostem capitalem intuebatur.

A φησιν, ὁ μισθὸς τῶν ἀνθρώπων οὐχ ἦν εἰς ὄνησιν, καὶ ὁ μισθὸς τῶν κτηνῶν οὐχ ὑπῆρχε. » Καὶ πάλιν, « Τῷ ἐκπορευομένῳ καὶ τῷ εἰσπορευομένῳ οὐκ ἦν εἰρήνη. » Ἔχει δὲ καὶ σφόδρα τὸ εἰκὸς ὁ λόγος, καὶ τὸ ἀληθὲς ἐν τούτοις παρίστησι τῶν διηγημάτων ἡ δύναμις. Βούλεται γάρ τι τοιοῦτον ὑποδηλοῦν. Ἧκον μὲν γὰρ ἐκ Βαβυλῶνος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν οἱ ἐξ Ἰσραήλ· ἀλλ' οὐκ ἦν αὐτοῖς ἁγίασμα τῷ τόπῳ, κατασεσεισμένου τοῦ πάλαι ναοῦ· οὐκ ἦν θυσία καὶ σπονδὴ, μὴ ἑστῶτός θυσιαστηρίου. Εἶτα προὔτρεπεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, τῶν οὕτως αὐτοῖς ἀναγκαίων προὐργιαιτάτην θέσθαι φροντίδα, καὶ ἀναδείμασθαι μὲν τὸν ναὸν, ἀνορθῶσαι δὲ καὶ τὸ θεῖον ἐν αὐτῷ θυσιαστήριον, ὡς ἂν ἔχοιεν ἀποπεραίνειν εὖ μάλα τὰ νενομισμένα, καὶ καταμειλίσσεσθαι τὸν τῶν ὅλων B Θεόν. Οἱ δὲ ποικίλως διανεβάλ[λ]οντο, ποτὲ μὲν χρημάτων πλαττόμενοι σπάνιν, ποτὲ δὲ τῶν κωλυόντων οἰκοδομεῖν δυστροπίας προφασιζόμενοι. Εἶτα προσκρούοντες πρὸς τοῦτο Θεῷ, συχναῖς καὶ ἀλλεπαλλήλοις ἐπαίοντο πληγαῖς, ἀκαρπίαις δὴ λέγω, καὶ ἀνεμοφθορίαις, καὶ τῶν ὁμόρων ἐθνῶν ἐφόδοις καὶ καταδρομαῖς. Ἐπίκλημα δὲ αὐτοῖς ἐποιεῖτο ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὸ ῥᾴθυμον, οὕτω λέγων διὰ φωνῆς Ἀγγαίου τοῦ προφήτου· « Ὁ λαὸς οὗτος λέγουσιν· Οὐχ ἥκει ὁ καιρὸς τοῦ οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον Κυρίου. Εἰ καιρὸς μὲν ὑμῖν ἐστι τοῦ οἰκεῖν ἐν οἴκοις κοιλοστάθμοις, ὁ δὲ οἶκος Κυρίῳ οὐκ ᾠκοδόμηται. » Ἀναπεπτωκότες γὰρ, ὡς ἔφην, εἰς ῥᾳθυμίας, ταῖς τῶν ἀναγκαίων ἐνδείαις κατεπαίοντο συνεχῶς καὶ πολέμοις τοῖς γείτοσιν. Ἐπειδὴ δὲ ἀνεγηγέρκασι τὸν C ναὸν, πέπαυται τὰ ἐξ ὀργῆς, πάντα δὲ ἦν ἅλις αὐτοῖς, καὶ πολὺ τῆς εὐημερίας παρέκειτο πλάτος. Ταύτῃ τοι φησί· « Πρὸ τῶν ἡμερῶν τούτων, » τουτέστι, πρὶν ἀναστῆναι τὸν ναὸν, « ὁ μισθὸς τῶν ἀνθρώπων οὐκ ἦν εἰς ὄνησιν, καὶ ὁ μισθὸς τῶν κτηνῶν οὐχ ὑπῆρχεν. » Ἄμισθοι γὰρ οἱ γηπόνοι, καὶ οὐδὲν ὅλως συναγηγερκότες, ὁμοῦ τοῖς συγκεκμηκόσι βουσὶν ἀπηλλάττοντο τῶν ἀγρῶν. « Ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἐκπορευομένοις ἢ τοῖς εἰσπορευομένοις ἦν εἰρήνη. » Εἰσπορευομένους δὲ καὶ ἐκπορευομένους τοὺς ἐκ πόλεως εἰς πόλιν ἰόντας ἔσθ' ὅτε φησὶν, ἢ τὸ ἐμπορικὸν ἔχοντας ἐπιτήδευμα, ἤγουν καὶ ἑτέρων ἕνεκα πραγμάτων. Οὐκοῦν οὐδὲ ἐκείνοις εἰρήνη, φησὶ, τῶν ὁμόρων ἐθνῶν ἐκλελυπηκότων, ὡς ἔφην, ἔτι τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ἑκάστου βλέποντος ὡς ἕνα τῶν ὅτι μάλιστα ἐχθρῶν τὸν ἐγγὺς ἐξ αἵματος, ἢ καὶ ἀδελφὸν, ἢ καὶ γείτονα.

Sciendum vero, priusquam hominis naturam Dei Filius susciperet, et Ecclesia constitueretur, nullam fuisse mercedem hominibus, neque **721** jumentis. Nam in hac vita ratione excellentes, et prudentiæ opinione insignes, et qui homines numerari possent, infructuosam et inutilem operam in discipulis ponebant, et neque singulare quippiam litteris consignabant, neque aliis aut intelligendo, aut loquendo prodesse poterant. Similiter qui vulgari et pecudum more vitam ducebant, absque mercede permanebant: nequibant enim quidquam Deo probatum agere. Sed neque erat omnino pax in terra, grege dæmonum omnia permiscente et mundum tumultu implente, ut

D Ἰστέον δὲ, ὅτι πρὶν ἐνανθρωπῆσαι τὸν Μονογενῆ, καὶ ἀναδειχθῆναι τὴν Ἐκκλησίαν, οὐδεὶς ἦν τοῖς ἀνθρώποις μισθὸς, οὔτε μὴν τοῖς κτήνεσιν. Οἵ τε γὰρ ἐν τῷδε τῷ βίῳ λογικώτεροι, καὶ συνέσεως ἔχοντες δόξαν, οἳ δὴ καὶ ἄνθρωποι νομισθεῖεν ἂν, ἀκερδῆ καὶ ἄχρηστον τὴν ἐν τοῖς λόγοις εἶχον σπουδὴν, οὔτε συγγράφοντές τι τῶν ἀναγκαίων, οὔτε μὴν νοεῖν ἢ λαλεῖν ἑτέροις δυνάμενοι. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ τὸν ἀγελαῖον καὶ κτηνώδη τρίβοντες βίον ἄμισθοι διετέλουν· οὐ γὰρ ἦν ἐργάσασθαί τι τῶν ἐπαινουμένων παρὰ Θεῷ. Ἀλλ' οὐδὲ ἦν ὅλως ἐπὶ γῆς εἰρήνη, τῆς τῶν δαιμονίων ἀγέλης διαχυχώσης τὰ πάντα, καὶ θορύβου μεστὴν ἀποφαινούσης τὴν γῆν,

[24] Agg. I, 3, 4.

ὡς εἶναι τὰ πάντων πράγματα καὶ μέντοι τὰς διανοίας ὡς ἐν δονήσει καὶ σάλῳ, καὶ τὸ βεβηκὸς οὐκ ἔχειν.

A res atque adeo mentes omnium velut quassarentur et fluctibus pulsarentur, nec firmitudinis quidquam haberent.

*Καὶ νῦν οὐ κατὰ τὰς ἡμέρας τὰς ἔμπροσθεν ἐγὼ ποιήσω τοῖς καταλοίποις τοῦ λαοῦ τούτου, λέγει Κύριος παντοκράτωρ· ἀλλ' ἢ δείξω εἰρήνην. Ἡ ἄμπελος δώσει τὸν καρπὸν αὐτῆς, καὶ ἡ γῆ δώσει τὰ γεννήματα αὐτῆς, καὶ ὁ οὐρανὸς δώσει τὴν δρόσον αὐτοῦ, καὶ κατακληρονομήσω τοῖς καταλοίποις τοῦ λαοῦ μου τούτου ταῦτα πάντα.*

VERS. 11, 12. *Et nunc non juxta dies qui ante fuerunt ego faciam reliquiis populi hujus, dicit Dominus omnipotens: sed monstrabo pacem. Vinea dabit fructum suum, et terra dabit germina sua, et cœlum dabit rorem suum, et possidere faciam reliquias populi mei omnia hæc.*

ΜΕ'. Συμμεθίστησι ταῖς ὀργαῖς καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν συμβαίνοντα, καὶ ἀποδραμεῖσθαί φησιν ὁμοῦ τοῖς τῶν πλημμελημάτων καιροῖς τὰς δίκας. Πεπαυμένης γὰρ τῆς ἁμαρτίας, μᾶλλον δὲ ἤδη ποινὰς τὰς ὑπὲρ αὐτῆς ἐκτετικότος τοῦ Ἰσραὴλ, καταλήξειν ἔφη τὰς συμφορὰς, καὶ μάλα εἰκότως, καὶ ἀπρακτήσειν ἔτι τὴν τῶν ἀνιαρῶν ἔφοδον. Βεβούλευται γὰρ ἐπ' αὐτοῖς οὐκ ἀδελφὰ τοῖς πρώτοις, ἀλλ' ὅσα βλέπει πρὸς ἡμερότητα. Ταῦτα δὲ ἦν εἰρήνης ἐπίδοσις, καὶ ἀμφιλαφὴς τῶν ἡδίστων αὐτοῖς χορηγία, ὡς εὔβοτρυν μὲν ὁρᾶσθαι τὴν ἄμπελον, βαθὺ δὲ κομῶσι λῃίοις τὴν ἀρόσιμον γῆν τοὺς τῶν γηπόνων ἱδρῶτας ἀμείβεσθαι, οὐρανοῦ δηλονότι μόνονουχὶ καὶ συνθέοντος, καὶ δρόσοις καταπιαίνοντος ἀγροὺς καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς. Ἕψεται γὰρ πάντως τοῖς τοῦ Δεσπότου νεύμασιν οὐρανός τε καὶ γῆ, καὶ ἁπαξαπλῶς ἡ κτίσις. Κλῆροι δὲ ταῦτα τῷ Ἰσραὴλ, Θεοῦ κατευρύνοντος τὴν εὐημερίαν, καὶ παντὸς ἀνιαροῦ ἀπαλλάττοντος.

XLV. Cum ira etiam inde provenientia submovet, et ait, cum temporibus peccandi simul pœnas recessuras. Facto enim fine peccandi, imo Israele jam plagis propter peccatum punito, desituras promittit calamitates, juste admodum, et in posterum B nihil triste in eos incursurum: decrevisse enim in illos priorum dissimilia, ex media nimirum mansuetudine. Hæc erant, pacis incrementum, et rerum ipsis jucundissimarum larga suppeditatio, ut vinea botris frequens cerneretur, arva densis segetibus colonorum sudoribus responderent, cœlo utpote quasi concurrente, et roribus rura, et ruris opes ad pinguitudinem nutriente. Plane enim Domini nutus cœlum et terra, et generatim creatura omnis sequitur. Hæ fuerunt sortes Israel, Deo felicitatem dilatante, et omni molestia liberante.

Ἁρμόσειε δ' ἂν ὁ ἐπὶ τῷδε λόγος τῷ πάντων ἡμῶν Σωτῆρι Χριστῷ. Πρὸ μὲν γὰρ τῶν τῆς ἐπιδημίας καιρῶν ἐβαδίζομεν ἕκαστος κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν, κτηνώδη καὶ ἀλογώτατον διαβιοῦντες βίον, καὶ ταῖς τῶν δαιμονίων ἀπάταις συνεζευγμένοι. Ἐπεὶ δὲ πεπτωκότας μόνονουχὶ, καὶ κατερριμμένους εἰς γῆν, καὶ ὑπὸ πόδας ὄντας ἐχθρῶν ᾤκτειρεν ὁ Πατὴρ, οὐκέτι « πεποίηκεν ἡμῖν κατὰ τὰς ἡμέρας τὰς ἔμπροσθεν. » Οὐ γὰρ περιεῖδεν ἔτι πλεονεκτουμένους, καὶ ὑπὸ τυράννῳ πράττοντας ὠμῷ, πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν αἰσχίστων ἡμᾶς ἀποφέροντι· δέδωκε δὲ μᾶλλον ἡμῖν τὴν ἐξ οὐρανῶν εἰρήνην τουτέστι Χριστὸν, ὃς καὶ ἁπάσης ἡμῖν τῆς εὐκαρπίας τῆς νοητῆς δεδώρηται χορηγίαν. Ἐμπεπλήσμεθα γὰρ σίτου τε καὶ οἴνου, καὶ δεδώρηκεν ἡμῖν ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ, τουτέστι, Χριστὸς, τὸν ἑαυτῆς καρπὸν, τὸν εὐφραίνοντα καρδίαν ἀνθρώπου, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Αὐτὸς δὲ ὑπάρχει καὶ ὁ κόκκος τοῦ σίτου, καὶ τὸ δράγμα τὸ ἱερόν· αὐτὸς ἡμῖν ἀνεφάνθη ζωὴ, ἀπέδειξε δὲ καὶ εὐανθεστάτους, ταῖς ἐξ οὐρανοῦ καταπιαίνων δρόσοις, δῆλον δὲ ὅτι ταῖς νοηταῖς καὶ διὰ τοῦ πνεύματος, ὧν καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ διαμέμνηται, λέγων· « Ὡς δρόσος Ἀερμὼν ἡ καταβαίνουσα ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών. » Ταῦτα δὲ ἡμῖν ἐν κλήρου μοίρᾳ παρὰ Θεοῦ, καὶ μερὶς ἀγαθὴ, ἐπείτοι γεγόναμεν Ἰσραὴλ, τουτέστι, νοῦς ὁρῶν Θεόν· τεθεάμεθα γὰρ ἐν Υἱῷ τὸν Πατέρα.

Sermo hic Christo Salvatori omnium nostrum C aptabitur. Nam ante tempora adventus ejus ambulabamus unusquisque juxta arbitrium suum, vitam pecudum et a ratione alienissimam viventes, et dæmonum fraudibus irretiti [25]. Ast ubi collapsos quodammodo, et prostratos, et sub inimicorum pedibus jacentes miseratus est Pater, non amplius « fecit nobis secundum dies priores. » **722** Non enim passus est nos ultra subjugari, et sub crudeli tyranno degentes, ad quidvis indignissimum abduci; sed pacem de cœlo impertivit, hoc est Christum, qui et omnis fertilitatis quæ mente comprehenditur ubertatem nobis largitus est. Repleti enim sumus frumento et vino [26]: et dedit nobis vera vitis [27], hoc est, Christus fructum suum lætificantem cor hominis, sicut scriptum est [28]. Ipse est et granum fru- D menti [29], et sacer manipulus; ipse factus est nobis vita [30], reddiditque florentissimos cœlesti rore inebrians, intelligibili, inquam, et spirituali, cujus et divinus David meminit: « Sicut ros Hermon, qui descendit super montes Sion [31-32]. » Hæc nobis a Deo sors et pars bona contigit, postquam facti sumus Israel, hoc est, mens Deum videns: in Filio enim Patrem vidimus [33].

*Καὶ ἔσται ὃν τρόπον ἦτε ἐν κατάρᾳ ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὁ οἶκος Ἰούδα καὶ οἶκος Ἰσραὴλ, οὕτως*

VERS. 13. *Et erit sicut eratis in maledictione inter gentes, domus Juda et domus Israel, sic salvabo vos,*

[25] Ephes. II, 2, 3. [26] Joel II, 19. [27] Joan. XV, 1. [28] Psal. CIII, 15; Eccl. XL, 20. [29] Joan. XII, 24, 25. [30] Joan. XI, 25. [31-32] Psal. CXXXII, 3. [33] Joan. XIV, 9.

*et eritis in benedictione. Confidite et confortamini in manibus vestris.*

XLVI. In captivitatem ducti Israelitæ, et victorum iniqua imperia perferentes, etiam maledicti sunt vocati, dicentibus quibusdam, quod a vero non abhorret, Ne mihi contingat quod Israeli. Ubi autem eos salvavit misericors Deus, et in pristina bona sunt restituti, cum calamitatibus opinionem quoque maledictorum habere desierunt. Benedicti sunt enim, et æque ut olim beati fuerunt, Deo supernis bonis eos oblectante, et totius securitatis velut campos ipsis pandente.

Quod in nobis ipsis verum conspicitur. Eramus enim maledicti, gregibus dæmonum subditi, et ad omne genus improbitatis illorum scelere devoluti [34]. Ast ubi Deum universorum opificem cognovimus, et a Christo cogniti sumus, tunc, tunc cantare intra nosmetipsos didicimus : « Benedicti nos a Domino, qui fecit cœlum et terram [35]. » Quoniam autem ad tantam honorem et gloriam vocati sumus, bonis operibus operam dare nos necesse est, et affectiones vitiosas viriliter debellare, et peccatum exsecrari, et in evangelicis legibus servandis excellere, et ad id quod Deo gratum est rite efficiendum incumbere. Audivimus enim acclamantem nobis, **723** « Confidite et confortamini in manibus vestris. » Adepti porro sumus a Christo, ut confidere debeamus : vicit enim pro nobis mundum [36], et conculcavit hostes, et templum suum a morte invictum ostendit, et iniquitatis os obturavit, ut et nos in his clarescamus [37]. Vicit enim, ut dixi, non sibi, sed nobis infirmis, quibus bona victoriæ suæ comparavit.

VERS. 14, 15. *Quia hæc dicit Dominus omnipotens : Sicut cogitavi ut affligerem vos, cum provocassent ad iram me patres vestri, dicit Dominus omnipotens, et non me pœnituit ; sic paratus sum, et cogitavi in diebus istis, ut benefaciam Jerusalem et domui Juda. Confidite.*

XLVII. Divinis consiliis nihil posse obsistere, rursum etiam ex his liquet. Quod enim Deus decreverit, et voluerit facere, id profecto prorsus eveniet. Sic enim per Isaiam loquitur, naturæ suæ vires potentissimas demonstrans : « Et dixi : Omne consilium meum stabit, et omnia quæcunque cogitavi faciam [38]. » Quocirca ex iis quæ ipsos divina ira sæviente perpeti contigit, ex his ipsis, inquam, apertissime licet intelligere, etiam lætitiæ viam eis dilatari, volente Deo et felicitatem indulgente, imo ex benignitate sua cupiente potius ut omnibus bonis redundent. Quemadmodum enim, inquit, volentem vos affligere propter multa peccata vestra nihil cohibuit : ita et bona cogitanti et satis afflictos misericordia prosequi volenti nihil

A *διασώσω ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθε ἐν εὐλογίᾳ. Θαρσεῖτε καὶ κατισχύετε ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν.*

ΜϚ'. Αἰχμάλωτοι γεγονότες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ ταῖς τῶν ἑλόντων πλεονεξίαις ἐνειλημμένοι, κεχρηματίκασι καὶ ἐπάρατοι, φασκόντων τινῶν, κατά γε τὸ εἰκός· Οὕτω μὴ γενοίμην ὡς ὁ Ἰσραήλ. Ἐπειδὴ δὲ σέσωκέ τε αὐτοὺς ὁ φιλοικτίρμων Θεὸς, καὶ ἐν τοῖς ἀρχαίοις γεγόνασιν ἀγαθοῖς, συναποβεβλήκασι ταῖς συμφοραῖς καὶ τὸ δοκεῖν εἶναι κατηραμένοι. Ηὐλόγηνται γὰρ, καὶ οὐδὲν ἧττον γεγόνασι ζηλωτοὶ καθὰ καὶ πάλαι, Θεοῦ κατευφραίνοντος τοῖς ἄνωθεν ἀγαθοῖς, καὶ ἁπάσης αὐτοῖς εὐθυμίας ἁπλοῦντος τὴν μέθεξιν.

Τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἀληθὲς ὂν ὁρᾶται πάλιν. Ἦμεν γὰρ ἐπάρατοι, ταῖς τῶν δαι-
B μονίων ἀγέλαις ὑπεζευγμένοι, καὶ πρὸς πᾶν εἶδος φαυλότητος διὰ τῆς ἐκείνων δυστροπίας κατενηνεγμένοι. Ἐπειδὴ δὲ Θεὸν ἐγνώκαμεν τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν, καὶ ἐγνώσθημεν τῷ Χριστῷ, τότε δὴ, τότε καὶ ἀναμέλπειν ἐφ' ἑαυτοῖς δεδιδάγμεθα· « Εὐλογημένοι ἡμεῖς τῷ Κυρίῳ τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. » Ἐπειδὴ δὲ εἰς τοῦτο κεκλήμεθα τιμῆς τε καὶ δόξης, φιλεργεῖν ἀναγκαῖον, καὶ κατανδρίζεσθαι τῶν παθῶν, καὶ στυγητὴν ποιεῖσθαι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τοῖς εὐαγγελικοῖς ἐμπρέπειν νόμοις, καὶ ἐπείγεσθαι κατορθοῦν τὸ ἀρέσκον τῷ Θεῷ. Ἀκηκόαμεν γὰρ ἐπιφωνοῦντος ἡμῖν· « Θαρσεῖτε καὶ κατισχύετε ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν. » Ἐσχήκαμεν δὲ παρὰ Χριστοῦ τὸ χρῆναι θαρσεῖν· νενίκηκε γὰρ
C ὑπὲρ ἡμῶν τὸν κόσμον, καὶ πεπάτηκεν ἐχθροὺς, καὶ θανάτου κρείττονα τὸν οἰκεῖον ἔδειξε ναὸν, καὶ τὸ τῆς ἀνομίας ἐνέφραξε στόμα, ἵνα καὶ ἡμεῖς δι' αὐτὸν ἐν τούτοις εὐδοκιμῶμεν. Νενίκηκε γὰρ, ὡς ἔφην, οὐχ ἑαυτῷ μᾶλλον, ἀλλ' ἡμῖν τοῖς ἠσθενηκόσι, τὰ ἐκ τοῦ νικῆσαι κατορθῶν ἀγαθά.

*Διότι τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ὃν τρόπον διενοήθην τοῦ κακῶσαι ὑμᾶς, ἐν τῷ παροργίσαι με τοὺς πατέρας ὑμῶν, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ οὐ μετενόησα· οὕτω παρατέταγμαι καὶ διανενόημαι ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, τοῦ καλῶς ποιῆσαι τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὸν οἶκον Ἰούδα. Θαρσεῖτε.*

ΜΖ'. Ὅτι ταῖς θείαις βουλαῖς τὸ ἀντιστατοῦν οὐδὲν, κὰκ τῶνδε δὴ πάλιν ἐφίησι νοεῖν. Ὃ γὰρ ἂν
D βουλεύσαιτο Θεὸς, καὶ ἕλοιτο πληροῦν, τοῦτο δὴ πάντως ἐκβήσεται. Οὕτω που καὶ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου φησὶ, τῆς αὐτοῦ φύσεως τὸ παναλκὲς ἀποφαίνων· « Καὶ εἶπα· « Πᾶσά μου ἡ βουλὴ στήσεται, καὶ πάντα ὅσα βεβούλευμαι ποιήσω. » Οὐκοῦν ἐξ ὧν συνέβη παθεῖν αὐτοὺς ἐπενηνεγμένης τῆς θείας ὀργῆς, ἐκ τούτων αὐτῶν συνιέναι, καὶ μάλα σαφῶς, ἔστιν, ὅτι καὶ ἡ τῆς εὐθυμίας αὐτοῖς κατευρύνεται τρίβος ἐθέλοντός γε αὐτοῦ καὶ ἐφιέντος εὐημερεῖν, μᾶλλον δὲ καὶ ὀρέγοντος φιλανθρωπίᾳ τὸ ἐν παντὶ χρῆναι γενέσθαι καλῷ. Ὥσπερ γάρ, φησὶ, κακοῦν ὑμᾶς ἐθέλοντα διὰ πολλὴν ἁμαρτίαν ἀπεῖρξεν οὐδέν· οὕτω καὶ χρηστὰ βουλευομένῳ, καὶ κατοικτείρειν

[34] II Petr. II, 12, 14. [35] Psal. CXIII, 15. [36] Joan. XVI, 33. [37] Psal. CVI, 2 seqq. [38] Isa. XLVI, 10.

ἐθέλοντι πεπονθότας ἀρκούντως οὐδὲν ἔσται τὸ A ἐμποδών. « Παρατέταγμαι γὰρ εὖ ποιῆσαι τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὸν οἶκον Ἰούδα. » Ἐμφαντικὴ δὲ λίαν ἡ λέξις. Οὐ γὰρ ἔφη μόνον, ὅτι Βεβούλευμαι καὶ διανενόημαι τυχὸν, ἀλλ' εἰς τοῦτο προῆλθον γνώμης καὶ τῆς ἐφ' ὑμῖν ἡμερότητος, ὥστε καὶ παρατέταγμαι· τοῦτο δέ ἐστι σκέψεως ἐντόνου μήνυσις ἐναργής. Κατασφραγίζει δὲ τὴν ὑπόσχεσιν εἰς ἀλήθειαν, τὸ « Θαρσεῖτε » προστιθείς.

Οὕτω καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς διὰ τῆς πίστεως κεκλημένους εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἀσφαλίζεται Χριστός. Ὥσπερ γὰρ πρὸ τῆς κλήσεως πρὸς πᾶν εἶδος φαυλότητος κατωλισθηκότας, παραδέδωκε μὲν εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ἐκάκωσε δὲ δι' ἀκαθαρσίαν· οὕτω καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις διενοήθη τε καὶ παρατέτακται, καθά φησιν αὐτὸς, εἴς γε τὸ εὖ ποιῆσαι τὴν Ἐκ- B κλησίαν καὶ τὸν οἶκον Ἰούδα, τουτέστιν, ἡμᾶς τοὺς ἐξομολογουμένους αὐτῷ, εὐφημίαις καταγεραίροντας ὡς Δεσπότην, ὡς Σωτῆρα καὶ Λυτρωτήν· *αἴνεσις* γὰρ ὁ Ἰούδας ἑρμηνεύεται. Οἶκος δὲ Ἰούδα καὶ ἑτέρως νοοῖτ' ἂν ἡ Ἐκκλησία. Κεχρημάτικε γὰρ οἶκος Χριστοῦ, ὃς ἀνατέταλκεν ἐξ Ἰούδα, κέκληται δὲ οὕτω καὶ παρὰ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ. Καὶ γοῦν ὁ πατριάρχης Ἰακὼβ οὕτως αὐτοῦ διαμέμνηται, λέγων· « Ἰούδα, σὲ αἰνέσαιαν οἱ ἀδελφοί σου. » Καὶ πάλιν· « Ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβης. » Ἀνέβη γὰρ ὁ Χριστὸς ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ καθάπερ ἀπὸ βλαστοῦ τῆς ἁγίας Παρθένου, βακτηρία καὶ ῥάβδος δυνάμεως, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. Ἡμῖν οὖν ἄρα καὶ τὸ « Θαρσεῖτε » λέγεται, καὶ μάλα εἰκότως. C « Ὅπλῳ γὰρ εὐδοκίας » ἐστεφάνωσεν ὁ Πατὴρ τῇ διὰ Χριστοῦ σωτηρίᾳ καὶ χάριτι.

*Οὗτοι οἱ λόγοι οὓς ποιήσετε. Λαλεῖτε ἀλήθειαν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ κρίμα εἰρηνικὸν κρίνετε ἐν ταῖς πύλαις ὑμῶν, καὶ ἕκαστος τὴν κακίαν τοῦ πλησίον αὐτοῦ μὴ λογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, καὶ ὅρκον ψευδῆ μὴ ἀγαπᾶτε· διότι ταῦτα πάντα ἐμίσησα, λέγει Κύριος παντοκράτωρ*

**ΜΗ'.** Οὐκ ἀπειθεῖν ἑλομένοις καὶ εἰς ἐξίτηλον πολιτείαν ἀποφοιτᾷν, ἠγαπηκόσι δὲ μᾶλλον τὴν εὐθεῖαν διαστείχειν ὁδὸν, καὶ τὴν εὐαγῶς ᾑρημένοις, ἐπαγγέλλεται Θεὸς τὰ ἐκ τῆς ἰδίας ἡμερότητος ἐπιδώσειν ἀγαθὰ, καὶ μὴν καὶ παρατετάχθαι πρὸς τὸ χρῆναι λοιπὸν εὖ ποιεῖν αὐτούς. Ἥκιστα μὲν γὰρ D ψευδοεπεῖς ὁρᾶσθαι προστέταχε, ποιεῖσθαι δὲ μᾶλλον ἐν ἀτρεκείᾳ τοὺς λόγους, ὀρθότητα δὲ τὴν ἐπὶ τοῖς κρίμασιν ἀγαπᾷν, καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι ψῆφον εὐθῆ τε καὶ ἀνεπίληκτον πάντη τε καὶ πάντως ἐκφέρειν, οὐ λημμάτων αἰσχρῶν ἡττωμένους, οὐκ εἰς κέρδη βλέποντας αἰσχρὰ, καὶ χρημάτων ἕνεκα τὴν τοῦ δικαίου προδιδόντας χάριν, ἀλλ' εἰς μόνον ὁρῶντας τὸ ἀνδάνον Θεῷ· ἀνιέντας δὲ καὶ ἀδελφοῖς, εἰ δή πού τι παραπταίσειαν ἢ δρῶντες, ἢ λέγοντες, καὶ προσέτι τούτοις παρωθουμένους εὖ μάλα τὸ ψευδορκεῖν· μεμισηκέναι γὰρ διισχυρίζεται τὰ τοιάδε τῶν κακῶν.

erit impedimento. « Paratus sum enim benefacere Jerusalem et domui Juda. » Magna est in voce emphasis. Non enim tantum ait, puta, Deliberavi et cogitavi, sed eo processi voluntatis et mansuetudinis erga vos, ut et me paraverim, seu instruxerim, quæ est intentæ commentationis minime dubia significatio. Obsignat autem promissionis veritatem, adjiciendo, « Confidite. »

Sic et nos ipsos per fidem vocatos in agnitionem veritatis securos reddit Christus. Sicut enim ante vocationem in omne genus vitiorum delapsos in reprobum sensum tradidit [39], et propter immunditiam dire multavit: sic et in diebus istis cogitavit et instructus est, ut ait ipse, ut benefaciat Ecclesiæ et domui Juda, hoc est, nobis, qui confitemur ei, ut Dominum, et Salvatorem, et Liberatorem laudibus venerantes: **724** siquidem voci Juda notio laudis subjecta est. Aliter item Ecclesia domus Juda queat intelligi. Appellata est enim domus Christi, qui ex Juda ortus est, quo etiam nomine a divinitus inspirata Scriptura nuncupatur. Itaque patriarcha Jacob his verbis ejus meminit: « Juda, te laudent fratres tui [40]. » Et rursum: « Ex germine, fili mi, ascendisti [41]. » Ascendit enim Christus ex radice Jesse [42], et velut e germine sanctæ Virginis, baculus et virga virtutis, juxta prophetæ vocem [43]. Nobis igitur etiam « Confidite » dicitur, et æquissime. « Scuto enim bonæ voluntatis, » salute et gratia per Christum Pater coronavit nos [44]

Vers. 16, 17. *Isti sunt sermones quos facietis. Loquimini veritatem unusquisque ad proximum suum, et judicium pacificum judicate in portis vestris, et unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris, et juramentum mendax ne diligite: quia hæc omnia odi, dicit Dominus omnipotens.*

**XLVIII.** Quibus cordi est non detrectare imperium nec vitæ genus vanum persequi, sed recto itinere ingredi et sancte vivere malunt, iis Deus mansuetudinis suæ bona daturum, atque etiam instructum se fore ad iis deinceps benefaciendum pollicetur. Mandavit enim minime falsiloquos videri, sed veros potius sermones edere, et judiciorum integritatem diligere, et de unaquaque re sententiam sinceram nullique vituperationi affinem penitus, citra turpis lucri cupiditatem pronuntiare, non turpem quæstum spectantes [45], et pecuniarum causa Dei gratiam prodentes, sed solum Dei beneplacitum intuentes: condonantes item fratribus, si quid illi eos aut verbo aut facto læserint, et præter ista studiose perjurium fugitantes: odisse enim se mala hujuscemodi affirmat.

[39] Rom. I, 28 seqq. [40] Gen. XLIX, 8. [41] ibid. 9. [42] Isa. XI, 1. [43] Psal. CIX, 2. [44] Psal. V, 13. [45] I Timoth. III, 8.

Perpende porro quomodo nihil typicum aut umbratile facere jubeat. Non enim imperat immolare boves, nec incendere thura, sed veluti gracilem quamdam et tornatilem, et tantum non evangelicam vitam eos exercere postulat. Quoniam enim in his pauca nobis de Salvatoris adventu indicata sunt, idcirco et mandatum induci necesse fuit, quod divina ejus jussa loqueretur. Si enim decet nos divina verba sequentes loqui veritatem, **725** quæ Christi sunt omnino disseremus : Christus enim est veritas[46]. Ideo et sapientissimus Petrus paratissimos nos esse præcepit ad respondendum « cuivis rationem nos poscenti de ea quæ in nobis est spe[47]. » Quod si quæ Christi sunt loqui assueverint, et eum in lingua semper habuerint, et animo et corde meditati fuerint, justi plane erunt, et excellentes, pacificique et mites, et insuper patientes, et pejerare nescientes, quin penitus nec jurantes. Meminerunt enim illud dicere : « Sit autem sermo vester : Est, est, et, Non, non[48]. »

VERS. 18, 19. *Et factus est sermo Domini omnipotentis ad me, dicens : Hæc dicit Dominus omnipotens : Jejunium quartum, et jejunium quintum, et jejunium septimum, et jejunium decimum erunt domui Juda in gaudium, et in lætitiam, et in festivitates bonas, et lætabimini, et veritatem et pacem diligite.*

XLIX. Necessarium duco discendi cupidis rursum prius exponere causas jejuniorum, de quibus hoc loco dicitur, et quod sit quartum, quodnam quintum, et reliqua, septimum scilicet, et decimum. Sic enim opportune et apte quæ sit mandatorum vis deinde enucleando, adjungemus. Igitur capta sancta civitate, et exusto templo, et Israele simul cum vasis sacris in captivitatem abducto[49], qui salvi restabant in Judæa, dies quibus hæc pati contigisset odiosos et exsecrabiles habebant, factisque cœtibus planctus lamentationesque suscipiebant, cibo se ut in jejuniis abstinentes. Quæ autem unoquoque dierum a nobis modo dictorum evenerint, age exponamus. Ait ergo beatus Jeremias : « Et factum est in anno nono regni ejus, Sedeciæ utique, in mense decimo, decima mensis venit Nabuchodonosor rex Babylonis, et omnis exercitus ejus contra Jerusalem, et circumvallarunt eam, et ædificaverunt circum eam lapidibus quadris, et venit civitas in angustias usque ad undecimum annum regis Sedeciæ, in mense quarto, nona die mensis. Et invaluit fames in civitate, et non erant panes populo terræ ; et dirupta est civitas, et omnes viri bellatores egressi sunt nocte via urbis inter muros **726** et antemurale, quod erat versus hortum regis[50]. » Postea cæde liberorum Sedeciæ et exoculatione ejus intersita, ita pergit : « In mense quinto, decima mensis venit Nabuzardan princeps coquorum, qui stabat ante faciem regis Babylonis, in Jerusalem, et succendit domum Domini, et

A "Αθρει δὲ ὅπως οὐδὲν ἐπιττάτει δρᾷν τῶν ἐν σκιαῖς ἢ τύποις. Οὐ γάρ τοι χρῆναι βουθυτεῖν, οὐδὲ μὴν λιβάνῳ τιμᾷν ἐντέλλεται, ἀλλ' οἷον ἰσχνήν τινα, καὶ τετορνευμένην, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ εὐαγγελικὴν ἐπασκῆσαι βούλεται ζωήν. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ βραχὺς ἡμῖν ἐν τούτοις περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας πεποίηται λόγος, ταύτῃ τοι καὶ ἀναγκαίως ἐντολὴ συνεισάγεται τὰ δι' αὐτοῦ λαλοῦσα θεσπίσματα. Εἰ γὰρ δὴ προσήκει τοῖς θείοις ἡμᾶς ἑπομένους λόγοις λαλεῖν τὴν ἀλήθειαν, τὰ Χριστοῦ πάντως διαλεξόμεθα· Χριστὸς γάρ ἐστιν ἡ ἀλήθεια. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ σοφώτατος Πέτρος ἑτοιμοτάτους ἡμᾶς γενέσθαι προστέταχε πρὸς ἀπολογίαν « παντὶ τῷ ἐρωτῶντι ἡμᾶς λόγον περὶ τῆς οὔσης ἐν ἡμῖν ἐλπίδος. » Εἰ δὲ δὴ τὰ Χριστοῦ λαλεῖν εἰθισμένοι, καὶ αὐτὸν ἔχοντες ἐπὶ
B γλώσσης ἀεὶ, καὶ νοῦ, καὶ καρδίας, μελέτην πεποιημένοι, δίκαιοί που πάντως εἶεν ἂν, καὶ τῇ κατὰ πᾶν ὁτιοῦν ὀρθότητι διαπρέποντες, εἰρηνικοί τε καὶ πρᾶοι, καὶ πρός γε τούτῳ καὶ ἀνεξίκακοι, καὶ ψευδορκεῖν οὐκ εἰδότες, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ὀμνύντες ὅλως. Διαμέμνηνται γὰρ λέγοντος αὐτοῦ· « Ἔστω δὲ ὑμῶν ὁ λόγος τὸ Ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ Οὒ, οὔ. »

*Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου παντοκράτορος πρός με, λέγων· Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Νηστεία ἡ τετρὰς, καὶ νηστεία ἡ πέμπτη, καὶ νηστεία ἡ ἑβδόμη, καὶ νηστεία ἡ δεκάτη ἔσονται τῷ οἴκῳ Ἰούδα εἰς χαρὰν, καὶ εὐφροσύνην, καὶ εἰς ἑορτὰς ἀγαθὰς, καὶ εὐφρανθήσεσθε, καὶ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν εἰρήνην ἀγαπήσατε.*

ΜΘ'. Ἀναγκαῖον οἶμαι τοῖς φιλομαθέσι προαφηγήσασθαι πάλιν τῶν ἐνθάδε λεγομένων νηστειῶν τὰς
C αἰτίας, καὶ ποία ἡ τετρὰς, τίς δὲ ἡ πέμπτη, καὶ αἱ τούτων ἐφεξῆς ἑβδόμη τε καὶ δεκάτη. Προσθήσομεν γὰρ οὕτως ἐπὶ καιροῦ καὶ ἐν κόσμῳ λοιπὸν τῶν προστεταγμένων τὴν δύναμιν. Οὐκοῦν μετὰ τὸ ἁλῶναι τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ κατεμπρησθῆναι τὸν ναὸν, ἀποκομισθῆναι δὲ ὁμοῦ τοῖς ἱεροῖς σκεύεσιν αἰχμάλωτον τὸν Ἰσραὴλ, οἱ σεσωσμένοι τε καὶ περιλειφθέντες κατὰ τὴν Ἰουδαίαν, τὰς ἡμέρας, ἐν αἷς τὰ τοιάδε παθεῖν συμβέβηκεν ἀποφράδας ἡγοῦντο καὶ στυγητὰς, καὶ δὴ κατὰ πληθὺν συνθέοντες, κομμὸν ἐποιοῦντο καὶ θρῆνον, ἀσιτοῦντες ὡς ἐν νηστείαις. Τίνα δὲ δὴ τὰ συμβεβηκότα καὶ ἐν ἑκάστῃ τῶν ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένων ἡμερῶν, φέρε λέγωμεν. Ἔφη τοίνυν ὁ μακάριος Ἱερεμίας· « Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἔτει τῷ ἐννάτῳ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, δῆλον δὲ ὅτι
D Σεδεκίου, ἐν τῷ μηνὶ τῷ δεκάτῳ, δεκάτῃ τοῦ μηνὸς ἦλθε Ναβουχοδονόσωρ βασιλεὺς Βαβυλῶνος, καὶ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτοῦ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ περιεχαράκωσαν αὐτὴν, καὶ περιῳκοδόμησαν αὐτὴν τετραπόδοις λίθοις κύκλῳ, καὶ ἦλθεν ἡ πόλις εἰς συνοχὴν, ἕως ἑνδεκάτου ἔτους τῷ βασιλεῖ Σεδεκίᾳ, ἐν μηνὶ τῷ τετάρτῳ, ἐννάτῃ τοῦ μηνός. Καὶ ἐστερεώθη ὁ λιμὸς ἐν τῇ πόλει, καὶ οὐκ ἦσαν ἄρτοι τῷ λαῷ τῆς γῆς, καὶ διεκόπη ἡ πόλις, καὶ πάντες οἱ ἄνδρες οἱ πολεμισταὶ ἐξῆλθον νυκτὸς κατὰ τὴν ὁδὸν τῆς πόλεως ἀναμέσον τοῦ τείχους καὶ τοῦ προτειχίσματος, ὃ ἦν κατὰ τὸν κῆπον τοῦ βασιλέως. » Εἶτα δὴ μέσον παρ-

[46] Joan. xiv, 6. [47] I Petr. iii, 15. [48] Matth. v, 37. [49] IV Reg. xxv, 9. [50] Jerem. lii, 4-7.

ενθεὶς τῶν Σεδεκίου παίδων τὴν σφαγὴν, αὐτοῦ δὲ A τὴν τύφλωσιν, ἔφη πάλιν· « Ἐν μηνὶ τῷ πέμπτῳ, δεκάτῃ τοῦ μηνὸς ἦλθε Ναβουζάρδαν ὁ ἀρχιμάγειρος, ὁ ἑστηκὼς κατὰ πρόσωπον τοῦ βασιλέως Βαβυλῶνος εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐνέπρησε τὸν οἶκον Κυρίου, καὶ τὸν οἶκον βασιλέως, καὶ πάσας τὰς οἰκίας τῆς πόλεως, καὶ πᾶσαν οἰκίαν μεγάλην ἐνέπρησεν ἐν πυρὶ, καὶ πᾶν τεῖχος Ἱερουσαλὴμ κύκλῳ καθεῖλεν ἡ δύναμις τῶν Χαλδαίων ἡ μετὰ τοῦ ἀρχιμαγείρου. » Ἀκούεις ὅπως ἐν τῷ δεκάτῳ ἔτει πεπολιόρκηκεν ὁ Ναβουχοδονόσωρ τὴν Ἱερουσαλὴμ, εἶτα τῷ τετάρτῳ μηνὶ τοῦ δεκάτου ἔτους διακεκόφθαι φησὶ τὴν πόλιν· ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ μηνὶ καὶ αὐτὸν ἐμπεπρῆσθαι τὸν ναὸν καὶ ἅπασαν δὲ τὴν πόλιν διισχυρίζεται παρὰ τοῦ ἀρχιμαγείρου. Ἀποφράδας δὴ οὖν τὴν τετάρτην, καὶ τὴν πέμπτην, καὶ τὴν δεκάτην ἡμέραν B ἐποιοῦντο, δι' ἃς εἶπον αἰτίας. Τίς δὲ καὶ ἡ ἑβδόμη, πάλιν εἰπεῖν ἀναγκαῖον. Ἐπειδὴ γὰρ εἷλε τὴν Ἱερουσαλὴμ ὁ ἀρχιμάγειρος, κεχειροτόνηκε τὸν Γοδολίαν εἰς καθηγητὴν τοῖς καταλοίποις τῶν Ἰουδαίων ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις· εἶτα τοῦτο δεδρακὼς ἀπῆλθεν εἰς Βαβυλῶνα. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο οὕτω πεπράχθαι μεμαθήκασιν οἱ περισωθέντες ἐξ Ἰουδαίων, συνέδραμον ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ ἦσαν ἐν ἐλπίσι τοῦ κατοικεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. Ἀλλ' ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἑβδόμῳ, καθὰ γέγραπται, τὸν Γοδολίαν ἀνεῖλεν ὁ Ἰσμαὴλ· καὶ διεσπάρη πᾶς ὁ λαὸς τότε, καὶ ἀπέδραμον εἰς τὴν Αἰγυπτίων, καὶ διολώλασιν ἐκεῖ. Στυγητὴν οὖν ἐποιοῦντο καὶ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν,

A domum regis, et omnes domos urbis, et omnem domum magnam combussit igni, et omnem murum Jerusalem in circuitu evertit exercitus Chaldæorum, qui erat cum principe coquorum [81]. » Audis quo pacto « mense decimo anni noni » anno decimo Nabuchodonosor Hierosolymam obsederit; deinde quarto mense anni undecimi diruptam esse civitatem. In mense autem quinto etiam ipsum templum et totam urbem a principe coquorum inflammatam narrat. Atros igitur, seu nefastos quartum, et quintum, et decimum dies propter causas a me dictas numerabant. Quæ autem septima fuerit, præterea dicendum est. Postquam enim princeps coquorum Jerusalem evertit, Godoliam principem Judæis, qui Hierosolymis remanserant, creavit: quo facto Ba- B bylonem repetivit. Quod ubi cognoverunt superstites Judæi, Hierosolymam cum spe ibidem habitandi confluxerunt. Sed mense septimo Godoliam occidit Ismael; et dissipatus est omnis populus tunc, confugitque in Ægyptum, ubi periit [82]. Hanc ob causam et septimum diem et ipsum mensem abominati sunt. Atque hæc est jejuniorum occasio. Et quoniam consequens erat, cessantibus plagis, et Israele Hierosolymam reverso, et tristibus finitis ultra non jejunare et plangere, luctum mutare lætitia et gaudere potius jubet de bonis a Deo acceptis, sive meminisse, ob quæ olim puniti fuerint, cum liberrime sceleribus se commacularent, et ad quidvis nefarium nullo pudore ruerent.

καὶ αὐτὸν δὲ τὸν μῆνα, ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας. Ἥδε μὲν οὖν τῶν νηστειῶν ἡ πρόφασις. Ἐπειδὴ δὲ ἀκόλουθον ἦν, πεπαυμένων τῶν ἐξ ὀργῆς, καὶ ἀνακομισθέντος τοῦ Ἰσραὴλ εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τῶν σκυθρωπῶν παρεληλακότων, μὴ νηστεύειν ἔτι καὶ κόπτεσθαι, μεταπλάττεσθαι κελεύει τὸ πένθος εἰς εὐθυμίαν, ἥδεσθαί τε μᾶλλον ἐφ' οἷς ἔχουσι λαβόντες παρὰ Θεοῦ, ἤγουν διὰ μνήμης ἔχειν τὰ ἐφ' οἷς τετιμώρηνται κατὰ καιροὺς, πλημμελοῦντες ἀφυλάκτως, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων ἀναίδην ὠλισθηκότες.

Δέδρακε τοῦτο καὶ εἰς ἡμᾶς ὁ Χριστός. Ἔστρεψε C γὰρ « ἡμῖν τὸν κοπετὸν εἰς χαρὰν, διέῤῥηξε τὸν σάκκον καὶ περιέζωσεν εὐφροσύνην, » κατὰ τὴν τοῦ Ψάλλοντος φωνήν. Ἐπαιτιώμεθα δὲ οὐδαμῶς, ὅτι Θεὸν οὐκ εἰδότες ποτὲ, καὶ προσκυνοῦντες τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, πεπτώκαμεν ὑπὸ πόδας ἐχθρῶν, καὶ εἰς νοῦν ἀδόκιμον παρεδόθημεν· εὐχαριστοῦμεν δὲ μᾶλλον ἐφ' οἷς ἠλεήμεθα, καὶ σεσώσμεθα, « καὶ ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν λελυτρώμεθα, » καὶ τὴν ἁγίαν οἰκοῦμεν πόλιν, τουτέστι τὴν Ἐκκλησίαν, ἠξιώμεθά τε λοιπὸν εὐχαῖς καὶ θυσίαις ταῖς πνευματικαῖς καταγεραίρειν αὐτὸν, ἀγαπῶμεν δὲ καὶ ὡς εἰρήνην, καὶ ἀλήθειαν, καὶ θυμηδίας τῆς ἀνωτάτω πρόφασιν τὸ χρῆμα καταλογίζεσθαι παρὰ τῆς θείας δεδιδάγμεθα Γραφῆς. « Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν· » αὐτὸς, ὡς ἔφην, ἡ ἀλήθεια· δι' αὐτόν ἐσμεν ἐν ἐλ- D πίσιν ἀγαθαῖς, καὶ ἐν τῷ κατευφραίνεσθαι δεῖν, κατηφείας ἁπάσης ἐξῃρημένης.

Fecit hoc etiam nobis Christus. Convertit enim « planctum nostrum in gaudium, conscidit saccum nostrum, et circumdedit nos lætitia, » ut Psaltes canit [83]. Nec conquerimur ulla ex parte, quod cum aliquando Deum ignorantes, et creaturam potius quam Creatorem adorantes sub pedes hostium nostrorum redacti, et in sensum reprobum traditi sumus [84]: quin gratias agimus, **727** quod misericordiam et salutem consecuti, « et de manu inimicorum liberati [85] » sanctam civitatem, hoc est Ecclesiam incolimus, et digni sumus habiti qui deinceps votis et sacrificiis spiritualibus ipsum veneremur; et charum habemus, et eam rem pacem, et veritatem, et summæ jucunditatis occasionem reputare a divina Scriptura docti sumus. « Ipse enim est pax D nostra [86]: » ipse, ut dixi, veritas [87]: propter ipsum bene speramus, et omni mœstitudine profligata triumphamus.

*Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ἔτι ἥξουσι λαοὶ πολλοὶ, καὶ κατοικοῦντες πόλεις πολλὰς, καὶ συναλεύσονται κατοικοῦντες πέντε πόλεις*

VERS. 20-22. *Hæc dicit Dominus omnipotens: Adhuc venient populi multi, et habitantes civitates multas, et congregabuntur habitantes quinque civitates*

[81] Jerem. LII, 12-14. [82] Jerem. XL, 8-17; XLI, 1, seqq.; IV Reg. XXV, 23 seqq. [83] Psal. XXIX, 12. [84] Rom. I, 25 seqq. [85] Luc. I, 74. [86] Ephes. II, 14. [87] Joan. XIV, 6.

*in unam civitatem, dicentes : Eamus ut deprecemur faciem Domini, et quæramus faciem Domini omnipotentis. Vadam et ego, et venient populi multi et gentes multæ, ut quærant faciem Domini omnipotentis in Jerusalem, et ut propitient faciem Domini.*

A *εἰς μίαν πόλιν, λέγοντες· Πορευθῶμεν δεηθῆναι τοῦ προσώπου Κυρίου καὶ ἐκζητῆσαι τὸ πρόσωπον Κυρίου παντοκράτορος. Πορεύσομαι κἀγὼ, καὶ ἥξουσι λαοὶ πολλοὶ, καὶ ἔθνη πολλὰ ἐκζητῆσαι τὸ πρόσωπον Κυρίου παντοκράτορος ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοῦ ἐξιλάσασθαι τὸ πρόσωπον Κυρίου.*

L. Convertente Christo luctum nostrum in gaudium, et in diem festum, et in lætitias bonas, et transferente in jucunditatem lamenta, non jam de vocatis ad salutem singuli in fide accedent, et cum Deo per sanctificationem conjungentur, sed civitates inter se ad hoc deinceps hortabuntur, venientque catervatim omnes gentes, prioribus semper acclamantibus qui posteriores sunt, « Vadam et ego. » Scriptum est enim : « Ferrum ferrum acuit, vir B autem acuit faciem alterius [58]. » Semper enim aliorum alacritas aliis ad bona consectanda stimulus invenitur. Quis est vero urbibus, sive gentibus finis propositus? propitiare et exquirere faciem Domini, hoc est Christum, qui est imago simillima Dei et Patris [59], « et figura substantiæ ejus, et splendor gloriæ [60], » de quo et divinus David : « Faciem tuam illumina super servum tuum [61]. » Illuminavit enim pax et facies, ut dixi, Dei et Patris, ipsum habentes benevolum ac propitium; et peccati noxas repellemus « justificati per fidem : non ex operibus justitiæ quæ fecimus nos, sed secundum magnam misericordiam suam [62]. » Misericors enim et bonus est, et ad se accedentibus peccata dimittit [63]. **728** Ipsum C exquirentes servandis legum sancitis omnino invenimus, et per ipsum Deo ac Patri adhæremus: « Ipse enim est pax nostra » quod Scripturæ testantur [64].

Ν'. Μεταπλάττοντος τοῦ Χριστοῦ τὸ πένθος ἡμῶν εἰς χαρὰν, καὶ εἰς ἑορτὴν, καὶ εἰς εὐφροσύνας ἀγαθὰς, καὶ μεθιστῶντος εἰς θυμηδίαν τοὺς ὀδυρμοὺς, οὐ καθ' ἕνα λοιπὸν, φησὶ, τῶν καλουμένων εἰς σωτηρίαν ἡ ἐν πίστει πρόσοδος, καὶ ἡ πρὸς Θεὸν οἰκείωσις δι' ἁγιασμοῦ· ἀλλ' αἱ μὲν πόλεις ἀλλήλας εἰς τοῦτο παροτρυνοῦσι λοιπὸν, ἥξει δὲ κατὰ πληθὺν πάντα τὰ ἔθνη, τοῖς εἰς τοῦτο φθάσασιν ἐπιφωνούντων ἀεὶ τῶν δευτέρων τὸ, « Πορεύσομαι κἀγώ. » Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Σίδηρος σίδηρον ὀξύνει, ἀνὴρ δὲ παροξύνει πρόσωπον ἑτέρου. » Παράκλησις γὰρ ἀεί πως ἑτέροις εἰς τὸ χρῆναι πληροῦν τὸ ἀγαθὸν, ἡ τινων εὑρίσκεται προθυμία. Τίς δὲ δὴ ταῖς πόλεσιν, ἤτοι τοῖς ἔθνεσιν, ὁ σκοπός; τὸ ἐξιλάσασθαί τε καὶ ἐκζητῆσαι τὸ πρόσωπον Κυρίου, τουτέστι, Χριστὸν, ὅς ἐστιν εἰκὼν ἀπαράλλακτος τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, « καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, καθὰ γέγραπται, καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης, » περὶ οὗ φησι καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· « Τὸ πρόσωπόν σου ἐπίφανον ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου. » Ἀπέλαμψε γὰρ ἡ εἰρήνη, καὶ τὸ πρόσωπον, ὡς ἔφην, τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· αὐτὸν ἔχοντες εὐμενῆ καὶ ἵλεων, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας διακρουσόμεθα βλάβην, « δικαιούμενοι διὰ πίστεως, οὐχ ἐξ ἔργων δικαιοσύνης ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος. » Φιλοικτίρμων γάρ ἐστι καὶ ἀγαθὸς, καὶ ἀφίησιν ἐγκλήματα τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ. Αὐτὸν ἐκζητοῦντες διὰ τοῦ χρῆναι πληροῦν τὰ νενομισμένα, πάντη τε καὶ παντως εὑρίσκομεν, καὶ δι' αὐτοῦ κολλώμεθα τῷ Θεῷ καὶ Πατρί· « Καὶ γὰρ αὐτός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, » κατὰ τὰς Γραφάς.

VERS. 23. *Hæc dicit Dominus omnipotens : In diebus illis apprehendent decem viri ex omnibus linguis gentium: et apprehendent fimbriam unius hominis Judæi, dicentes : Ibimus tecum, quia audivimus quod Deus vobiscum est.*

*Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐπιλήψονται δέκα ἄνδρες ἐκ πασῶν τῶν γλωσσῶν τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐπιλήψονται τοῦ κρασπέδου ἀνδρὸς Ἰουδαίου, λέγοντες· Πορευσόμεθα μετὰ σοῦ, διότι ἀκηκόαμεν ὅτι ὁ Θεὸς μεθ' ὑμῶν ἐστιν.*

LI. Quonam modo per urbes et gentes accessuri sint quærentes faciem Domini, rursum declarat. D Inquit enim, « Erit in diebus illis, » hoc est illo tempore, quando « apprehendent decem viri unum Judæum, dicentes : Ibimus tecum. » Per denarium perfectum accedentium numerum intellige : perfectionis enim symbolum est hic numerus. Quod autem sanctis apostolis ex gentibus adhærentes eamdem cum illis viam ambulare instituerint, justificati per fidem in Christo [65], manifeste ostendit, ipsam formam, seu gestum, ut ex imagine accuratissime effictam proferens. Parvi enim pueri nonnunquam patrem sequi gestientes, comprehensa ora vestis ejus, illis tactibus velut adjuti, et a veste pendentes, ci-

ΝΑ'. Τίνα δὴ τρόπον ἡ κατὰ πόλεις τε ὁμοῦ καὶ ἔθνη γενήσεται πρόσοδος τῶν ἐπιζητούντων τὸ πρόσωπον Κυρίου, διατρανοῖ πάλιν. « Ἔσται γὰρ, φησὶν, ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, » τουτέστι, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ὅτε « ἐπιλήψονται δέκα ἄνδρες ἑνὸς Ἰουδαίου, λέγοντες· Πορευσόμεθα μετὰ σοῦ. » Διὰ μὲν οὖν τῶν δέκα τὸν τέλειον τῶν προσιόντων νοήσεις ἀριθμόν· τελειότητος γὰρ σύμβολον ὁ δέκατός ἐστιν ἀριθμός. Ὅτι δὲ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις οἱ ἐξ ἐθνῶν κολλώμενοι τὴν αὐτὴν ὥσπερ ἐκείνοις βαδίζειν ὁδὸν ἐπεχείρουν δικαιούμενοι διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ, καθίστησιν ἐναργὲς, καὶ τὸ σχῆμα λέγων, ὡς ἐξ εἰκόνος διαπεπλασμένον εὖ μάλα. Οἱ γὰρ μικροὶ τῶν παίδων ἐν τοῖς ἰδίοις πατράσιν ἕλοιντό ποτε κατακο-

[58] Prov. xxvii, 17. [59] II Cor. iv, 4. [60] Hebr. i, 3. [61] Psal. cxviii, 145. [62] Tit. iii, 5-7. [63] Joel ii, 13. [64] Ephes. ii, 14. [65] Rom. v, 1.

λουθεῖν, ἐπιδραξάμενοι τοῦ κρασπέδου, οἷον ἐπιχορούμενοι ταῖς ἀφαῖς, καὶ τῶν ἐσθημάτων ἀπαρτώμενοι ἀπλανῆ τε καὶ ἀσφαλῆ ποιοῦνται τὴν βάδισιν. Κατὰ τὸν ἴσον, οἶμαι, τρόπον καὶ οἱ τῇ κτίσει λελατρευκότες παρὰ τὸν τῶν ὅλων Δημιουργὸν, πατέρας γνησίους ἐπιγραφόμενοι τοὺς τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων εἰσηγητὰς, καὶ συναπτόμενοι δι' ὁμοψυχίας, ἕπονταί τε αὐτοῖς, νηπιάζοντες ἔτι τὰς γνώμας, καὶ εἰς τὴν ὁμοίαν ἵενται τρίβον, ζηλωταί που πάντως ἀναδεικνύμενοι τῆς αὐτῶν πολιτείας, καὶ ταῖς ἀεὶ πρὸς τὸ ἄμεινον ἐπιδόσεσιν « εἰς ἄνδρα τέλειον ἀναβαίνοντες, καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ. » Ἕπονται δὲ διὰ ποίαν αἰτίαν; Πεπληροφόρηνται γὰρ, ὅτι ὁ Θεὸς μετ' αὐτῶν ἐστι, τουτέστιν, ὁ Ἐμμανουήλ· ἑρμηνεύεται γὰρ, « Ὁ Θεὸς μεθ' ἡμῶν. » Ὅτι δὲ οὐ μόνων ἔσται τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ ἡ τὸ τηνικάδε κλῆσις, ἁπάντων δὲ μᾶλλον τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν, διαμεμήνυκεν εἰπὼν, ὡς ἐκ πασῶν ἔσονται τῶν γλωσσῶν οἱ ἐπιδραττόμενοι τοῦ κρασπέδου. Πότε δὲ κέκληνται τὰ ἔθνη πρὸς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ πότε βεβούληνται ἐκζητῆσαι τὸ πρόσωπον Κυρίου, ἐξιλάσασθαί τε αὐτὸν, καὶ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις τὴν αὐτὴν ὥσπερ διαστείχειν ὁδὸν, εἰ μὴ ὅτε γέγονε καθ' ἡμᾶς ὁ Μονογενής; ὅς ἐστι « προσδοκία ἐθνῶν· » πρὸς ὃν καὶ ὁ θεσπέσιος ἀναμέλπει Δαβίδ· « Πάντα τὰ ἔθνη ὅσα ἐποίησας ἥξουσι καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου, Κύριε. » Σέσωσται γὰρ δι' αὐτοῦ καὶ αὐτὴ τῶν ἐθνῶν ἡ πληθύς.

tra errorem periculumque gradiuntur. Eodem modo, opinor, et qui rebus conditis servierunt potius quam universorum Conditori, pro germanis patribus cooptantes evangelicorum dogmatum explanatores, et per concordiam illis colligati, sequuntur eos, infantes adhuc judiciis, et simili via incedunt, eorum vitæ imitatores manifesti, et perpetuis ad meliora incrementis « in virum perfectum, et in mensuram ætatis plenitudinis Christi [66] » evadentes. Quamobrem autem sequuntur? Certo enim credunt Deum, hoc est Emmanuelem cum illis esse : redditur enim « Nobiscum Deus. » Vocationem porro illam non tantum filiorum Israel, sed omnium per orbem gentium fore, docet cum ait, ex omnibus fore linguis qui apprehendent fimbriam. Quando autem vocatæ sunt gentes ad agnitionem veritatis, et quando voluerunt exquirere faciem Domini, et eum propitiare, et cum sanctis apostolis quasi eadem via ingredi, **729** nisi quando nostram naturam induit Unigenitus? qui est « exspectatio gentium [67]; » cui cantat etiam divinus David : « Omnes gentes quascunque fecisti, venient et adorabunt coram te, Domine [68]. » Per ipsum enim et ipsa gentium multitudo salvata est.

## ΚΕΦΑΛ. Θ'.

*Λῆμμα λόγου Κυρίου ἐν γῇ Ἀδρὰχ, καὶ Δαμασκοῦ ἀνάπαυσις αὐτοῦ, διότι Κύριος ἐφορᾷ ἀνθρώπους, καὶ πάσας φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. Καὶ Ἡμὰθ ἐν τοῖς ὁρίοις αὐτῆς.*

ΝΒ'. Οὐκ ἄτραχυ μὲν τὸ προκείμενον, δυσέφικτος δὲ κομιδῇ καὶ αὐτὴ τῶν λέξεων ἡ συνθήκη. Πλὴν ὡς ἔνι λελέξεται πρὸς ἡμῶν. Τά γε μὴν ἐφ' οἷς εἰρῆσθαι ταῦτα νομιοῦμεν, εἰκότως προαγορεύειν ἀνάγκη· νοηθείη γὰρ ἂν ὧδέ τε καὶ μόλις τῆς προφητείας ὁ νοῦς. Ὅτε τοίνυν τῶν τῆς αἰχμαλωσίας δεσμῶν ἀνείθη τε καὶ ἀπήλλακται κατὰ καιροὺς ὁ Ἰσραὴλ, ἧκόν τε λοιπὸν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ ἀνατειχίζειν ἐπεχείρουν τὴν Ἱερουσαλὴμ, τότε δὴ, τότε τὰ περίοικα τῶν ἐθνῶν, οἵ τε τὴν Σαμάρειαν οἰκοῦντες, καὶ οἱ τὰς τῆς Παλαιστίνης, καὶ μὴν καὶ Φοινίκης νεμόμενοι πόλεις, κατεδάκνοντο φθόνῳ, ὁμοῦ δὲ καὶ ἐδεδίεσαν, μὴ ἄρα δὴ πάλιν ἀνενεγκόντων αὐτοῖς τῶν πραγμάτων εἰς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, καὶ εἰς πληθὺν ἀμέτρητον ἐκτεινομένου τοῦ γένους, εἶτα πόλιν ἔχοντες τὴν οὕτω δυσάλωτον καὶ εὐπυργοτάτην, καταστρατεύοιντο πάλιν αὐτῶν, καὶ ἄμαχόν τινα, καθὰ καὶ πάλαι, κατεξαναστήσειαν αὐτῶν τὴν χεῖρα, ταύτῃ τοι τειχίζειν ἐθέλοντας διακωλύειν ἤθελον, πικροὺς ἀρτύοντες λόγους, καὶ μὴν καὶ ἐφόδους λῃστρικὰς ἱστάντες αὐτοῖς. Ἧκον δὲ εἰς τοῦτο βασκανίας καὶ φθόνου, ὥστε καὶ γεγράφασι τῷ Περσῶν βασιλεύοντι τὸ τηνικάδε τὰ ἐν τῷ Ἔσδρᾳ κείμενα. Ἔχει δὲ οὕτως· « Βασιλεῖ Ἀρταξέρξῃ κυρίῳ, οἱ παῖδές σου· Ῥάθυμος ὁ τὰ πραττόμενα γρά-

## CAP. IX.

VERS. 1, 2. *Assumptio verbi Domini in terra Adrach, et Damasci requies ejus, quia Dominus respicit homines, et omnes tribus Israel. Et Emath in finibus ejus.*

LII. Locus salebrosus, et verborum ista series difficilis ad intelligendum. Verumtamen, quantum in nobis est, eam enodabimus. Porro explicandum prius de quibus ista dicta merito existimemus. Sic enim, et vix tamen vaticinii sensus liquebit. Quando igitur captivitatis vinculis emissus liberatus est olim Israel, et ita in Judæam revenit, et Jerusalem instaurare occepit, tunc, tunc vicinæ gentes, Samaritæ, et Palæstini, et Phœnices, invidia ardentes, timentesque simul ne, rebus illorum ad pristinam incolumitatem revocatis, et genere in immensum aucto, cum urbem haberent expugnatu difficilem ac munitissimam, deinde ipsos bello lacesserent, et invictum, ut olim, contra se exercitum adducerent, his de causis muros ædificare aggressos impedire conati sunt, verba amarulenta jactantes, et populationibus in eos grassantes. Eo autem obtrectationis et invidiæ prodierunt, ut regi Persarum per id tempus scriberent, quæ ab Esdra recitantur his verbis propemodum : « Regi Artaxerxi domino, servi ejus, Rathymus actorum scriba, et Semelius scriba, et reliqui de consilio, et judices in Cœlesyria et Phœnice. Nosse te convenit, rex, Judæos Babylonem traductos venisse in provinciam nostram, et urbem

[66] Ephes. IX, 13. [67] Gen. XLIX, 10. [68] Psal. LXXXV, 8.

hanc perfidam et improbam de integro condere, et fora ejus parare, et mœnia ac templum excitare. Persuasum sit tibi, si ita pergant, nec tributa pensitaturos, nec parituros, sed in reges calcitraturos, et ad imperandum quam ad obediendum promptiores futuros. **730** Dum ergo illi in constructione templi laborant et enituntur, placuit nobis scribere ad te, rex, et rem tanti momenti non negligere [69]. » Itaque cum captum et servientem Israelem non mediocriter derisissent, liberatoque tandem et vinculis absoluto rursum nihilominus insultarent, et innumeris eum molestiis divexarent, multis modis insidiantes, et neque divinum templum instaurare, neque mœnibus urbem cingere sinentes, necesse fuit Deum ipsis irasci, et eos in manus Israelis tradere. Finitis enim operibus, et templo condito, omnibus eorum urbibus devastatis, captivos earum incolas fecerunt, atque opes immensas collegerunt. Ait igitur : « Assumptio verbum Domini in terra Adrach, et Damasci, » hoc est, qui in manibus nobis est sermo a Deo, contra terram Adrach, et Damasci fiet, quin et Emath, quæ est in finibus ejus, Damasci videlicet. Terra autem Adrach regio utique est Orientis, cui finitima est Emath « quæ est Epiphania, paulo supra Antiochiam, et Damascus, quæ est Phœnicum et Palæstinæ metropolis. Subjiciuntur autem et metropoles, et quæ ipsis subjectæ sunt urbes. Quare igitur assumptio contra illas? Quia et in ipsis fuit requies ejus, hoc est, omnium dominantis Dei. Requievit porro, quia punitas vidit. Non enim tacuisset qui intuetur omnia, veniaque et visitatione dignatur electum genus, Israelem scilicet. Intuetur enim homines universorum Deus, et uniuscujusque viam considerat, et injuriam facientes ulciscitur, pœnas iratus infligit, injuriam autem passos salvat [70]. Tenendum autem memoria, eum etiam supra de quatuor curribus loquentem, et equitum speciem describentem addidisse deinde : « Ecce qui egrediuntur super terram aquilonis requiescere fecerunt iram meam in terra aquilonis. » Requiescit autem quodammodo inimica malis ira Domini, cum, qui eum plurima et effrenate peccando offenderunt, pœnas luerint.

**741** *Et suscitabo filios tuos, Sion, super filios Græcorum, et attrectabo te quasi gladium pugnatoris.*

LXI. En doctores sacros ex Judæis liquido arcum suum vocat. Quinam enim filii Sion insurgentes contra filios Græcorum, nisi divini discipuli, et Ecclesiarum suis quique temporibus præsides, « Et recte tractantes verbum Dei [13]? » Nam Sion quæ animo videtur, quomodo alia præter Ecclesiam intelligatur? Oppugnant autem filios Græcorum, et bello lacessunt errore seductos, Deo illis utente ut gladio bellatoris. Sic et divinus Paulus militem Christi ornare cernitur. « Thorace enim justitiæ [14] » in Christo illum induit: præterea « galea salutis [15]: » Insuper dat ei « gladium spiritus, quod est verbum Dei [16]. » Hoc igitur gladio contra Græcos usi, pullulantem in illis falsam doctrinam amputant, et Dei sermonem maxime « penetrabilem, vivum et efficacem [17] » illis adhibentes, nequam et immundum spiritum exscindunt, ut de cætero mente pura et libera, et a dæmonum servitute expedita, veræ cognitionis Dei sermonem suscipere queant.

VERS. 14. *Et erit Dominus super eos, apparebit, et egredietur sicut fulgur sagitta ejus.*

LXII. Docet Dominum Deum illis adfuturum, unaque pugnaturum, et resistentes eversurum. Ait enim: « Erit Dominus super eos, » utique super eos, qui ministris Evangelii ipsius objicere sese constituerunt. Quælibet autem sagitta est institutor, sive apostolus. Telo enim, sive sagittæ a Deo emissæ rursum eos comparat; addit, cursuram ut fulgur, illuminantem videlicet, et omnium oculis citra nixum allabentem. Evaserunt autem adeo clari ac fulgentes, tum divini discipuli, tum præcones Evangelii Salvatoris, et qui eos secuti sunt populorum rectores et præsides Ecclesiarum, ut claritudinem virtutis eorum nemo ignoraverit. Atque hoc ipsum significans aiebat Salvator: « Nemo accendit lucernam, et ponit eam sub modio, aut sub lecto, sed super candelabrum, ut ingredientes lumen videant [18]. » Et iterum: « Sic luceat lux vestra

[11] Psal. cxxvi, 4. [12] Habac. iii, 11. [13] II Timoth. ii, 15. [14] Ephes. vi, 14. [15] ibid. 17. [16] ibid. [17] Hebr. iv, 12. [18] Matth. v, 15.

(1) Lege πίπτοιεν, *cadant*. COTELER. *Monum. Eccl. Gr.* III, 562.

coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et A glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est [18]. »

742 **Vers. 15, 16.** ***Et Dominus omnipotens in tuba clanget; et ibit in commotione minarum suarum. Dominus omnipotens proteget eos, et consument eos, et obruent eos in lapidibus fundæ, et ebibent sanguinem eorum sicut vinum, et implebunt ut phialas altare. Et salvabit eos Dominus in die illa sicut oves populum suum.***

LXIII. Commilitonem et armorum socium, ut dixi, claris verbis ipsis adjungit universorum Deum, adeo instructum, et simul certare cupidum, ut jam hostiliter ingruere, imo pedem conferre, et quidquid in se est virium in hostes, et in ipsorum robur effundere videatur. Rectissime porro inquit, bellum facturum non iis qui per fidem ad justificationem tanquam sagena capti sunt: sed divinæ prædicationi infeliciter obnitentibus, quos et Paulus notavit, cum dixit: « Ostium enim mihi magnum, et evidens apertum est, et adversarii multi [19]. » Canet igitur, inquit, tuba Dominus. Locutus est enim Dominus prædicationem evangelicam, quæ omnes terras pervasit, quando audiri potest ab omnibus mysterium: erat enim tenui voce, et lingua tardus Moses, quare etiam vix per solam Judæam exaudiebatur [20]. At sermo de Christo talibus terminis nequaquam continetur. Nam ut buccina egregia et sonantissima, omnium auribus ubique insonuit. « Ibit autem ceu in commotione minarum suarum, » et sic proteget satellites suos, ut adversarii quasi ab igne consumantur, et tantum non etiam fundæ lapidibus eos universe verberantes obruent. « Ebibent item sanguinem eorum, » hoc est, veluti quædam belluæ insilientes, facile superabunt et occident eos. Ad hæc offerent phialas sanguine occumbentium plenas, ut libationem aliquam ad altare. Est enim suavis odor Deo, et acceptabile sacrificium, errantes salvari prohibentium interitus. Si enim interfectores corporum misericordiam non merentur, sed pari potius supplicio multandi sunt, quid de corruptoribus et jugulatoribus animarum dicemus?

Quales haberi quoque possunt præstantes inter Græcos, et mundanæ sapientiæ gloriam consecuti, quibus crebro in ore sunt dii deæque, et qui ad creaturam magis quam ad 743 Creatorem colendum sollicitant, et cuilibet elemento Deo debitum honorem consecrant. Atqui mundum, non solum quandiu ipsi vivebant, sed etiam ad tempora consequentia seduxerunt. Multa enim millia diversis ætatibus illorum mendaciis persuasi, et frigidis atque anilibus fabellis auscultantes perierunt. Sublati sunt itaque e medio in posterum tales. Eva-

A ψωσι τὸ φῶς. » Καὶ πάλιν ἑτέρωθι· « Οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. »

***Καὶ Κύριος παντοκράτωρ ἐν σάλπιγγι σαλπιεῖ, καὶ πορεύσεται ἐν σάλῳ ἀπειλῆς αὐτοῦ. Κύριος παντοκράτωρ ὑπερασπιεῖ αὐτῶν, καὶ καταναλώσουσιν αὐτούς, καὶ καταχώσουσι ἐν λίθοις σφενδόνης, καὶ ἐκπίονται τὸ αἷμα αὐτῶν ὡς οἶνον, καὶ πλήσουσι ὡς φιάλας θυσιαστήριον. Καὶ σώσει αὐτοὺς Κύριος ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ὡς πρόβατα λαὸν αὐτοῦ.***

ΞΓ'. Συνασπιστὴν, ὡς ἔφην, καὶ σύνοπλον αὐτοῖς παρίστησιν ἐναργῶς ὁ λόγος, τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, παρατεττόμενον οὕτω, καὶ συναθλεῖν ᾐρημένον, ὡς ἤδη B δοκεῖν καὶ ἐξηρτῆσθαι πολεμικῶς, καὶ οἷον χωρεῖν μᾶλλον, καὶ τῇ κατ' ἐχθρῶν ὅλῃ χρῆσθαι δυνάμει, καὶ τῆς ἐνούσης εὐσθενείας αὐτοῖς. Καταστρατεύεσθαί γε μὴν εὖ μάλα φησὶν, οὐχὶ τῶν διὰ πίστεως εἰς δικαίωσιν σαγηνευομένων, ἀλλὰ τῶν ἀθλίως ἀνθεστηκότων τῷ θείῳ κηρύγματι, οὓς καὶ ὁ Παῦλος κατεσήμηνε, λέγων· « Θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε μεγάλη καὶ ἐναργὴς, καὶ οἱ ἀντικείμενοι πολλοί. » Σαλπιεῖ τοίνυν ὁ Κύριος, φησὶν, ἐν σάλπιγγι. Λελάληκε γὰρ ὁ Κύριος τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικὸν, εἰς πᾶσαν διάττον τὴν ὑπ' οὐρανὸν, ἐξάκουστον γὰρ τοῖς ἁπανταχοῦ τὸ μυστήριον· ἦν μὲν γὰρ ἰσχνόφωνος, καὶ βραδύγλωσσος ὁ Μωσῆς, τοιγάρτοι καὶ μόλις ἠκούετο κατὰ μόνην τὴν Ἰουδαίαν. Ἥκιστά γε μὴν ἐν τούτοις ἐστὶν ὁ περὶ Χριστοῦ λόγος. Ἀναπεφώνηκε γὰρ οἷά τις σάλ- C πιγξ λαμπρὰ, καὶ εὐηχεστάτη, καὶ ταῖς ἁπάντων ἀκοαῖς ἠχὴν ἐνιεῖσα τὴν διαπρύσιον. « Βαδιεῖται δὲ ὥσπερ ἐν σάλῳ ἀπειλῆς αὐτοῦ, » καὶ ὑπερασπιεῖται οὕτω τῶν ἑαυτοῦ δορυφόρων, ὡς οἷον ὑπὸ πυρὸς δαπανᾶσθαι τοὺς ἀνθισταμένους, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ σφενδόνης λίθοις αὐτοὺς καταχώσουσι καταπαίοντες γεννικῶς. Ἐκπίονται δὲ καὶ τὸ αἷμα αὐτῶν, τουτέστιν οἷά τινες θῆρες ἐπιθρώσκοντες περιέσονται ῥᾳδίως, καὶ νεκροὺς ἀποφανοῦσι. Προσκομιοῦσι δὲ τῷ τῶν πεπτωκότων αἵματι φιάλας πεπληρωμένας, καθάπερ τινὰ σπονδὴν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. Εὐωδία γὰρ τῷ Θεῷ, καὶ θυσία δεκτὴ τῶν οὐκ ἐώντων σώζεσθαι τοὺς πεπλανημένους ὁ θάνατος. Εἰ γὰρ τῶν σωμάτων τοὺς φονευτὰς οὐκ ἄξιον ἐλεεῖσθαι, ὑποφέρεσθαι δὲ μᾶλλον D ταῖς δίκαις, τὰ ἴσα παθόντας, τί ἄν τις λέγοι περὶ τῶν οἳ ψυχῶν ὀλετῆρες γεγόνασι καὶ φθορεῖς.

Εἶεν δ' ἂν οὗτοι πάλιν οἱ Ἑλλήνων λογάδες, καὶ τῆς ἐν κόσμῳ σοφίας ἡμμένοι τὴν δόξαν, οἱ ἄνω τε καὶ κάτω θεοὺς καὶ θεὰς ὀνομάζοντες, καὶ τῇ κτίσει παρὰ τὸν ποιητὴν ἀναπείθοντες προσκυνεῖν, καὶ ἑκάστῳ τῶν στοιχείων τὴν Θεῷ πρέπουσαν ἀνατιθέντες δόξαν, καίτοι πεπλανήκασι τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ οὐχὶ δὴ μόνον κατά γε τὸν χρόνον τῆς ἐν σώματι ζωῆς· ἀλλὰ καὶ εἰς χρόνους τοὺς ἐφεξῆς. Μύριοι γὰρ ὅσοι κατὰ καιροὺς διολώλασι τῆς ἐκείνων ψευδοεπείας ἡττώμενοι, καὶ ψυχροῖς καὶ γραώδεσι μυθαρίοις προσεσχηκότες. Ἀνῄρηνται δὴ οὖν οἱ τοιοίδε

[18] Matth. v, 16. [19] I Cor. xvi, 9. [20] Exod. iv, 10.

λοιπόν. Οἴχεται γὰρ τῆς ἐκείνων συγγραφῆς ἡ βεβήλωσις, ἀπρακτοῦσιν οἱ μῦθοι, καὶ οἷον ἐκπέποται τὸ αἷμα αὐτῶν. Τοῖς γὰρ τῆς ἀληθείας δόγμασι καθάπερ τισὶ λίθοις τοῖς ἐκ σφενδόνης καταπαιόμενοι καταχώννυνται, καὶ γέγονεν, ὡς ἔφην, εὐωδία Θεῷ τῆς ἐκείνων ἀθυροστομίας ἡ ἀπώλεια, « Καὶ σέσωκε Κύριος ὡς πρόβατα τὸν λαὸν αὐτοῦ. » Ἐπειδὴ γάρ ἐστι τῶν ὅλων αὐτὸς ποιητής, λαὸς αὐτοῦ λέγοιντο ἂν εἰκότως καὶ οἱ πάλαι πλανώμενοι, οὓς ὡς ἀγέλην ἀπεληλαμένην ὑπὸ λῃστῶν σέσωκεν ὁ Κύριος, τοὺς ψευδοποίμενας ἐκβαλὼν, καὶ ὑπὸ χεῖρα τιθεὶς ἰδίαν τὸ ἀνθρώπινον γένος. Ἔστι γὰρ αὐτὸς ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν προβάτων.

*Διότι λίθοι ἅγιοι κυλίονται ἐπὶ τῆς γῆς αὐτοῦ. Ὅτι εἴ τι ἀγαθὸν αὐτοῦ, καὶ εἴ τι καλὸν παρ' αὐτοῦ, σῖτος νεανίσκοις, καὶ οἶνος εὐωδιάζων εἰς παρθένους.*

ΞΔ'. Λίθους μὲν ἁγίους τοὺς ἐν τῇ γῇ τοῦ Θεοῦ κυλιομένους τοὺς ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις κατὰ καιροὺς ἁγίους, οἵπερ ἂν γένοιντο μυσταγωγοὶ καὶ διδάσκαλοι κατωνομάσθαι φαμέν. Σύμμορφοι γὰρ γεγόνασι « τῷ λίθῳ τῷ ἐκλεκτῷ, καὶ ἀκρογωνιαίῳ, καὶ ἐντίμῳ, τῷ τεθειμένῳ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς εἰς τὰ θεμέλια Σιών. » Εἰ δὲ λίθος ὁ θεμέλιος, οἱ συναρμολογούμενοί τε καὶ συμβιβαζόμενοι, καὶ εἰς ναὸν ἅγιον ἀνιστάμενοι τῷ Θεῷ, λίθοι καὶ αὐτοὶ πιθανῶς ὀνομάζονται. Κυλίεσθαί γε μὴν αὐτοὺς εὖ μάλα φησὶ, τὸ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἁγίων οἱονεί πως εὔστροφον, καὶ γοργὸν, διὰ τούτου σημαίνων. Οἱ γάρ τοι περιφερεῖς, ἤγουν σφαιροειδεῖς τῶν λίθων, ὄκνου παντός εἰσιν ἀμείνους, καὶ τῶν ἄλλων εἰς κίνησιν ἑτοιμότεροι, εἴ τις ἕλοιτο κινεῖν· εὐάγωγος δὲ λίαν εἰς τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν τῶν ἁγίων ὁ νοῦς. Οὕτως οὖν ἡμῖν ἐχόντων τῶν λίθων, πρέποι ἂν ἡμᾶς διακεῖσθαι καὶ ἀραρότως. Ὅτι εἴ τι ἀγαθὸν, αὐτοῦ, καὶ εἴ τι καλὸν, παρ' αὐτοῦ, δῆλον δὲ ὅτι τοῦ πάντα ἡμῖν τὰ πρὸς εὐσέβειαν διανέμοντος Θεοῦ. Ποῖα δὲ ταῦτα ἐστί; « Σῖτος νεανίσκοις, καὶ οἶνος εὐωδιάζων εἰς παρθένους. » Τοῖς μὲν γὰρ ἀνδριζομένοις, καὶ νεανικῷ φρονήματι πρὸς τὸ αὐτῷ δοκοῦν ἀπονενευκόσι, καὶ πληροῦν ἑλομένοις τὸ ἀγαθὸν, δοθήσεται παρ' αὐτοῦ καὶ ἔτι μείζων ἰσχὺς, ὡς ἐν σίτῳ νοουμένη· « Στηρίζει γὰρ ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου. » Τοῖς γε μὴν ἤδη διηγνισμένοις, καὶ ἀμόλυντον ἔχουσι τὸν νοῦν, οἳ καὶ σεμναῖς καὶ ἁγίαις παρθένοις παρεικάζοιντο ἂν εἰκότως, οἶνος δοθήσεται νοητὸς, ἡ περὶ Θεοῦ δηλονότι σαφής τε καὶ ἀκιβδήλευτος γνῶσις, « ἡ κατευφραίνουσα καρδίαν ἀνθρώπου. » Οὐκοῦν νεανίσκοι τε καὶ παρθένοι, οἱ κατά γε τοὺς ἀρτίως ἡμῖν ἀποδοθέντας λόγους, εἰς εὐρεῖάν τε καὶ ἀμφιλαφῆ μέθεξιν τῶν ἄνωθεν ἀγαθῶν κεκλήσονταί τε εἰκότως, καὶ ἀκούσονται Θεοῦ λέγοντος· « Φάγετε, καὶ πίετε, καὶ μεθύσθητε οἱ πλησίον. » Πλησίον γὰρ οἱ τοιοίδε Θεοῦ· καὶ οὐ σχέσεσι τοπικαῖς· ληρία γὰρ τοῦτο νοεῖν, ἢ φρονῆσαι· παραστήματι δὲ διανοίας τῷ λίαν ἀλκιμωτάτῳ, καὶ τῇ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀρίστων ἐφέσει, καὶ ἀγάπῃ τῇ εἰς αὐτόν. Ὥσπερ γὰρ ἐξίστησιν ἡμᾶς, καὶ οἷον

A nescit enim scriptorum illorum vanitas, fabulæ nihil agunt, et sanguis eorum quodammodo epotus est. Veritatis quippe dogmatis veluti quibusdam lapidibus e funda percussi obruuntur, et tanquam suavis odor Deum afflavit exstincta eorum loquacitas : « Et salvavit Dominus ut oves populum suum. » Quoniam enim ipse est conditor omnium, merito item populus ejus dicentur, qui olim erraverant; quos ut gregem a latronibus abactum Christus salvavit, falsis pastoribus ejectis, et genere humano in tutelam suam recepto. Ipse enim est pastor bonus, qui ponit animam suam pro ovibus suis[20*].

VERS. 16,17. *Quia lapides sancti volvuntur super terram ejus. Quia si quid bonum illius, et si quid* B *bonum ab eo, frumentum juvenibus, et vinum boni odoris ad virgines.*

LXIV. Lapides sanctos qui in terra ejus volvuntur, quibusque temporibus Ecclesiarum sanctos, qui mystagogorum magistrorumque officio fungi possint, nominatos esse, affirmamus. Conformes enim sunt « lapidi electo, et summo angulari, et pretioso, posito a Deo et Patre in fundamenta Sion[21]. » Quod si fundamentum lapis, coaptati, et coagmentati, et in templum sanctum Domino erecti, etiam ipsi non inepte lapides nominantur. Volvi autem illos appositissime dicit, ut ad quidvis sanctorum agilitatem celeritatemque declaret. Lapides enim orbiculares, seu rotundi, citra ullam difficultatem mobilissimi sunt, si quis eos impellere vo- C luerit : sic animus sanctorum ad omnia Deo grata obeunda est versatilis. Quoniam igitur lapides ita se habent, docet nos congruenter animatos esse. Quia si quid bonum ejus est, et si quid honestum, ab ipso est, nempe a Deo omnia nobis ad pietatem largiente. Quæ sunt autem ista ? « Frumentum juvenibus, **744** et vinum odoratum ad virgines. » Viros enim se præbentibus, et animose ejus beneplacitum curantibus, et virtuti servire cupientibus, dabitur ab eo majus adhuc robur, quod in frumento intelligitur : « Panis siquidem cor hominis confirmat[22]. » Purgatis vero, et animum gerentibus incontaminatum, qui et venerabilibus et sanctis virginibus comparari jure queant, vinum dabi- D tur, quod intelligentiæ patet, Dei nimirum plena et germana cognitio, « lætificans cor hominis[23]. » Quocirca adolescentes et virgines, juxta rationes modo a nobis explicatas, ad amplam et copiosam bonorum supernorum communionem merito vocabuntur, audientque Deum dicentem : « Comedite, et bibite, et inebriamini, propinqui[24]. » Hi enim sunt propinqui Dei : non affectione secundum locum : quod sine ineptia intelligi aut cogitari non potest; sed animi præsentia longe robustissima, et desiderio ad quidvis optimum, et charitate erga illum. Quomodo enim deturbat nos, et quasi longius abducit improbitas : sic virtus nos Deo sistit, id quod nos

[20*] Joan. x, 14, 15. [21] Isa. xxviii, 16. [22] Psal. ciii, 15. [23] Eccli. xl, 20. [24] Cant. 5, 1.

disjungit, et intercedit, peccatum, inquam, e medio removens.

## CAP. X.

VERS. 1. *Petite a Domino pluviam in horas, matutinam, et serotinam.*

LXV. Quemadmodum enim neque frumentum in agris citra laborem provenerit, neque vinea multum ac bonum vinum protulerit : ita et in nobis nulla exsistere poterit fertilitas spiritualis, nisi Deus instar pluviæ eloquiorum suorum revelationem in animos et corda nostra demiserit, notitiamque nobis Veteris ac Novi Testamenti, hoc est legalis et evangelici, quasi instillaverit : hæ namque matutina et serotina pluviæ fuerint. Non esse autem infructuosam cognitionem et commentationem spiritualem legis, quin eam erudire nos per figuras et umbras ad mysterium Christi, probat Salvator, Judæis ipse loquens : « Ne putetis me accusaturum vos apud Patrem : est qui accusat vos Moses, vester, in quem vos sperastis. Si enim crederetis Mosi, crederetis forsitan et mihi ; de me enim ille scripsit [25]. » Ait et alicubi de Scribis et Pharisæis, ut ex legali institutione ad **745** meliorem, hoc est, evangelicam vocatis : « Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera [26]. » Petentes igitur a Deo legalem et evangelicam scientiam, et nos dignos exhibentes qui obtineamus, utique accipiemus, et in animum thesauros congeremus, vetera et nova colligentes, et mentem ubertate maxima cumulantes.

VERS. 2. *Dominus fecit phantasias, et pluviam hibernam dabit eis, unicuique herbam in agro. Quoniam loquentes locuti sunt labores, et divini visiones falsas, et insomnia falsa loquebantur, vane consolabantur. Ideo exaruerunt ut non habentes pluviam, et afflicti sunt sicut oves, quia non erat sanatio.*

LXVI. Occulta quadam sententia hic locus prægnans est, quam prius a me perspicue declarandam existimo : sic enim consilium et scopum prophetæ in verbis recitatis studiosi percipient. Erat enim illi sermo de sanctis, quos et lapides sanctos nominabat [27], iisque frumentum imprimis convenire affirmabat, ut viriliter agentibus, sive juvenibus, atque etiam vinum beneolens, quod essent virgines, id est, casti et incontaminati. « Qui enim sunt Christi Jesu, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, et concupiscentiis, » ut divinus Paulus scribit [28]. Præcepit autem ipsis petere pluviam matutinam et serotinam ; deinde errantium mentione interjecta, velut causam adducit, cur nec frumentum, nec vinum habeant ipsi, nec pluviis, quæ intellectu perspiciuntur, irri-

A ἀποφέρει μακρὰν ἡ φαυλότης· οὕτω Θεῷ παρίστησιν ἡ ἀρετὴ, τὸ διιστῶν ἡμᾶς, καὶ μεσολαβοῦν ἐκ μέσου γενέσθαι παρασκευάζουσα, φημὶ δὴ τὴν ἁμαρτίαν.

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

*Αἰτεῖσθε παρὰ Κυρίου ὑετὸν καθ' ὥραν, πρώϊμον, καὶ ὄψιμον.*

ΞΕ'. Ὥσπερ γὰρ οὔτε σῖτος ἐν ἀγροῖς γένοιτ' ἂν πόνου δίχα, οὔτ' ἂν εὔβοτρύς τε καὶ εὔοινος ἀμπελών· οὕτω καὶ ἐν ἡμῖν οὐκ ἂν γένοιτό τις εὐκαρπία πνευματικὴ, μὴ οὐχὶ Θεοῦ καθιέντος ὑετοῦ δίκην εἰς νοῦν, καὶ καρδίαν τῶν ἑαυτοῦ λογίων τὴν ἀποκάλυψιν, καὶ γνῶσιν ἡμῖν οἱονείπερ ἐνστάζοντος τοῦ τε Ἀρχαίου καὶ Νέου Γράμματος, τουτέστι τοῦ νομικοῦ καὶ B τοῦ εὐαγγελικοῦ· ὑετοὶ γὰρ οἱ τοιοίδε πρώϊμός τε καὶ ὄψιμος εἶεν ἄν. Ὅτι δὲ οὐκ ἀσυντελὴς εἰς ὄνησιν ἡ τοῦ νόμου γνῶσις, καὶ θεωρία πνευματικὴ, παιδαγωγεῖ δὲ μᾶλλον ἡμᾶς διὰ τύπου, καὶ σκιᾶς ἐπὶ τὸ Χριστοῦ μυστήριον, πιστώσεται λέγων αὐτὸς ὁ Σωτὴρ τοῖς Ἰουδαίων δήμοις· « Μὴ δοκεῖτε ὅτι ἐγὼ κατηγορήσω ὑμῶν πρὸς τὸν Πατέρα· ὁ κατηγορῶν ὑμῶν Μωσῆς, εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε. Εἰ γὰρ ἐπιστεύετε Μωσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. » Ἔφη δέ που καὶ περὶ τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, ὡς ἐκ νομικῆς παιδεύσεως καλουμένων ἐπὶ τὴν εὐαγγελικήν· « Διὰ τοῦτο πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά. » Οὐκοῦν αἰτοῦντες παρὰ Θεοῦ τήν C τε νομικὴν καὶ εὐαγγελικὴν ἐπιστήμην ἀξίους τε τοῦ λαβεῖν ἑαυτοὺς παραστήσαντες, ληψόμεθα πάντως, καὶ τοὺς εἰς νοῦν ἔσω πληρώσομεν θησαυροὺς, παλαιά τε καὶ νέα συλλέγοντες, πλείστης τε ὅσης πνευματικῆς εὐκαρπίας ἀναμεστοῦντες τὸν νοῦν.

*Κύριος ἐποίησε φαντασίας, καὶ ὑετὸν χειμερινὸν δώσει αὐτοῖς, ἑκάστῳ βοτάνην ἐν ἀγρῷ. Διότι οἱ ἀποφθεγγόμενοι ἐλάλησαν κόπους, καὶ οἱ μάντεις ὁράσεις ψευδεῖς, καὶ τὰ ἐνύπνια ψευδῆ ἐλάλουν, μάταια παρεκάλουν. Διὰ τοῦτο ἐξηράνθησαν ὡς οὐκ ἔχοντες ὑετὸν, καὶ ἐκακώθησαν ὡς πρόβατα, διότι οὐκ ἦν ἴασις.*

ΞϚ'. Ὠδίνει τινὰ κεκρυμμένην ἔννοιαν τὸ προκείμενον, ἣν ἀναγκαῖον, οἶμαί που, προδιατρανοῦσθαι D σαφῶς, συνεῖεν γὰρ οὕτω τῶν τοῦ προφήτου ῥημάτων τὸν σκοπὸν οἱ φιλεπιστήμονες. Ἦν μὲν γὰρ ὁ λόγος αὐτῷ περὶ τῶν ἁγίων, οὓς καὶ λίθους ἁγίους ὠνόμαζε, σῖτόν τε αὐτοῖς ὅτι μάλιστα πρέπειν ἔφασκεν, ὡς ἀνδριζομένοις, ἤγουν νεανίσκοις, καὶ μὴν καὶ οἶνον εὐωδιάζοντα, διά τοι τὸ εἶναι παρθένους, τουτέστιν ἁγνούς τε καὶ ἀβεβήλους. « Οἱ γὰρ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι, καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις, » καθά φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος. Αἰτεῖν δὲ αὐτοῖς προστέταχε καὶ ὑετὸν πρώϊμον καὶ ὄψιμον· εἶτα μεταξὺ τῆς περὶ τῶν πλανωμένων παρεμβαλούσης μνήμης, τὴν αἰτίαν ὥσπερ ἀποδίδωσιν ἐν τούτοις, τοῦ μήτε σῖτον, μήτε μὴν

[25] Joan. v, 45, 46. [26] Matth. XIII, 52. [27] Zachar. IX, 10. [28] Galat. v, 24.

εἶνον ἔχειν αὐτὰς, ἀλλ οὐδὲ ὑετοῖς κατάρδεσθαι τοῖς νοητοῖς, ὡς ἐντεῦθεν αὐτοὺς μὴ ἔχειν ἐν ἀγρῷ βοτάνην. Καὶ ὁ μὲν λόγος ὡς ἐπὶ πραγμάτων ἐκπεποίηται τῶν αἰσθητῶν· ἥ γε μὴν ἐν αὐτοῖς θεωρία λεπτή τε ἄγαν ἐστὶ, καὶ πολὺ λίαν ἔχουσα τὸ εἰλικρινές. Θεοῦ γὰρ, φησὶ, ποιοῦντος φαντασίας, τουτέστιν ἀστραπὰς, καὶ ὑετὸν τῇ γῇ τὸν χειμερινὸν χέοντος, ὅς ἐστι χρήσιμος, καὶ μὴν καὶ ἑκάστῳ, τῶν ἐν ἀγροῖς δηλονότι, διδόντος βοτάνην, πεπλανήκασιν ἐκείνους οἱ ἀποφθεγγόμενοι, τουτέστιν, οἱ ψευδοεπεῖς τε καὶ ψευδηγόροι, καὶ μαντείας λέγοντες τὰς ἀπό γε τῆς σφῶν καρδίας. Οὗτοι λελαλήκασι κόπους, τουτέστιν οὐ τὰ εἰς ἀνάπαυσιν τοῖς πιστεύουσιν αὐτοῖς, ἀλλὰ δι' ὧν ἀνάγκη καμεῖν, Θεῷ προσκρούοντας, καὶ παροραμένους. Οἱ δέ γε μάντεις καὶ τὰ ἐνύπνια ψευδῆ ἐλάλουν, εὐηχοῦντες αὐτοῖς δηλονότι τὰ καταθύμια, καὶ χρησταῖς μὲν ἐλπίσι κατασπαίνοντες, φάσκοντες δὲ ἀληθὲς οὐδέν· ἀλλ' εἰς ἀπάτην καὶ πλάνησιν ἀποφέροντες, ἥκιστα μὲν καταδεικνύοντές σφισι τὸν τῶν πνευματικῶν δοτῆρα καὶ χορηγόν· ἀναπείθοντες δὲ μᾶλλον αἰτεῖν τὴν εὐημερίαν παρὰ τῶν ψευδωνύμων θεῶν. « Ταύτῃ τοι, φησὶν, ἐξηράνθησαν, ὡς οὐκ ἔχοντες ὑετὸν, καὶ ἐκακώθησαν ὡς πρόβατα. » Οὐ γὰρ ἦν βοτάνη, « οὐκ ἦν ἴασις. » Οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς ὁ καταδεσμῶν τὸ συντετριμμένον, ὁ ἀνιστῶν τὸ κατεῤῥαγμένον, ὁ ἀνακτώμενος τὸ κεκακωμένον. Προσεκτέον δὴ οὖν, οὐχὶ τοῖς ἀποφθεγμένοις τὰ μάταια, ψευδοεπέσι τε καὶ βωμολόχοις, καὶ ἐνυπνιασταῖς· Θεῷ δὲ μᾶλλον τῷ εἰς νοῦν ἡμῖν ἐναστράπτοντι τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας τὸ φῶς, καὶ νοητοὺς ὑετοὺς καταχέοντι, τὰς διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος παρακλήσεις, λέγω, καὶ βοτάνην ἀναφύοντι τοῖς ἐν ἀγρῷ, τουτέστι πάλιν, εὐανθεστάτην ὥσπερ ἡμᾶς κατανέμοντι πόαν, τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς τὴν ἀμώμητον γνῶσιν. « Ἄνθρωπος μὲν γὰρ ἐν τιμῇ ὤν, οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. » Ἀλλ' εἰ ἕλοι πως εἰς νοῦν τῶν θείων λογίων τὴν γνῶσιν, καὶ τροφῆς μετάσχοι τῆς πνευματικῆς, τότε δὴ, τότε τὴν νωθείαν ἀποβαλὼν, ἐν τιμῇ πάλιν ἔσται, λογισμῷ τῷ σώφρονι διοικούμενος, καὶ τὴν ἀνθρώπῳ πρέπουσαν ἀναλαβὼν (1) φρένα.

*Ἐπὶ τοὺς ποιμένας παρωξύνθη ὁ θυμός μου, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀμνοὺς ἐπισκέψομαι.*

ΞΖ'. *Ποιμένας* ἐν τούτοις, καθάπερ ἐγῷμαι, τοὺς ψευδοπροφήτας καὶ ψευδομάντεις ἀποκαλεῖ, καὶ τοὺς τῆς ἀπάτης καθηγητὰς, ὄλεθρόν τε καὶ πάγην γεγονότας τοῖς, οἳ τῆς ἀληθοῦς περὶ Θεοῦ δόξης ἡμαρτηκότες, τὴν αὐτῷ πρέπουσαν τιμὴν, καὶ λατρείαν ἀνατεθείκασι τῇ κτίσει, καὶ προσεκύνησαν τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν, καθὰ γέγραπται.

Οὐκ ἀπίθανον δὲ τοῖς ψευδομάντεσι καὶ τοὺς τῶν Ἑλλήνων συνάψαι λογάδας, οἳ δὴ σοφοὶ δοκοῦντες ἄγαν, ταῖς ἑαυτῶν εὐγλωττίαις τοὺς αὐτοῖς προσκειμένους πεπλανήκασι, καὶ ὥσπερ τινὲς ποιμένες οὐκ ἀγαθοὶ κατεβόσκησαν ἐν ἀκάνθαις, καὶ εἰς πολλὴν ἀχρειότητα σαθρῶν ἐννοιῶν. Τί γὰρ παρ' ἐκείνοις

gentur, ut inde in agris herbam non habeant. Et verba quidem tanquam de rebus sensum tangentibus fiunt, sed quam continent theoriam, subtilis est admodum, et purissima. Inquit enim, Deo faciente phantasias, hoc est fulgura, et pluviam hibernam terris utilem effundente, et cuique, agrestium videlicet, herbam suppeditante, seduxerunt eos, qui loquuntur, hoc est falsiloqui, et mendaces, et vaticinia de corde suo proferentes. Hi locuti sunt labores, hoc est non ad requiem credentium illis; sed per quæ cogerentur versari in miseria, ut Deum offendentes, et ab eo despecti. **746** Porro arioli etiam somnia falsa loquebantur, mulcentes eorum aures videlicet rebus jucundis, et bona spe pascentes, nihil tamen verum dicentes: sed in fraudem et errorem abripientes, minimeque spiritualium datorem et suppeditatorem illis ostendentes; quin persuadentes, uti felicitatem potius a diis commentitiis exposcerent. « Ideo, inquit, exaruerunt, ut non habentes pluviam, et afflicti sunt, ut oves. » Non enim erat herba, « non erat sanatio. » Neque enim erat inter eos qui alligaret quod contritum, qui erigeret quod confractum, qui recrearet quod afflictum erat [29]. Attendendum igitur, non loquentibus vana, mendacibusque et assentatoribus et somniatoribus, sed Deo potius, lumine veræ cognitionis divinæ in animum coruscanti, et pluvias intellectiles, Spiritus sancti consolationes, inquam, demittenti et herbam agrestibus producenti, quod est, velut in viridissima herba, in cognitione nulli reprehensioni obnoxia, ac divinitus inspiratæ Scripturæ nos pascenti. « Homo enim cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis [30]. » Sed si notitiam divinorum eloquiorum in pectus admiserit, et de alimento spirituali participaverit, tum demum spurius esse desinens, prudenti ratione gubernatus, et cogitationibus homine dignis susceptis, rursum in honore erit.

VERS. 3. *Super pastores concitatus est furor meus, et super agnos visitabo.*

LXVII. *Pastores* hoc loco, ut arbitror, pseudoprophetas et falsos vates, et magistros erroris appellat, pestemque et laqueum iis, qui vera de Deo opinione relicta, honorem et cultum ipsi proprium creaturæ dedicarunt, et opera manuum suarum adoraverunt, sicut scriptum est [31].

Nec alienum est falsis vatibus etiam Græcos quosdam quasi majorum gentium adjungere, qui cum sapientissimi numerarentur, eloquentia sua ipsis adhærentes seduxerunt, et ut pastores non boni in spinis, et in multa vanitate cogitationum inutilium paverunt. Quid enim apud illos ad cogni-

[29] Ezech. XXXIV, 4. [30] Psal. XLVIII, 13. [31] Psal. CXIII, 4 seqq.

(1) Aubertus, ἀναβαλών. EDIT.

tionem veritatis conducit? Hi dignissimi sunt qui a Deo puniantur. Non enim tantummodo suas animas perdiderunt, sed insuper aliorum in errorem induxerunt, ut dixi, verborum ampullis mendacium quasi inaurantes, **747** et oratione ad deceptionem abutentes. Visitat autem agnos, miseratus videlicet, et ex fallacia ad agnitionem veritatis transferens, et ex vagis erroribus in viam rectam impellens. Sicut enim res poscebat, ut injuriosis in eos pro magnitudine injuriarum supplicia irrogarentur; ita rursum cum divina mansuetudine, et justo judicio, conjunctissimum erit, benignam in eos qui talia passi sunt ferre sententiam. Oportebat enim, oportebat, inquam, salvari inique tractatos, Deo se ab eis antea læsum obliviscente, et pastorum fraudibus magis, ac præter voluntatem subactos pœna liberante.

Vers. 4, 5. *Et visitabit Dominus Deus omnipotens gregem suum domum Juda, et ponet eos ut equum decorum suum in prælio, et ex ipso respexit, et ex ipso posuit arcum in spiritu furoris. Et ex ipso egredietur omnis abactor in idipsum, et erunt quasi bellatores conculcantes lutum in viis in bello, et bellabunt, quia Dominus cum eis.*

LXVIII. Quonam modo pastores male multaturus sit, visitaturusque et recuperaturus agnos, clare ostendit. Productis enim ex Judæis mundi doctoribus sanctis apostolis et evangelistis, per eos Græciæ sapientes debellavit, et ab eorum garrulitate agnos eripuit, fallaciæque laqueis extricatos, in veram, et nulli culpæ affinem Dei cognitionem transtulit. Ait ergo: « Visitabit gregem suum domum Juda. » Faciet autem eum velut equum decorum, et bellicosissimum, quo quasi spiritualiter vectus, Græcorum linguam, ut dixi, oppugnabit eorumque sapientiæ deformitatem, et omnis fructus vacuitatem patefaciet. Quin enim per Græcorum dispersiones divini discipuli tanquam equi quidam fuerint, adversus eorum loquacitatem, et Deo exosam fallaciam tantum non hinnientes, quis dubitet? cum Christus de beato Paulo dicat ad Ananiam, « Vade, quoniam vas electionis mihi est iste, ut portet nomen meum coram gentibus, et regibus, et filiis Israel [32]. » Et Habacuc quasi Dominum nostrum Jesum Christum alloquens: « Quoniam ascendet super equos tuos, et equitatio tua salus » Inquit igitur: « Ponet ipsum, ut equum decorum in bello, et ex ipso respexit [33]. » Proinde ac si dicat: **748** Consideravit non quidem ut Deus ad ministerium prædicationis evangelicæ idoneos, elegit autem de tribu Juda, et ex ipsis prædicatores constituit. Voluit enim eos suæ voluntatis ministros, et adjutores, et gratiæ ab ipso donandæ velut mediatores et dispensatores fieri. Præterea *ex ipso*, inquit, hoc est Juda in furore intentus est arcus

A τὸ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ὠφελοῦν; Κατὰ τούτων ἂν γένοιτο, καὶ τὰ ἐκ θείας ὀργῆς, καὶ μάλα αἰσίως. Ὠλόθρευσαν γὰρ οὐχὶ δὴ μόνον τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, ἀλλὰ πρὸς ταύταις καὶ τὰς ἑτέρων πεπλανήκασιν, ὡς ἔφην, τῷ τῆς λέξεως κόμπῳ μονονουχὶ καταχρυσοῦντες τὸ ψεῦδος καὶ τὴν τοῦ λόγου χρείαν δαπανῶντες εἰς φεναχισμούς. Ἐπισκέπτεταί γε μὴν τοὺς ἀμνοὺς, οἰκτείρων δηλονότι, καὶ μετατιθεὶς ἐξ ἀπάτης εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν, καὶ ἐκ τοῦ περιπλανᾶσθαι μετασοβῶν εἰς εὐθεῖαν ὁδόν. Ὥσπερ γὰρ ἦν ἀκόλουθον, τοῖς ἠδικηκόσιν αὐτοὺς τὴν τοῖς ἀδικήμασι πρέπουσαν ἐπαρτῆσαι δίκην· οὕτω δὴ πάλιν θεοπρεποῦς ἡμερότητος, καὶ ψήφου δικαίας ἀμοιρήσειεν ἂν οὐδαμῶς, τὸ ἐπὶ τοῖς πεπονθόσι φιλάνθρωπον κρῖμα. Ἔδει γὰρ, ἔδει σώζεσθαι τοὺς ἠδικημένους, B ἀμνησικακοῦντος Θεοῦ, καὶ ποινῆς ἀπαλλάττοντος τοὺς ταῖς ἐκείνων πλεονεξίαις τάχα που καὶ ἀβουλήτως ὑπενηνεγμένους.

*Καὶ ἐπισκέψεται Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ τὸν οἶκον Ἰούδα, καὶ τάξει αὐτοὺς ὡς ἵππον εὐπρεπῆ αὐτοῦ ἐν πολέμῳ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐπέβλεψε, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἔταξε τὸ τόξον ἐν πνεύματι θυμοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐξελεύσεται πᾶς ὁ ἐξελαύνων ἐν τῷ αὐτῷ. Καὶ ἔσονται ὡς μαχηταὶ πατοῦντες πηλὸν ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐν πολέμῳ, καὶ παρατάξονται, διότι Κύριος μετ' αὐτῶν.*

ΞΗ'. Τίνα δὴ τρόπον ἐποίσει μὲν τοῖς ποιμέσι τὰ ἐξ ὀργῆς, ἐπισκέψεται δὲ καὶ ἀνασώσει τοὺς ἀμνοὺς, C καθίστησιν ἐναργές. Ἀναδείξας γὰρ ἐξ Ἰουδαίων τοὺς τῆς οἰκουμένης μυσταγωγοὺς, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους καὶ εὐαγγελιστὰς, κατηγωνίσατο μὲν δι' αὐτῶν τοὺς Ἑλλήνων σοφοὺς, ἐξείλετο δὲ τοὺς ἀμνοὺς, τῆς ἐκείνων ἀθυροστομίας, καὶ τῶν τῆς ἀπάτης βρόχων ἀπαλλάξας, μετέστησαν εἰς θεογνωσίαν τὴν ἀληθῆ καὶ ἀμώμητον. « Ἐπισκέψεται τοίνυν, φησὶ, τὸ ποίμνιον αὐτοῦ τὸν οἶκον Ἰούδα. » Ποιήσεται δὲ αὐτὸν οἷον ἵππον εὐπρεπῆ καὶ πολεμικώτατον, ἐφ' ᾧ νοητῶς μονονουχὶ καὶ ἐποχούμενος, τῆς Ἑλλήνων, ὡς ἔφην, καταστρατεύσεται γλώττης, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς σοφίας καταγράψει τὸ ἀκαλλὲς, καὶ ἀνόνητον. Ὅτι γὰρ ἐν ταῖς Ἑλλήνων διασποραῖς οἱ θεσπέσιοι γεγόνασι μαθηταὶ οἷά τινες ἵπποι, μονονουχὶ καταχρεμετίζοντες τῆς παρ' αὐτοῖς ἀθυροστομίας, καὶ D θεοστυγοῦς ἀπάτης, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; Χριστοῦ λέγοντος περὶ τοῦ μακαρίου Παύλου πρὸς Ἀνανίαν· « Πορεύου, ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν τε καὶ βασιλέων καὶ υἱῶν Ἰσραήλ. » Ἔφη δέ που καὶ ὁ Ἀμβακοὺμ ὡς πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· « Ὅτι ἐπιβήσῃ ἐπὶ τοὺς ἵππους σου, καὶ ἡ ἱππασία σου, σωτηρία. » Οὐκοῦν « τάξει αὐτὸν, φησὶν, ὡς ἵππον εὐπρεπῆ ἐν πολέμῳ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐπέβλεψεν. » Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι· Κατεσκέψατο μὲν ὡς Θεὸς τοὺς ἐπιτηδείους εἰς διακονίαν τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων, ἀπολέκτους γε μὴν ἐποιήσατο τοὺς ἐξ Ἰούδα, καὶ ἐξ αὐτῶν ἔταξεν. Εἵλετο γὰρ αὐτοὺς τῶν ἰδίων

[32] Act. IX, 15. [33] Habac. III, 8.

θελημάτων ὑπηρέτας γενέσθαι, καὶ ὑπουργούς, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ χάριτος οἱονεὶ μεσίτας, καὶ διακόνους. Ἔτι δέ φησιν, *ἐξ αὐτοῦ*, τουτέστι τοῦ Ἰούδα τὸ ἐν θυμῷ τεινόμενον τόξον κατὰ τῶν ὑπεναντίων. Ἐξ αὐτοῦ δὲ πάλιν « ἐξελεύσεται καὶ ἐξελαύνων ἐν τῷ αὐτῷ. » Ἐξελαύνοντα δὲ, ὥς γε οἶμαι, φησὶ τὸν ληλατοῦντά τε καὶ αἰχμαλωτίζοντα.

Δεδράκασι δὲ τοῦτο οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, τοὺς ἐξ Ἑλλήνων ἁρπάζοντες, καὶ τῷ μεγάλῳ προσκομίζοντες βασιλεῖ, φημὶ δὴ Χριστῷ, ἵνα ὑπ' αὐτῷ τε εἶεν, καὶ τὰ αὐτοῦ φρονεῖν ἕλοιντο, τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας ὀψὲ, καὶ μόλις ἀποσεισάμενοι τὸν ζυγόν. Κατηνδρίσαντο δὲ οὕτω τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, ὡς ἤδη πως δοκεῖν πηλὸν ταῖς τριόδοις διεῤῥιμμένον συμπατεῖν. Καὶ γὰρ ἦν Κύριος μετ' αὐτῶν, « Ὁ ποιῶν μεγάλα, καὶ ἀνεξιχνίαστα, ἔνδοξά τε καὶ ἐξαίσια, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. » Ἐπεφώνει δέ που καὶ ὁ Χριστὸς, τοῖς πιστεύσασιν εἰς αὐτόν· « Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. » Ἰστέον δὲ ὅτι πνευματικὴν μὲν ἡμεῖς ἐξυφαίνοντες θεωρίαν, τὰ τοιαῦτά φαμεν.

Ἰουδαίοις γε μὴν οὐχ ὧδε ἔχειν τὸ χρῆμα δοκεῖ, δέχονται δὲ μᾶλλον ἱστορικῶς, καί φασιν, ὅτι μετὰ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας καιρὸν πεπολέμηκεν αὐτοῖς, ὁ ἐπίκλην Ἐπιφανὴς Ἀντίοχος πλείστην τε ὅσην συναγαγὼν ἐκ τῆς Ἑλλήνων χώρας τῶν μαχομένων τὴν ἄθροισιν, καὶ μὴν καὶ ταῖς παρ' ἑτέρων ἐπικουρίαις ὠφρυωμένος. Ἀλλ' ὥς αὐτοί φασι, νενίκηκεν ὁ Ἰσραὴλ, καὶ τῆς ἐκείνου σκαιότητος τὴν ἀμείνω δόξαν ἀπηνέγκατο. Τότε γὰρ συμβέβηκε καὶ τοὺς ἐκ Μακκαβαίων μεμαρτυρηκότας τὸν τῆς εὐδοκιμήσεως ἀναδήσασθαι στέφανον. Παρακομίζουσι δὲ τῶν αὐτοῖς δοκούντων εἰς ἀπόδειξιν τά τε ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένα, καὶ τὰ ὀλίγῳ κατόπιν, ἔχουσι δὲ οὕτως· « Διότι ἐνέτεινά σε ἐμαυτῷ, Ἰούδα, ὡς τόξον, ἔπλησα τὸν Ἐφραῒμ, καὶ ἐπεγερῶ τὰ τέκνα σου, Σιὼν, ἐπὶ τὰ τέκνα τῶν Ἑλλήνων, καὶ ψηλαφήσω σε ὡς ῥομφαίαν μαχητοῦ, καὶ ἔσται Κύριος ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐξελεύσεται ὡς ἀστραπὴ βολὶς αὐτοῦ. Καὶ Κύριος παντοκράτωρ ἐν σάλπιγγι σαλπιεῖ, καὶ πορεύσεται ἐν σάλῳ ἀπειλῆς αὐτοῦ. Κύριος παντοκράτωρ ὑπερασπιεῖ αὐτῶν. »

***Καὶ καταισχυνθήσονται ἀναβάται ἵππων, καὶ κατισχύσω τὸν οἶκον Ἰούδα, καὶ τὸν οἶκον Ἰωσὴφ σώσω, καὶ κατοικιῶ αὐτοὺς, ὅτι ἠγάπηκα αὐτούς.***

**ΞΘ'.** Φασὶ δὴ πάλιν οἱ τοῖς Ἰουδαϊκοῖς συναγορεύοντες διηγήμασιν, ὅτι συγκεκροτημένης τῆς πρὸς Ἕλληνας μάχης, οἱ μὲν ἐκείνων ἱππεῖς διολώλασι, κεκρατήκασί γε μὴν οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ὡς κατοικῆσαι τὴν χώραν αὐτοὺς, δῆλον δὲ ὅτι τὴν Ἰουδαίαν, παντὸς ἐλευθέρους δείματος, καὶ οὐδενὸς τὸ παράπαν ἀποικισθέντος, ἤγουν αἰχμαλώτου γεγενημένου. Ἡμεῖς δὲ τοῖς πρώτοις συμβαίνουσάν τε καὶ ἀδελφὴν ποιεῖσθαι σπουδάζοντες τὴν τῶν νοημάτων ἀπόδοσιν, ἀναβάτας ἵππων τοὺς κατῃσχυμμένους οὐχ ἑτέρους εἶναί φαμεν, ἢ τοὺς τῶν Ἑλληνικῶν δογμάτων προεστηκότας, καὶ ἀπάτης τῆς θεομισοῦς ὑπεραθλεῖν εἰωθότας, ὧν κατεῤῥαγμένων κεκράτηκεν ὁ

contra adversarios. Ex ipso insuper « egredietur et abactor in idipsum. » Abactorem, puto, appellat prædatorem et captivos ducentem.

Fecerunt hoc sancti discipuli, de Græcis rapientes, quos magno regi, Christo, inquam, obtulerunt, ut sub ipso essent, et quæ ejus sunt sapere vellent, diabolicæ servitutis jugo sero, et vix tandem excusso. Adeo autem contra Græcorum sapientes strenue divini discipuli se gesserunt, ut jam quodammodo lutum in triviis jacens conculcare viderentur. Etenim Dominus erat cum ipsis, « Qui facit magna, et inscrutabilia, gloriosa, et ingentia, quorum non est numerus [34]. » Compellat et Christus alicubi credentes in se: « Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones, et supra omnem virtutem inimici [35]. » Sciendum porro, nos, spiritualem interpretationem contexentes hæc dicere.

At Judæis diversum placet, qui hæc historice potius accipiunt, affirmantque, post tempus captivitatis hostiliter eos invasisse Antiochum cognomento Epiphanem cum copiis e Græcia infinitis, et ab aliis gentibus auxiliaria contracta manu, unde supercilium tollebat. Sed ut ipsi confitentur, vicit Israel, et de illius immanitate gloriam sibi comparavit. Tunc enim contigit Machabæos martyrio virtutem confessos, celebritatis corona redimiri [36]. Ad probationem sententiæ suæ modo et paulo supra a nobis dicta producunt, quæ hunc in modum habent: « Quoniam tetendi mihi te, Juda, ut arcum implevi Ephraim, et excitabo filios tuos Sion super filios Græcorum, et contrectabo te ut gladium bellatoris. Et erit Dominus super eos, et egredietur ut fulgur jaculum ejus. Et Dominus omnipotens tuba canet, et ibit in commotione minarum ejus. Dominus omnipotens proteget eos [37]. »

VERS. 6. *Et confundentur ascensores equorum,*
749 *et confortabo domum Juda, et domum Joseph salvabo, et habitare faciam eos, quia delexi eos.*

LXIX. Asseverant rursum Judaicis narrationibus patrocinantes, pugna cum Græcis inita, illorum equites periisse, vicisse Israelitas, ut regionem suam, Judæam nempe, habitarent omni terrore vacui, nemine omnino abducto, seu captivo facto. At nos prioribus convenientem, et germanam explicationem sensuum afferre studentes, ascensores equorum confusos non alios esse contendimus quam Græcorum dogmatum præsides, et seductionis Deo exosæ propugnatores, quibus prostratis vicit Judas, et salvata est quoque domus Joseph. Significatur autem per hæc Israeliticus sanguis, et genus, sive justificatorum in Christo multitudo, in animo et

[34] Job v, 9. [35] Luc. x, 19. [36] II Mach. vi, 7. [37] Zachar. ix, 13, 14.

corde Judæam circumferentium, et circumcisionem sortitorum in spiritu, et mentem gerentium, quæ videt Deum [38], hoc enim Latine sonat Israel. Quia vero dilecti sunt a Deo, ideo et in habitatione collocati, hoc est firmam in omnibus felicitatibus permansionem adepti sunt. Scriptum est enim : « Dominus habitare facit unanimes in domo [39]. » Ait et alicubi divinus Isaias de eo qui vitam agit virtute singularem : « Ambulans in justitia qui odit iniquitatem et injustitiam, et manus abstinens a muneribus. Obturans aures, ut non audiat judicium sanguinis, et claudens oculos, ut non videat iniquitatem hic habitabit in excelsa spelunca petræ fortis [40] : » Probabiliter etiam dicemus, domum datam a Deo sanctis Ecclesiam, sive supernas mansiones ; quam rem omni admiratione dignam censet et beatus David, sic universorum Salvatorem alloquens : « Beati qui habitant in domo tua, in sæcula sæculorum laudabunt te [41]. »

Ἰούδας, σέσωσται δὲ καὶ ὁ οἶκος Ἰωσήφ. Καταστημαίνεται δὲ διὰ τούτων τὸ ἐξ Ἰσραὴλ αἷμά τε καὶ γένος, ἤγουν ἡ τῶν ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένων πληθύς, τὸν εἰς νοῦν καὶ καρδίαν περιφέροντες Ἰουδαῖον, καὶ περιτομὴν λαχόντες τὴν ἐν πνεύματι, καὶ νοῦν ἔχοντες ὁρῶντα Θεόν· ἑρμηνεύεται γὰρ οὕτως ὁ Ἰσραήλ. Ἐπειδὴ δὲ ἠγάπηνται παρὰ Θεοῦ, ταύτῃ τοι καὶ κατῳκίσθησαν, τουτέστιν ἐρηρεισμένην ἐσχήκασι τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀρίστοις διαμονήν. Γέγραπται γάρ, ὅτι « Κύριος κατοικίζει μονοτρόπους ἐν οἴκῳ. Ἔφη δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Ἡσαΐας περὶ τοῦ ἐξαίρετον ἀσκοῦντος βίον· « Πορευόμενος ἐν δικαιοσύνῃ, μισῶν ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν, καὶ τὰς χεῖρας ἀπεχόμενος ἀπὸ δώρων. Βαρύνων τὰ ὦτα, ἵνα μὴ ἀκούσῃ κρίσιν αἵματος, καὶ μύων τοὺς ὀφθαλμούς, ἵνα μὴ ἴδῃ ἀδικίαν, οὗτος οἰκήσει ἐν ὑψηλῷ σπηλαίῳ πέτρας ὀχυρᾶς. » Οὐκ ἀπίθανον δὲ καὶ οἶκον δεδόσθαι λέγειν παρὰ Θεοῦ τοῖς ἁγίοις τὴν Ἐκκλησίαν, ἤγουν τὰς ἄνω μονάς· καὶ δὴ καὶ παντὸς ἄξιοί τὸ χρῆμα θαύματος ὁ μακάριος Δαβίδ, οὕτω λέγων πρὸς τὸν ὅλων Σωτῆρα καὶ Θεόν· « Μακάριοι οἱ κατοικοῦντες ἐν τῷ οἴκῳ σου, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων αἰνέσουσί σε. »

VERS. 7. *Et erunt quemadmodum quando non abjeceram eos, quia ego Dominus Deus eorum, et exaudiam eos, et erunt quasi pugnatores Ephraim.*

*Καὶ ἔσται ὃν τρόπον οὐκ ἀπεστρεψάμην αὐτούς, διότι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς αὐτῶν, καὶ ἐπακούσομαι αὐτῶν, καὶ ἔσονται ὡς μαχηταὶ τοῦ Ἐφραΐμ.*

LXX. Confusis Græciæ sapientibus, qui et equites appellati sunt, confortaturum sese promittit, et habitatione donaturum misericordia gavisos, addens, « Quia dilexi eos. » Et quid emolumenti ex eo percepturi sint, quod a Deo dilecti sint, sequentibus explanat : **750** « Sicut, inquit, cum non abjeceram eos. » Non enim eos penitus neglexi, sed visitavi, etiam periculis conflictantes, « Quia ego Dominus Deus ipsorum, » hoc est eorum supplices preces exaudiam, « et erunt ut pugnatores Ephraim. » Ac si rursum dicat, aliquando per animi et mentis imbecillitatem velut dissoluti et jacentes eo jam fortitudinis spiritualis progrediuntur, ut de cætero Ephraimitis, quorum nomen in laude est, æquales videantur, hoc est de genere Judæorum apostolis, et evangelistis. Hi enim bellatores fuerunt, intelligentiæ non sensui patentes, oppugnantes inimicos, ferientes adversarios, et vincentes « principatus, potestates, et dominationes, et spiritualia nequitiæ [42], » et sacræ prædicationis adversarios citra pugnam superantes. Fuerunt item ex gentium populis vocati per fidem ad agnitionem Christi viri sancti, et spiritu Dei pleni, et tanquam bellatores Ephraim. Bellatores enim fuerunt : pro viribus namque apostolorum vivendi genus, illorumque virtutem iisdem vestigiis incedendo æmulantes, ipsi quoque intrepide contra veritatis inimicos, contraque vitia et peccata decertarunt.

Ο'. Κατῃσχυμμένων τῶν παρ' Ἕλλησι καὶ σοφῶν, οἳ καὶ ἱππεῖς ὠνομάσθησαν, κατισχύσειν ἐπαγγέλλεται, καὶ κατοικίσειν τοὺς ἠλεημένους, ἐπιφέρων, « Ὅτι ἠγάπηκα αὐτούς. » Καὶ τί κερδανοῦσιν ἐκ τοῦ ἠγαπῆσθαι παρὰ Θεοῦ, διερμηνεύεται πάλιν, « Ὥσπερ, φησίν, ὅτε οὐκ ἀπεστρεψάμην αὐτούς. » Οὐ γὰρ περιεῖδον εἰς ἅπαν, ἐπεσκεψάμην δὲ κεκινδυνευκότας, διότι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς αὐτῶν, τουτέστι ποιήσομαι δεκτὰς τὰς παρ' αὐτῶν λιτάς, καὶ ἔσονται ὡς μαχηταὶ τοῦ Ἐφραΐμ. » Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι πάλιν· οἵ ποτε διὰ νοῦ καὶ φρενὸς ἀσθένειαν οἱονεὶ παρειμένοι τε καὶ κείμενοι, ἰσχύος εἰς τοῦτο ἤδη τῆς πνευματικῆς ἐνεχθήσονται ὡς ἤδη πως ἐν ἴσῳ τετάχθαι δοκεῖν τοῖς ἐξ Ἐφραΐμ ηὐδοκιμηκόσι, τουτέστι τοῖς ἐξ Ἰουδαίων ἀποστόλοις τε καὶ εὐαγγελισταῖς. Μαχηταὶ γὰρ οἱ τοιοίδε γεγόνασι νοητοί, καταθλοῦντες ἐχθρῶν, βάλλοντες τοὺς ὑπεναντίους, καὶ νικῶντες μὲν « ἀρχάς, δυνάμεις τε καὶ κυριότητας, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, » κρατοῦντες δὲ ἀμαχεὶ τῶν ἀνθεστηκότων τοῖς ὁσίοις κηρύγμασι. Γεγόνασι δὲ καὶ ἐκ τῆς τῶν ἐθνῶν πληθύος κεκλημένοι διὰ πίστεως εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ Χριστοῦ, ἄνδρες ἅγιοι καὶ πνευματοφόροι, καὶ ὡς μαχηταὶ τοῦ Ἐφραΐμ. Μαχηταὶ γὰρ γεγόνασι· κατὰ γὰρ τὸ ἐγχωροῦν τὴν τῶν ἀποστόλων πολιτείαν, καὶ τὴν ἐκείνων ἐχνηλατοῦντες ἀρετὴν κατηνδρίσαντο καὶ αὐτοί, κατὰ τῶν τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν, καὶ παθῶν, καὶ ἁμαρτίας.

*Et lætabitur cor eorum quasi in vino, et filii eorum videbunt, et lætabuntur, et gaudebit cor eorum in Domino.*

*Καὶ χαρήσεται ἡ καρδία αὐτῶν ὡς ἐν οἴνῳ, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν ὄψονται, καὶ εὐφρανθήσονται, καὶ χαριεῖται ἡ καρδία αὐτῶν ἐπὶ τῷ Κυρίῳ.*

[38] Rom. II, 25 seqq. [39] Psal. CXII, 9. [40] Isa. XXXIII, 15, 16. [41] Psal. LXXXIII, 5. [42] Ephes. VI, 12.

ΟΑ'. Τῶν οἶνον ἐκπεπωκότων ἐκμελὴς ἀεί πως ἐστιν ὁ νοῦς, καὶ φροντίδος καταφρονητής. Προσίεται γὰρ οὐχὶ τὸ καταλυπεῖν εἰωθὸς, ἀνεῖται δὲ ὥσπερ, καὶ μερίμνης ἁπάσης κατευμεγεθεῖ. Εἰ τοίνυν γένοιντο, φησὶν, ὡς μαχηταὶ τοῦ Ἐφραΐμ, τότε δὴ, τότε καὶ τὴν ἐπί γέ σφισιν αὐτοῖς εἰσδέξονται θυμηδίαν, ὡς δὲ λαμπροὶ καὶ εὐδόκιμοι τῇ τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν ἐλπίδι κατευφρανθήσονται, καὶ τῆς ἐξαιρέτου πολιτείας ἕξουσι μιμητὰς, τοὺς ἐξ αὐτῶν γεγονότας υἱοὺς, πνευματικοὺς δηλονότι. Τοιοῦτος ἦν καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος, τοῖς δι' αὐτοῦ κεκλημένοις ἐπιστέλλων τε καὶ λέγων· « Κἂν μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας. Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα. » Οὐκοῦν τὰ ἐξ αὐτῶν ἐσόμενα τέκνα « ὄψονται καὶ εὐφρανθήσονται. » Γεγονότα γὰρ ἐν θεωρίαις ταῖς ἐπὶ Χριστῷ, καὶ τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν ἐκμεμαθηκότα, καὶ ταῖς τοῦ Πνεύματος χορηγίαις πεφωτισμένα, πράξουσι δεξιῶς, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ τῷ Σωτῆρι Χριστῷ θυμηδίαν εἰσδέξονται, καὶ αὐτὸν ποιήσονται χαράν τε καὶ τέρψιν, καὶ ἀγαλλίασιν ψυχῆς καὶ καρδίας. Γένοιτο δ' ἂν καὶ τοῦτο σαφὴς ἀπόδειξις τοῦ ζῆν ἑλέσθαι θεοφιλῶς. Οἱ μὲν γὰρ τοῖς ἐν κόσμῳ πράγμασι τῆς ἑαυτῶν διανοίας ἀπονέμοντες τὴν ῥοπὴν, καὶ νενευκότες εἰς τὰ αἰσχίω, χαίρουσιν ἐπ' αὐτοῖς, καὶ θυμηδίαν ποιοῦνται τὸ χρῆμα, καὶ γεγήθασιν ἐπὶ σαρκὸς ἡδοναῖς, καὶ ταῖς ἑτέραις τοῦ παρόντος βίου τρυφαῖς ἐνσπαταλᾷν εἰωθότες, ὀλίγου παντελῶς ἀξιοῦσι λόγου τὰ παρὰ Θεῷ. Οἱ δὲ ἐξ ὅλης καρδίας ζητοῦντες αὐτὸν, καὶ ταῖς ἐπ' αὐτῷ θεωρίαις καταπιαινόμενοι, καὶ τῆς διανοίας τὸν ὀφθαλμὸν εὐρύνοντες, τὰς ἐπ' αὐτῷ καὶ μόνῳ παραδέξονται θυμηδίας.

LXXI. Eorum qui vinum biberunt mens semper quasi inconcinna et absona est, curisque salutem dicit. Nec enim quidquam tristificum admittit, sed laxatur quodammodo, et omnibus sollicitudinibus dominatur. Si igitur fuerint, inquit, ut bellatores Ephraim, tunc, tunc animi ipsorum gaudio perfruentur, et ut illustres probatique futurorum bonorum spe lætabuntur, et eximiæ vitæ suæ imitatores ex se natos filios suos, spirituales puta, habebunt. Talis erat et divinus Paulus, per se vocatis ita scribens ac dicens: « Etsi decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. In Christo enim Jesu per Evangelium ego vos genui[44]. » Nascituri igitur ex illis filii « videbunt et lætabuntur. » Nam progeniti in meditationibus rerum Christi, et virtute mysterii percepta, et largitionibus Spiritus illuminati, feliciter habebunt, et quæ est in Christo Salvatore, jucunditatem haurient, ipsumque gaudium, **751** et delectationem, et exsultationem animæ atque cordis sibi facient. Potest et hoc manifestum esse indicium, eos statuisse Deum vita et moribus diligere. Qui enim rebus mundanis animum suum applicant, et ad inhonesta se abjiciunt, gaudent in ipsis, et ea sibi materiam oblectamenti deligunt, lætanturque in voluptatibus carnis, et aliis præsentis vitæ deliciis assueti, divinas res in postremis numerant. Qui autem ex toto corde ipsum quærunt, et contemplationibus de ipso saginantur, et mentis oculum dilatant, voluptatibus quæ in ipso et solo sunt, perfruentur.

*Σημανῶ αὐτοῖς, καὶ εἰσδέξομαι αὐτοὺς, διότι λυτρώσομαι αὐτοὺς, καὶ πληθυνθήσονται καθότι ἦσαν πολλοί. Καὶ σπερῶ αὐτοὺς ἐν λαοῖς, καὶ οἱ μακρὰν μνησθήσονταί μου, καὶ ἐκθρέψουσι τὰ τέκνα αὐτῶν, καὶ ἐπιστρέψουσι.*

VERS. 8, 9. *Significabo eos, et suscipiam eos, quia redimam eos, et multiplicabuntur, sicut erunt multi. Et seminabo eos in populis, et qui de longe, recordabuntur mei, et enutrient filios suos, et convertentur.*

ΟΒ'. Διαμέμνηται πάλιν τῆς Ἰουδαίων ἀγάπης, καὶ δὴ καὶ ὑπισχνεῖται συλλέγειν αὐτοὺς κατεσκεδασμένους, καὶ ἐξ ἁπάσης γῆς συναγείρειν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ὡς ἀπονοσφίζεσθαι παντελῶς οὐδένα. Καὶ τίνα τρόπον ἡ ἄθροισις ἔσται, κατασημαίνει πάλιν. Τοὺς μὲν γὰρ μελιττοκόμους φασὶ σημεῖά τινα ποιεῖν, ἢ συρίζοντας, ἤγουν ἕτερ' ἄττα δρᾷν εἰωθότας, οὕτω τε συλλέγειν τὰ τῶν μελιττῶν ἔθνη, τῶν σίμβλων ἀποφοιτήσαντα. Εἴρηται δέ τι τοιοῦτον καὶ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου. « Καὶ ἔσται γὰρ, φησὶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, συριεῖ Κύριος μυίαις, αἳ κυριεύουσι μέρος ποταμοῦ Αἰγύπτου, καὶ τῇ μελίσσῃ, ἥ ἐστιν ἐν χώρᾳ Ἀσσυρίων. » Ἕτεροι δέ φασι, καὶ τοῖς τοῦ πολέμου καιροῖς, εἰ δὴ συμβαίνει διασκίδνασθαί πως τοὺς μαχητὰς, ἢ διώκοντας ἢ διωκομένους, αἴρεσθαί τι σημεῖον ὑψοῦ παρὰ τῶν στρατηγῶν, εἰς ὃ καὶ ἀφορῶντες, συναθροίζονταί τε καὶ εἰς τὸν αὐτὸν ἀνόπιν ἵενται χῶρον. Ὑποφαίνει δέ τι τοιοῦτον καὶ τὸ παρὰ τῷ προφήτῃ κείμενον Ἡσαΐᾳ· « Καὶ ἔσται ὡς ἱστὸς ἐπ' ὄρους, καὶ ὡς σημεῖον φέρων ἐπὶ βουνοῦ. » Οὐκοῦν

LXXII. Meminit rursum charitatis in Judæos, et insuper collecturum eos dispersos, et ex omnibus terris congregaturum in Judæam promittit, ut nemo plane desideretur. Modum autem hujus futuræ congregationis deinceps ostendit. Aiunt enim mellarios signa quædam edere, aut sibilare, aut alia nescio quæ solere, et ita examina ad alvearia deserta revocare. Tale quidpiam et per Isaiam dictum est. Ait enim: « Et erit in die illa, sibilabit Dominus muscis, quæ dominantur parti fluminis Ægypti, et api quæ est in regione Assyriorum[45]. » Alii aiunt et belli tempore, si milites dissipari contingat, dum aut fugientes insequuntur, aut ipsi insequentes fugiunt, tolli ex edito loco signum a ducibus, quod intuentes congregantur, et eodem se recipiunt. Demonstrat simile quiddam et quod apud prophetam Isaiam exstat. « Et erit sicut malus navis super montem, et quasi signum ferens super collem[46]. » Ex eo igitur quod fieri assolet, similitudinem trahit. Ait enim: « Significabo eis, et susci-

[44] I Cor. IV, 15. [45] Isa. VII, 18. [46] Isa. XXX, 17.

piam eos. » Excitatum est enim nobis signum A magnum et insigne, crux Salvatoris, per quod etiam accepti evasimus Deo et Patri. Præterea redempti sumus, et in multitudinem immensam excrevimus, qui credidimus. Quia vero adjecit, « Et seminabo eos in populis, et longe distantes ab illis venient, et recordabuntur mei, » rursum illud dicimus, nec id a scopo aberrantes, multum enim probabilitatis habet. **752** Quasi disseminati sunt in multis gentibus et in omni regione atque urbe divini discipuli et Evangelii præcones, effeceruntque ut remotissimi a Deo, propter interpositum peccatum et errorem, recordarentur ipsius, et universorum Salvatorem ac procreatorem, quamvis aliquando creaturam pro numine coluissent, et ideo amicitia Dei excidissent, animo complecterentur. Itaque divinus Paulus per B ipsum vocatos in agnitionem Christi alloquens, « Nunc autem vos, inquit, qui aliquando procul, facti estis prope [46]. » Venient igitur memores Dei. Non dissimile quiddam nobis beatus propheta Jeremias insinuat, velut Israelem alloquens : « Qui procul estis recordamini Domini, et Jerusalem ascendat in cor vestrum [47]. » Quod si omnino ejus, qui est natura Deus, memores fuerint, tunc, tunc ad spirituale robur tantos progressus habebunt, ut et filios generent, et sermonibus pietatis suos liberos enutriant, et in hoc ipso glorientur. Scribit et beatus Paulus per ipsum educatis, et in virum perfectum atque in ætatem plenitudinis Christi adductis [48], jam quidem, [Gaudium et corona mea [49]] C jam, « Per vestram gloriationem quam habeo in Christo Jesu [50] : » — « Corona enim senum filii filiorum, ut scriptum est [51] : gloria autem filiorum patres ipsorum. »

A ἐκ τοῦ γίνεσθαι πεφυκότος δέχεται τὴν ὁμοίωσιν. « Σημανῶ γάρ, φησὶν, αὐτοῖς, καὶ εἰσδέξομαι αὐτούς. » Ἐγήγερται γὰρ σημεῖον ἡμῖν μέγα καὶ ἐπιφανὲς ὁ τοῦ Σωτῆρος σταυρὸς, δι' οὗ καὶ γεγόναμεν δεκτοὶ τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Καὶ μὴν καὶ ἐκλελυτρώμεθα, καὶ εἰς πλῆθυν ἀμέτρητον ἐξεδράμομεν οἱ πεπιστευκότες. Ἐπειδὴ δὲ προσέθηκεν, ὅτι « Καὶ σπερῶ αὐτοὺς ἐν λαοῖς, καὶ οἱ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν ἥξουσι, καὶ μνησθήσονταί μου, » πάλιν ἐκεῖνό φαμεν, καὶ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ· πολὺ γὰρ ἔχει τὸ εἰκὸς ὁ λόγος. Κατεσπάρησαν γὰρ ὥσπερ ἐν πολλοῖς ἔθνεσι καὶ ἐν ἁπάσῃ δὲ χώρᾳ καὶ πόλει οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ καὶ τῶν θείων Εὐαγγελίων κήρυκες, καὶ τοὺς ἀποτάτω γεγονότας Θεοῦ διὰ τὴν μεσολαβήσασαν ἁμαρτίαν τε καὶ πλάνην μνησθῆναί τε αὐτοῦ, καὶ εἰς νοῦν B ἑλεῖν παρεσκεύασαν τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα καὶ γενεσιουργὸν, καίτοι πάλαι τῇ κτίσει τὸ σέβας ἀνάπτοντας, ταύτῃτοι καὶ τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος ἐκπεφοιτηκότας. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος τοῖς δι' αὐτοῦ κεκλημένοις εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ Χριστοῦ προσεφώνει, λέγων· « Νυνὶ δὲ ὑμεῖς, οἵ ποτε ὄντες μακρὰν, ἐγενήθητε ἐγγύς. » Ἥξουσι δὴ οὖν μνησθέντες τοῦ Θεοῦ. Καίτοι τοιοῦτον ἡμῖν ὁ μακάριος προφήτης Ἱερεμίας ὑπαινίττεται, λέγων ὡς πρός γε τὸν Ἰσραήλ· « Οἱ μακρόθεν, μνήσθητε τοῦ Κυρίου, καὶ Ἱερουσαλὴμ ἀναβήτω ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν. » Εἰ δὲ δὴ μνησεῖεν (1) ὅλως τοῦ κατὰ φύσιν Θεοῦ, τότε δὴ, τότε καὶ πνευματικῆς εὐρωστίας βαδιοῦνται πρὸς τοῦτο, ὥστε καὶ τέκνων αὐτοὺς γενέσθαι πατέρας, C καὶ τοῖς εἰς εὐσέβειαν λόγοις ἐκθρέψαι τὰ ἴδια τέκνα, καὶ ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ σεμνύνεσθαι. Γράφει δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος τοῖς δι' αὐτοῦ τεθραμμένοις, καὶ εἰς ἄνδρα τέλειον ἀναβεβηκόσι, καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας ἥκουσι τῆς ἐν Χριστῷ, ποτὲ μὲν, « Χαρὰ καὶ στέφανός μου· » ποτὲ δὲ πάλιν, « Νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν ἣν ἔχω ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· » — « Στέφανος γὰρ γερόντων τέκνα τέκνων, κατὰ τὸ γεγραμμένον· καύχημα δὲ τέκνων, πατέρες αὐτῶν. »

VERS. 10. *Et convertam eos de terra Ægypti, et de Assyriis suscipiam illos, et in Galaaditin, et in Libanum introducam eos, et non relinquetur ex eis ullus.*

*Καὶ ἀποστρέψω αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἐξ Ἀσσυρίων εἰσδέξομαι αὐτούς, καὶ εἰς τὴν Γαλααδῖτιν, καὶ εἰς τὸν Λίβανον εἰσάξω αὐτούς, καὶ οὐ μὴ ὑπολειφθῇ ἐξ αὐτῶν οὐδείς.*

LXXIII. Quando Nabuchodonosor Judæam armis subjugavit, sacratissimumque templum, et ipsa urbs Hierosolyma conflagravit, tunc et universus Israel D est afflictatus [52]. Alii siquidem in Assyrios et Medos captivi sunt abducti : alii, qui eorum crudelitatem evadere et effugere potuerunt, timentes, et paribus implicari ærumnis horrentes, ultro se ad Ægyptios contulerunt, servitutisque apud eos jugum necessitate compulsi subierunt. Itaque postquam eos congregaturum undique pollicitus est, meminit et locorum in quos abducti sunt : alii captivi facti, ut dixi; alii intolerandis terroribus ad ea quæ nolebant exsequenda adacti.

ΟΓ'. Ὅτε τὴν Ἰουδαίαν εἷλε μὲν κατὰ κράτος ὁ Ναβουχοδονόσωρ, ἐμπέπρητο δὲ καὶ ὁ θεῖος νεὼς D αὐτά τε τὰ Ἱεροσόλυμα, τότε καὶ ἅπας τεταλαιπώρηκεν ὁ Ἰσραήλ. Οἱ μὲν γὰρ εἰς Ἀσσυρίους καὶ Μήδους αἰχμάλωτοι γεγονότες ἀπεκομίζοντο· οἱ δὲ τῆς ἐκείνων ὠμότητος ἔξω γεγονότες, καὶ διαφυγεῖν ἰσχύσαντες, δεδιότες καὶ παραιτούμενοι τὸ ἐναλῶναι τοῖς ἴσοις, αὐτόμολοί τε πρὸς Αἰγυπτίους ᾔεσαν, καὶ τῆς ὑπ' ἐκείνοις θητείας τὸν ἀβούλητον μὲν, πλὴν ἐξ ἀνάγκης ἐπερριμμένον ὑποδεδραμήκασι ζυγόν. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ συναγείρειν αὐτοὺς πανταχόθεν ἐπηγγέλλετο, διαμέμνηται καὶ τόπων εἰς οὓς καὶ ἀπεκομίσθησαν· οἱ μὲν, αἰχμάλωτοι γεγονότες, ὡς ἔφην, οἱ δὲ ἀφορήτοις δείμασι πρὸς τὰ παρὰ γνώμην αὐτοῖς συνωθούμενοι.

[46] Ephes. II, 13. [47] Jerem. LI, 50. [48] Ephes. IV, 13. [49] Philipp. IV, 1. [50] Rom. XV, 17. [51] Prov. XVII, 6. [52] IV Reg. XXV, 8 seqq.

(1) Lego διαμνησθεῖεν.

A Ἐπειδὴ δὲ τῆς πνευματικῆς ἑρμηνείας μεταποιεῖσθαι πρέπει τοῖς ὅτι μάλιστα φιλοθεωτάτοις καὶ πνευματικοῖς, φαμὲν, ὅτι τῆς τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν χώρας, ἤτοι χειρὸς ἐξέλκειν αὐτοὺς ἐπαγγέλλεται, καὶ παντὸς μὲν δείματος ἐλευθεροῦν· αἰχμαλώτους δὲ ὄντας, καὶ οἷον ὑφ' ἑτέρους κειμένους, μονονουχὶ καὶ ἀναμορφοῦν εἰς ἐλευθερίαν. Ἢ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον, σκοτισμοῦ καὶ συγχύσεως ἀπαλλαγήσεσθαί φησιν· Αἴγυπτος μὲν γὰρ *σκοτισμὸς*, Βαβυλὼν δὲ *σύγχυσις* ἑρμηνεύεται. Ἀδιαφορεῖ δὲ πλειστάκις ὁ λόγος, Ἀσσυρίους τε καὶ Βαβυλωνίους εἰς ἔθνος καταλογιζόμενος ἕν, διά τοι τὸ ὑφ' ἑνὶ κεῖσθαι σκήπτρῳ, καὶ μίαν ἐπ' αὐτοὺς τετάχθαι τὴν βασιλείαν. Λελυτρωμένους δὴ οὖν ἐκ τῆς τῶν πλεονεκτούντων χειρὸς, εἰσκομιεῖν ἐπαγγέλλεται εἴς τε τὴν Γαλααδῖτιν (μοῖρα δὲ αὕτη τῆς Ἰουδαίων γῆς ἡ B παμφορωτάτη καὶ εὔκαρπος) καὶ μὴν καὶ εἰς τὸν Λίβανον, καὶ τοῦτο ὄρος εὔξυλόν τε καὶ μέγα τῆς Ἰουδαίων τε καὶ Φοινίκων γῆς ἐν μεθορίοις κείμενον. Σημαίνεται δὲ δι' ἀμφοῖν ἐκεῖνο, οἶμαί που. Ἀπαλλάξας γὰρ ἡμᾶς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὡς ἐξ Αἰγύπτου καὶ Ἀσσυρίων, τουτέστι, τῆς τῶν αἰχμαλωτισάντων πλεονεξίας, πονηροὶ δὲ οὗτοι καὶ ἀκάθαρτοι δαίμονες, εἰσκεκόμικεν οἱάπερ εἰς γῆν εὔξυλόν τε καὶ λιπαρωτάτην τὴν Ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ πολὺς μὲν λίαν ὁ τῶν εὐδοκιμούντων καρπὸς, οὐκ εὐαρίθμητοι δὲ τῶν ἁγίων κεφαλαὶ, ὑψοῦ τε ἠρμέναι δι' ἀρετὴν, καὶ οἷον ἐν τάξει κέδρου ἀνατεθηλυῖαι (1), καὶ περὶ αὐτῶν λέγοιτο, καὶ σφόδρα εἰκότως, τὸ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβὶδ, πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεόν· «Αἱ κέδροι τοῦ Λιβάνου, ἃς ἐφύτευσας.» Θεοῦ γὰρ γεώργιον τοὺς ἐν πίστει δεδικαιωμένους ὠνόμαζε σαφῶς καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος.

753 Quia vero spiritualem interpretationem Dei amantissimos et spirituales capessere æquum est, dicimus eum promittere se de regione, sive manu hostium inaspectabilium eos erepturum, et omni formidine soluturum: captivos autem et velut aliis subjacentes quasi in libertatem transformaturum. Aut etiam secundum aliam intelligentiam, tenebris et confusione liberatum iri dicit: Ægyptum enim *tenebras*, Babylonem *confusionem* reddunt. Sæpissime autem sine discrimine Assyrii et Babylonii pro una gente usurpantur, quod uni sceptro subditi et sub uno regno essent. Liberatos igitur de manu dominantium, et in Galaaditin (pars fuit Judææ, fructuum omnis generis feracissima) et insuper in Libanum introducturum spondet; et hic mons est ingens et speciosis refertus arboribus, in confinibus Judæorum ac Phœnicum situs. Per utrumque porro illud, opinor, significatur. Cum nos Dominus noster Jesus Christus tanquam ex Ægypto et Assyriis liberasset, hoc est, ex potestate eorum quorum captivi eramus, puta malignorum et immundorum dæmonum, ceu in terram nemorosam et opimissimam, in Ecclesiam introduxit, in qua uberrimi spectatorum hominum fructus et innumerabilia capita sanctorum, per virtutem in fastigio locatorum, et instar cedrorum in altum efflorescentium, de quibus verissime illud Davidis ad Deum universorum protuleris: «Cedri Libani quas plantasti [53].» Dei enim agriculturam in fide justificatos expresse etiam divinus Paulus nominavit [54].

C *Καὶ διελεύσονται ἐν θαλάσσῃ στενῇ, καὶ πατάξουσιν ἐν θαλάσσῃ κύματα, καὶ ξηρανθήσεται πάντα τὰ βάθη τῶν ποταμῶν, καὶ ἀφαιρεθήσεται πᾶσα ὕβρις Ἀσσυρίων, καὶ σκῆπτρον Αἰγύπτου περιαιρεθήσεται, καὶ κατισχύσω αὐτοὺς ἐν Κυρίῳ Θεῷ αὐτῶν, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ κατακαυχήσονται, λέγει Κύριος.*

VERS. 11, 12. *Et pertransibunt in mari angusto, et percutient in mari fluctus, et siccabuntur omnia profunda fluviorum, et auferetur omnis superbia Assyriorum, et sceptrum Ægypti tolletur, et confortabo eos in Domino Deo ipsorum, et in nomine ejus gloriabuntur, dicit Dominus.*

ΟΔ'. Ὡς ἐξ ὁμοιότητος τῶν τοῖς ἀρχαιοτέροις δεδωρημένων τοῖς εἰς Χριστὸν πιστεύουσι τῆς ἐπικουρίας ἡ ὑπόσχεσις. Ὥσπερ γὰρ τὴν Ἐρυθρὰν διεβιβάσθη θάλασσαν ὁ Ἰσραὴλ, τῶν ἐν αὐτῇ κατευμεγεθήσας κυμάτων, ἐπάγη γὰρ ὡσεὶ τεῖχος τὰ ὕδατα, Θεοῦ τὸ χρῆμα παραδόξως περαίνοντος, καὶ ὥσπερ ποδὶ διεβίβασαν τὸν Ἰορδάνην· οὕτω, φησὶν, οἱ διὰ Μωσέως κεκλημένοι πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ Χριστοῦ, D καὶ ταῖς τῶν ἁγίων ἀποστόλων μυσταγωγίαις ἀνασεσωσμένοι, διαπεραιώσονται μὲν οἷά τινα θάλασσαν ἀγρίως κατακυμαίνουσαν τοῦ παρόντος βίου τὸν κλύδωνα, καὶ τύρβης ἔξω γεγονότες κοσμικῆς, σχολαῖοι λατρεύουσι τῷ κατὰ φύσιν ὄντι Θεῷ. Διαβήσονται δὲ καὶ πειρασμοὺς, οἷά τινας ποταμοὺς ἐπικλύζοντας, ὡς ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ χαίροντας λέγειν· «Εἰ μὴ ὅτι Κύριος ἦν ἐν ἡμῖν, εἰπάτω δὴ Ἰσραὴλ, εἰ μὴ ὅτι

LXXIV. Juxta ea quæ donata sunt veteribus, similitudine quadam auxilium in Christum credentibus promittitur. Quemadmodum enim traductus est per mare Rubrum Israel, et fluctibus ejus imperavit, instarque muri aquæ riguerunt, Deo id mirabiliter agente [55]; et sicut 754 sicco pede Jordanem transierunt [56]: ita, inquit, per Mosen vocati ad agnitionem Christi, et sanctorum apostolorum sacris institutionibus salutem consecuti, quasi mare quoddam turbinibus et procellis agitatum, præsentis vitæ fluctus transmittent, et tumultu mundano expediti, vacui servient ei qui est natura Deus. Transibunt item tentationes veluti quosdam fluvios inundantes, ut hoc ipso gaudentes dicant: «Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel; nisi quia Dominus erat in nobis, dum in-

[53] Psal. CIII, 16. [54] I Cor. III, 9. [55] Exod. XIV, 15 seqq. [56] Josue III, 1 seqq.

(1) Erat ἀνατεθήλας, quod non respondebat participio præcedenti.

surgerent homines contra nos, forsitan vivos deglutissent nos. Dum irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos. Torrentem pertransivit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem [57]. » Quemadmodum porro, inquit, captivus factus Israel, atque ad Assyrios et Medos abductus, illorum insolentiam sive dominatum effugit, qui eum premere semper armisque lacessere consueverant : eodem modo liberati per Christum prævalebunt inimicis sub aspectum venientibus et non venientibus, et qui ad servitutem nolentes adigebant, et ut captivos vinculis e stulta eorum voluntate sumptis coercebant. Sed et his prævalebunt, eorumque superbiam et dominationem effugient, Deo confortante, in quo et gloriabuntur. Placemus enim nobis in Christo, et ipsum robur nostrum ducimus, et ipso nitimur, et totam vitæ nostræ spem in eo defigimus. Non enim legatus, non angelus, sed ipse Dominus salvavit nos [58]; et ut dicit beatus Psalmicen, « Deus noster refugium et virtus, auxiliator in tribulationibus quæ invenerunt nos nimis [59]. »

## CAP. XI.

VERS. 1, 2. *Aperi, Libane, portas tuas, et comedat ignis cedros tuas. Ululet pinus, quia cecidit cedrus, quia vehementer miseri facti sunt optimates. Ululate, quercus Basanitidis, quia succisus est saltus consitus.*

LXXV. Dictorum significationem nunc ad alios quosdam sensus accommodat. Nam cum quod satis est, et aptissime narrasset de vocatione gentium in Christo per fidem, futuram super eo incredulitatem Israelitarum, **755** tempore quo homo inter nos fuit videlicet, luculenter prænuntiat, et hac de causa incendendum templum ipsum, atque etiam Hierosolymam, et insuper subigendas ipsas urbes Israel, et cum ipsis incolis perituras. Hæc autem per manus Romanorum patrata sunt, aliquando in Judæam Vespasiano et Tito arma moventibus. Et est, ut apparet, supervacaneum minutatim singula percensere, quæ Judæorum urbibus, sive populis, propter debacchationem in Christum evenerunt, cum volentibus Josephi historiam legere liceat, et inde quæ libuerit singula accurate cognoscere. Transit igitur ad eos qui erant de sanguine Israel. Et Libano quidem comparat Judæam : quamobrem ? Est enim Libanus mons decoris arboribus et silvis densissimis conspicuus. Judæorum autem regio populosissima, et innumerabilibus incolis frequentissima, et quasi cedros aut pinus procerissimas, et aliis magis visendas, sacerdotes, inquam, et suis temporibus ex tribu Juda regnantes, et qui principatus ornamentis eminentes, tota provincia noti

A Κύριος ἦν ἐν ἡμῖν, ἐν τῷ ἐπαναστῆναι ἀνθρώπους ἐφ' ἡμᾶς, ἄρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς. Ἐν τῷ ὀργισθῆναι τὸν θυμὸν αὐτῶν ἐφ' ἡμᾶς, ἄρα τὸ ὕδωρ ἂν κατεπόντισεν ἡμᾶς. Χείμαρρον διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν, ἄρα διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον. » Ὥσπερ δὲ, φησὶν, αἰχμάλωτος γεγονὼς ὁ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς Ἀσσυρίους τε καὶ Μήδους ἀπενηνεγμένος, διέδρα τὰς ἐκείνων ὕβρεις ἤτοι πλεονεξίας, ἀεὶ προσκειμένων καὶ πολεμεῖν εἰωθότων αὐτοῖς· κατὰ τὸν ἴσον τρόπον, φησὶν, οἱ λελυτρωμένοι διὰ Χριστοῦ, κρείττους ἔσονται τῶν ἐχθρῶν, ὁρατῶν δηλονότι καὶ ἀοράτων, οἳ μονονουχὶ καὶ κατεβιάζοντο πρὸς ἀβούλητον δουλείαν αὐτοὺς, καὶ οἷον αἰχμαλώτους γεγονότας τῆς ἐξ ἰδίας σκαιότητος συνεῖχον δεσμοῖς. Ἀλλὰ καὶ τούτων ἔσονται κρείττους, ὕβρεις B τε τὰς παρ' ἐκείνων διαφεύξονται καὶ πλεονεξίας, Θεοῦ κατισχύοντος, ἐφ' ᾧ καὶ καυχήσονται. Μέγα γὰρ φρονοῦμεν ἐπὶ Χριστῷ, καὶ αὐτὸν ἰσχὺν πεποιήμεθα, καὶ ἐπ' αὐτῷ τεθαῤῥήκαμεν, καὶ τῆς ἑαυτῶν ζωῆς ὅλας ἔχομεν τὰς ἐλπίδας. Οὐ γὰρ πρέσβυς, οὐκ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἔσωσεν ἡμᾶς· καὶ ᾗ φησιν ὁ μακάριος Ψαλμῳδὸς, « Ὁ Θεὸς ἡμῶν καταφυγὴ, καὶ δύναμις, βοηθὸς ἐν θλίψεσι ταῖς εὑρούσαις ἡμᾶς σφόδρα.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

*Διάνοιξον, ὁ Λίβανος, τὰς θύρας σου, καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου. Ὀλολυξάτω πίτυς, διότι πέπτωκε κέδρος, ὅτι μεγάλως μεγιστᾶνες ἐταλαιπώρησαν.* C *Ὀλολύξατε, δρύες τῆς Βασανίτιδος, ὅτι κατεσπάσθη ὁ δρυμὸς ὁ σύμφυτος.*

ΟΕ'. Μεθίστησι νῦν ἐφ' ἑτέρων τινὰ νοημάτων ὁδὸν τῶν λεγομένων τὴν δήλωσιν. Ἀποχρῶσαν δὲ τὴν ἀφήγησιν εὖ μάλα πεποιημένος τὴν περί γε τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως τῆς ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως, τὴν ἐσομένην ἐπ' αὐτῷ δυσπείθειαν τῶν ἐξ Ἰσραὴλ κατὰ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως δηλονότι καιρὸν, προαφηγεῖται σαφῶς, καὶ ὅτι ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας κατεμπρησθῆναι δεῖ τὸν ναὸν αὐτὸν, καὶ μέντοι τὰ Ἱεροσόλυμα, προσαλῶναι δὲ καὶ αὐτὰς τοῦ Ἰσραὴλ τὰς πόλεις, καὶ συνδιολεῖσθαι τοῖς ἐνοικοῦσιν αὐτάς. Πέπρακται δὲ ταῦτα διὰ χειρὸς τῶν Ῥωμαίων, στρατηγούντων κατὰ καιρὸν Οὐεσπασιανοῦ τε καὶ Τίτου. D Καὶ περιττὸν, ὡς ἔοικεν, ἀφηγεῖσθαι λεπτῶς ἕκαστα τῶν συμβεβηκότων ταῖς τῶν Ἰουδαίων πόλεσιν, ἤτοι δήμοις, τῆς εἰς Χριστὸν ἕνεκα παροινίας· ἐξὸν τοῖς ἐθέλουσι τοῖς Ἰωσήπου συγγράμμασιν ἐντυχεῖν, ἀναμαθεῖν τε σαφῶς, ἅπερ ἂν ἕλοιντο λεπτῶς. Μετακομίζει δὴ οὖν τὸν λόγον ἐπὶ τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραήλ. Καὶ Λιβάνῳ μὲν παρεικάζει τὴν Ἰουδαίαν, διὰ ποίαν αἰτίαν; Εὔξυλον μὲν γὰρ ὄρος ὁ Λίβανος, καὶ δρυμοῖς ἀμφιλαφέσι κατάκομον. Πολυανθρωποτάτη δὲ καὶ ἡ τῶν Ἰουδαίων χώρα, καὶ ἀριθμοῦ κρείττονα τὴν τῶν ἐνοικούντων ἔχουσα πληθὺν, καὶ οἷον κέδρους ἢ πίτυς εὐμηκεστάτας, τοὺς τῶν ἄλλων περιφανεστέρους, ἱερέας τέ φημι καὶ τοὺς ἐκ φυλῆς

[57] Psal. CXXIII, 1-5. [58] Hebr. II, 16. [59] Psal. XLV, 1.

Ἰούδα κατὰ καιροὺς βασιλεύοντας, οἳ καὶ τῆς ἡγεμονίας αὐχήμασιν ὑπερανεστηκότες, γνώριμοί τε ἦσαν τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώραν, ὑψοῦ τε ᾐρμένην ἔσχον τὴν δόξαν. Ἐπειδὴ δὲ δεδυσσεβήκασιν εἰς Χριστόν· « Ἦραν γὰρ τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως, καὶ οὔτε αὐτοὶ εἰσῆλθον, οὔτε τοὺς εἰσερχομένους ἀφῆκαν εἰσελθεῖν, » καὶ τελευταῖον ἐσταύρωσαν, καίτοι καὶ ἐπεγνωκότες ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ κληρονόμος· ταύτῃτοι δικαίως ἄρδην ἀπολώλασιν οἴκοις τε ὁμοῦ καὶ πόλεσι, καὶ φιλτάτοις. Οὐκοῦν αἰνιγματωδῶς Λίβανον μὲν, ὡς ἔφην, τὴν Ἰουδαίαν ἀποκαλεῖ, δένδροις δὲ τοῖς εὐμηκεστάτοις παρεικάζει τοὺς ἐν αὐτῇ προύχοντας, ὡς τῶν ἄλλων ὑπερῃρμένους καὶ πολὺ λίαν ὑπερφέροντας, ὅτι δὲ ἔμελλεν ἁλῶναί τε ῥᾳδίως, καὶ ὡς ἀπώλετο πόλις εἰσχεόμενον μὲν παραδέξασθαι τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατὸν, δαπανηθῆναί τε οὕτως, ὡσανεὶ καὶ δρυμὸς ἐπενεχθείσης φλογὸς, κατασημαίνει, λέγων· « Διάνοιξον, ὁ Λίβανος, τὰς θύρας σου, καὶ καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου. Ὀλολυξάτω πίτυς, διότι πέπτωκε κέδρος. » Καὶ γέγονε μὲν ἐκ μεταφορᾶς ὁ λόγος. Ὀνομάσας γὰρ Λίβανον, ἤγουν ὄρει τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν ἀπεικάσας, ἀναγκαίως πίτυσί τε καὶ δρυσὶ παρεικάζει τοὺς ἐν αὐτῇ. Ὅτι δὲ περὶ ἀνθρώπων ὁ λόγος, ἀταλαίπωρον ἰδεῖν. Ἔφη γὰρ εὐθὺς, ὅτι μεγάλως μεγιστᾶνες ἐταλαιπώρησαν. Καὶ τίς ἂν νοοῖτο τῆς ταλαιπωρίας ὁ τρόπος, παρέδειξεν εἰπὼν, πῇ μὲν, ὅτι « Ὀλολυξάτω πίτυς, διότι πέπτωκε κέδρος. » Καταδῃούσης γὰρ τῆς Ῥωμαίων χειρὸς τὰς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ πόλεις, συνέβαινε καθ' ἡμέραν τοὺς ἐν αὐταῖς ἁλίσκεσθαι λαμπρούς. Οἱ δὲ μήπω τοῦτο πεπονθότες, κατωλοφύροντο τοὺς ἑαλωκότας, καὶ τὸν ἐπί γε σφισιν αὐτοῖς εἰσεδέχοντο θρῆνον, ἄθυμοι δὲ ἦσαν καὶ περιδεεῖς, ὡς αὐτίκα δὴ μάλα τοῦτο αὐτὸ πεισόμενοι καὶ αὐτοί. Τοῦτο οἶμαι δηλοῦν τὸ, « Ὀλολυξάτω πίτυς, ὅτι πέπτωκε κέδρος. » Δρύας γε μὴν Βασανίτιδος τάχα που τοὺς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἀποκαλεῖ. Βασανῖτις μὲν γὰρ χωρίον ἐστὶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, εὔγειόν τε καὶ παμφορώτατον, καὶ ὑψηλὰ λίαν ἐκτρέφον τὰ δένδρα. Ἐπειδὴ δὲ τῶν ἄλλων ἦσαν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἀμείνους, ἱερέας δέ φημι καὶ τοὺς τῶν λαῶν ἡγουμένους, Βασανίτιδας αὐτοὺς ἀπεκάλεσε δρύας, οἳ δὴ καὶ τεθρηνήκασιν εἰκότως, διά τοι τὸ κατασπασθῆναι τὸν δρυμὸν τὸν σύμφυτον. Ἐμάνθανον γὰρ ὅτι τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώραν οἷά τις δρυμὸς ἡ πληθὺς δεδαπάνηται, οἷον πελέκεσιν ἐκκοπτομένη ταῖς τῶν πολεμούντων ἀγρίαις ἐμβολαῖς. Σύμφυτον δὲ δρυμὸν, ὃν δὴ καὶ κατεσπάσθαι φησὶν, οὐδὲν ἧττον νοήσεις καὶ αὐτὴν τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις πληθύν· λιμῷ τε γὰρ καὶ πολέμῳ διολώλασιν, ἐπολολυζόντων αὐτοῖς τῶν τῆς Βασανίτιδος δρυῶν, τουτέστι, τῶν ἡγουμένων.

A erant, sublimique gloria florebant, continens. Postquam autem Christum impie habuerunt : « Tulerunt enim clavem scientiæ, et neque ipsi introierunt, neque ingredi volentes permiserunt [60], » et tandem crucifixerunt, quamvis scirent ipsum hæredem esse [61]; idcirco jure funditus cum domibus, et urbibus, et uxoribus atque liberis interierunt. Quare sub ænigmate Libani nomine Judæam, ut dixi, nuncupat : cum arboribus autem celsissimis primores et proceres ejus confert, ut cæteris sublimiores et perquam eminentes. Perituram autem urbem facile, ut etiam periit, infundentem se suscipiendo Romanorum exercitum, atque ita instar silvæ injecta flamma consumendam significat cum dicit : « Aperi, Libane, portas tuas, et comedat ignis cedros tuas.
B Ululet pinus, quia cecidit cedrus. » Metaphoricus est sermo. Nam cum Libanum appellasset, sive monti Judæorum regionem comparasset, necessario pinui et quercubus ejus incolas similes facit. De hominibus autem verba fieri, nihil negotii est videre. Mox enim ait, magnates majorem in modum factos esse miseros. Hoc genus miseriæ ostendit aliquo modo, subjiciens : « Ululet pinus, quia cecidit cedrus. » Exercitu enim Romano **756** urbes Judææ devastante, quotidie earum principes cives capiebantur. Quibus autem ea calamitas nondum evenerat, captos et semetipsos lamentis et lacrymis prosequebantur, erantque in mœrore et metu magno, ut brevissimo post tempore idem et ipsi perpessuri. Hoc sibi velle opiner, « Ululet pinus,
C quia cecidit cedrus. » Quercus autem Basanitidis Hierosolymitanos forsitan vocat. Basanitis enim est rrgiuncula in Judæa, ubere gleba, et fertilissima, et admodum altas educens arbores. Et quoniam Hierosolymis reliquis erant nobiliores, sacerdotes, inquam, et populi rectores, Basanitidis quercus eos nominavit, qui sane propter consitum saltum succisum non immerito ejularunt. Cognoscebant siquidem multitudinem per totam regionem haud secus quam saltum absumptam esse, hostium immani irruptione veluti securibus excisam. Consitum autem saltum, quem et succisum dicit, nihilominus et ipsum vulgus Hierosolymitanum intellige, quod fame et bello periit, ululantibus super ipso quercubus Basanitidis, hoc est, primeribus.

*Φωνὴ θρηνούντων ποιμένων, ὅτι τεταλαιπώρηκεν ἡ μεγαλοσύνη αὐτῶν. Φωνὴ ὠρυομένων λεόντων, ὅτι τεταλαιπώρηκε τὸ φρύαγμα Ἰορδάνου.*

ΟϚ'. Ἐμφανεστέραν τούτοις ὧν ἔφην ἀρτίως ποιεῖται τὴν δήλωσιν. Οὐ γὰρ ἔτι πίτυν ἢ δρῦν ὀνομάζει, ἀπημφιεσμένως δὲ τοὺς τῶν Ἰουδαϊκῶν ταγμάτων σημαίνει καθηγητὰς, οὓς καὶ ὀλοφύρεσθαί φησι, καὶ οἷον φωνὰς ἀνιέναι, κατοιμώζοντας, ὅτι τεταλαιπώ-

D VERS. 3. *Vox ejulantium pastorum, quoniam misera facta est magnificentia eorum. Vox rugientium leonum, quoniam miser factus est fremitus Jordanis.*

LXXVI. His verbis luculentius ea quæ dixi explanat. Non enim amplius pinum aut quercum nuncupat, sed nude Judaicorum ordinum principes ac duces significat, quos et ejulare, et tanquam voces emittere, ac lamentari propter afflictam

[60] Luc. xi, 52. [61] Matth. xxi, 33 seqq.

ipsorum magnificentiam testatur. Facti sunt enim miserabiles et abjecti, miserique et despicatissimi, quamvis olim honoribus circumfluerent. Postquam enim apparuerunt pastores per Christum, hoc est divini discipuli, merito falsorum pastorum magnificentia redacta est ad miseriam. Accusabat enim eos gregis Dominus per prophetas sanctos, ita loquens : « O pastores dispergentes et disperdentes oves pascuæ eorum [62]. » Et iterum : « Quia pastores stulte egerunt, et Dominum non quæsierunt, propter hoc non intellexit omnis grex, et dispersus est [63]. » Promittit autem credentibus in ipsum germanos pastores daturum, sic rursum **757** dicens : « Et inducam vos in Sion, et dabo vobis pastores secundum cor meum, et pascent vos pastores cum scientia [64]. » Quinam isti? Divini discipuli, et Ecclesiarum suis quique temporibus præsides atque rectores, « recte tractantes verbum veritatis [65], » et qui sciant subjectum sibi gregem ad quamvis utilitatem spiritualem deducere. Itaque lamentati sunt falsi pastores, quia in miseriam vertit eorum magnificentia, id quod nobis et alio modo significat, adjungens : « Vox rugientium leonum, quia miser factus est fremitus Jordanis. » Vere enim rugitus est leonum vox, quam edunt, propter famem, et quia cibo carent plorantes. Et de leonibus etiam divina Scriptura sic loquitur. Comperti sunt igitur Judaicorum ordinum principes ut leones rugientes, esurientes et plorantes, quod non haberent a populis oblationes, decimas, primitias, dona grati animi. Postquam enim gregem amiserunt, de cætero fenore, quod ex eo capiebant, recreati non sunt.

Quod si quis censeat, etiam instar leonum rugiisse contra Christum Scribas et Pharisæos (clamabant enim in ipsum, et voces ex odio et invidia, et mera insania jaciebant, Samaritanum [66], et ebriosum, et ex fornicatione natum [67] affirmantes, et « Tolle, tolle, crucifige [68], » dicentes), verisimiliter sentiet etiam hic. Verumtamen quamvis super eo rugitus dederint, facti sunt miseri non mediocriter, « Quia miser factus est fremitus Jordanis. » Quod quid sibi velit, dicam quoque. Præterfluit Jordanis Hierichuntem, circum quem magna vis leonum horrendum in modum rugientium, et accolas incredibili terrore concutientium. Tales erant moribus Scribæ et Pharisæi, contra plebeios et gregarios rugientes, et tenuiores potentiæ suæ terriculis consternantes. « Verum miser factus est leonum terror. » Hoc est quod ait, « fremitus Jordanis. » Ac fremitus quidem est ex equorum et mulorum naribus cum feroci spiritu emissus sonitus; sed etiam in iis dicitur qui de se præclare sentiunt. Hinc divinus David de iis qui

A ρηκεν ἡ μεγαλοσύνη αὐτῶν. Γεγόνασι γὰρ οἰκτροὶ, καὶ κατεῤῥιμμένοι, ἐλεεινοί τε καὶ ἀτιμώτατοι, καίτοι πάλαι περιφανεστέραν ἔχοντες δόξαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνεδείχθησαν οἱ διὰ Χριστοῦ ποιμένες, τουτέστιν, οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, τεταλαιπώρηκεν εἰκότως ἡ τῶν ψευδοποιμένων μεγαλοσύνη. Ἠτιᾶτο μὲν γὰρ αὐτοὺς ὁ τῆς ἀγέλης Δεσπότης, διὰ προφητῶν ἁγίων οὕτω λέγων· « Ὦ οἱ ποιμένες οἱ διασκορπίζοντες καὶ ἀπολλύντες τὰ πρόβατα τῆς νομῆς αὐτῶν. » Καὶ πάλιν· « Ὅτι οἱ ποιμένες ἠφρονεύσαντο, καὶ τὸν Κύριον οὐκ ἐζήτησαν· διὰ τοῦτο οὐκ ἐνόησε πᾶσα ἡ νομὴ, καὶ διεσκορπίσθη. » Ἐπηγγέλλετο δὲ τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσι τοὺς γνησίους ἀναδείξειν ποιμένας, οὕτω πάλιν εἰπών· « Καὶ εἰσάξω ὑμᾶς εἰς Σιὼν, καὶ δώσω ὑμῖν ποιμένας κατὰ τὴν καρδίαν B μου, καὶ ποιμανοῦσιν ὑμᾶς ποιμαίνοντες μετ' ἐπιστήμης. » Τίνες δὲ οὗτοι; Οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, καὶ οἱ τῶν Ἐκκλησιῶν κατὰ καιροὺς ἡγούμενοι, « τὸν τῆς ἀληθείας ὀρθοτομοῦντες λόγον, » καὶ εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν τελούντων εἰς ὄνησιν τὴν πνευματικὴν, ἀποκομίζειν εἰδότες τὰ ὑπὸ χεῖρα θρέμματα. Οὐκοῦν τεθρηνήκασιν οἱ ψευδοποίμενες, ὅτι τεταλαιπώρηκεν ἡ μεγαλοσύνη αὐτῶν· σημαίνει δὲ τοῦτο καὶ καθ' ἕτερον τρόπον ἡμῖν, ἐπιφέρων· « Φωνὴ ὠρυομένων λεόντων, ὅτι τεταλαιπώρηκε τὸ φρύαγμα τοῦ Ἰορδάνου. » Ὠρυγμὸς μὲν γάρ ἐστι κυρίως ἡ τῶν λεόντων φωνὴ, ἣν ἂν ποιοῖντο, κλαίοντες ἐπὶ λιμῷ τε καὶ ἀσιτίᾳ. Δέχεται δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ λεόντων ἡ θεία Γραφή. Κατεφωρῶντο τοίνυν οἱ τῶν Ἰουδαϊκῶν C προεστηκότες ταγμάτων ὡς λέοντες ὠρυόμενοι, πεινῶντές τε καὶ κλαίοντες, διά τοι τὸ μὴ ἔχειν τὰς ἐκ τῶν λαῶν καρποφορίας, δεκάτας, ἀπαρχὰς, εὐχαριστήρια. Ἐπειδὴ γὰρ τῆς ἀγέλης ἐκπεπτώκασιν, οὐκ ἔτι τοῖς ἐξ αὐτῆς κατηυφραίνοντο τόκοις.

Εἰ δὲ δή τις οἴοιτο καὶ ὡς ἐν τάξει λεόντων κατωρύεσθαι τοῦ Χριστοῦ τοὺς Γραμματεῖς τε καὶ Φαρισαίους (κατεκεκράγεισαν γὰρ αὐτοῦ, καὶ τὰς ἐκ φθόνου καὶ βασκανίας καὶ ἀκράτου μανίας κατηφίεσαν φωνὰς, Σαμαρείτην λέγοντες, μέθυσον ἀποκαλοῦντες καὶ ἐκ πορνείας γεγεννημένον, καὶ, « Αἶρε, αἶρε, σταύρου αὐτὸν, » [βοῶντες]), τὰ εἰκότα φρονήσει καὶ οὗτος. Πλὴν εἰ καὶ ἐπωρύοντο, τεταλαιπωρήκασιν οὐ μετρίως, « Ὅτι τεταλαιπώρηκε τὸ φρύαγμα τοῦ Ἰορδάνου. » Καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν, D ἐρῶ πάλιν. Παραῤῥεῖ μὲν ὁ Ἰορδάνης τὴν Ἱεριχὼ, πλεῖστοι δὲ ὅσοι περὶ αὐτὸν οἱ λέοντες, καταβρυχόμενοί τε δεινῶς, καὶ ἀφόρητον τοῖς ἐνοικοῦσιν ἐνιέντες τὸ δεῖμα. Τοιοῦτοι δὲ ἦσαν τοὺς τρόπους οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι, τῶν ἀγελαίων καταβρυχόμενοι, καὶ τοῖς ἐκ τῆς ἐξουσίας καταπτοοῦντες δείμασι (1) τοὺς ἀσθενεστέρους. « Ἀλλὰ τεταλαιπώρηκεν ὁ τῶν λεόντων φόβος. » Τοῦτο δὲ εἶναί φησι « τὸ φρύαγμα τοῦ Ἰορδάνου. » Καὶ φρύαγμα μέν ἐστιν ἡ ἵππων τε καὶ ἡμιόνων διὰ μυκτήρων ἠχὴ

[62] Jerem. XXIII, 1. [63] Jerem. X, 21. [64] Jerem. III, 15. [65] II Tim. II, 15. [66] Joan. VIII, 48. [67] Matth. XI, 19. [68] Joan. XIX, 15.

(1) Ed. Aub., δείγμασι, *documentis*. Edit.

καθιεμένη τε καὶ ἀγρίῳ φυσήματι συνεκπίπτουσα· λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ μεγαλοφρονεῖν. Ἔφη γοῦν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ περὶ τῶν εἰς Χριστὸν πεπαρῳνηκότων· « Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν καινά; » Ὅταν οὖν φρύαγμα τοῦ Ἰορδάνου λέγῃ, νοήσεις τὸ φρόνημα, καὶ οὐχὶ πάντως τοῦ ποταμοῦ, ἀλλὰ τῶν περὶ αὐτὸν λεόντων· ἀπὸ γὰρ τόπων ἔσθ' ὅτε τὰ ἐν αὐτοῖς σημαίνεται.

*Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ποιμαίνετε τὰ πρόβατα τῆς σφαγῆς, ἃ οἱ κτησάμενοι κατέσφαζον, καὶ οὐ μετεμέλοντο, καὶ οἱ πωλοῦντες αὐτὰ, ἔλεγον· Εὐλογητὸς Κύριος, καὶ πεπλουτήκαμεν, καὶ οἱ ποιμένες αὐτῶν οὐκ ἔπασχον οὐδὲν ἐπ' αὐτοῖς.*

ΟΖ'. Πρὸς αὐτοὺς ὁ λόγος τοὺς θρηνοῦντας ποιμένας, καὶ ἐν τάξει λεόντων ὠρυομένους, οἷς καὶ ἐφίησιν ἔτι τὰ τῆς σφαγῆς κατανέμειν πρόβατα, καίτοι κατημελημένως λίαν, ὡς πιπρασκομένοις τε καὶ σφαζομένοις μηδ' ὅσον εἰπεῖν ἐπαλγῆσαι βραχύ. Ὥσπερ γὰρ οἱ τῶν ποιμένων ἀνεπιεικέστεροι, καὶ πρὸς μόνα βλέποντες τά σφισι καθ' ἡδονὴν, μικρὰ φροντίζοντες κομιδῇ τοῦ τῆς ἀγέλης Δεσπότου, τὰ μὲν σφάζουσιν ἀνηλεῶς, τὰς θηρῶν ἐφόδους ἀπομιμούμενοι, ἃ δὲ καὶ πιπράσκουσιν, οὐδὲν, ὡς ἔφην, ἐπαλγοῦντες ὅλως, ἐπιγαννύμενοι δὲ τοῖς τῶν λημμάτων ἐκτοπωτάτοις, καὶ φιλοκερδίας τῆς οὕτως αἰσχρᾶς ἡττώμενοι· κατὰ τὸν ἴσον, οἶμαι, τρόπον καὶ οἱ τῶν Ἰουδαϊκῶν ἡγούμενοι δήμων, τῶν ὑπ' αὐτοῖς ποιμνίων ἠφειδηκότες ἁλοῖεν ἂν, καὶ ἁδρύνοντες μὲν τὸν ἑαυτῶν πλοῦτον, κατευρύνοντες δὲ ὥσπερ ἀπλήστῳ χειρὶ τὰ βαλάντια. Καὶ γοῦν ἔφασκεν ὁ Σωτὴρ, τοιούτους ὄντας ἐλέγχων· « Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον, καὶ τὸ ἄνηθον, καὶ τὸ κύμινον, καὶ ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν, καὶ τὸ ἔλεος, καὶ τὴν πίστιν. » Ἰσχνολογοῦντες γὰρ οὕτως, ὡς καὶ μέχρι τῶν εὐτελεστάτων τοῖς μὴ προσάγουσι τὰς δεκάτας κατὰ νόμον ἐπιτιμᾷν, τῶν βαρυτέρων, ἤτοι τῶν ἀναγκαιοτέρων καὶ λυσιτελῶν ὅτι μάλιστα θεσπισμάτων οὐδένα παντελῶς ἐποιοῦντο λόγον. Ὅτι δὲ ἦσαν ποιμένες οὐκ ἀγαθοὶ, μᾶλλον δὲ πρὸς μόνα βλέποντες κέρδη, σαφηνιεῖ λέγων καὶ διὰ φωνῆς Ἰεζεκιήλ· « Ὢ οἱ ποιμένες Ἰσραὴλ, μὴ βόσκουσιν οἱ ποιμένες ἑαυτούς; Οὐ τὰ πρόβατα βόσκουσιν οἱ ποιμένες; Ἰδοὺ τὸ γάλα κατεσθίετε, καὶ τὰ ἔρια περιβάλλεσθε, καὶ τὸ παχὺ σφάζετε, καὶ τὰ πρόβατά μου οὐ βόσκετε. » — « Καταβόσκετε τοίνυν, φησὶ, τὰ πρόβατα τῆς σφαγῆς, » τουτέστιν, ἢ τὰ ὅσον οὐδέπω τεθνηξόμενα τῇ Ῥωμαίων χειρί· ἤγουν ἃ ὑμεῖς αὐτοὶ σφάζετε, καίτοι τάξιν ἐπέχοντες τὴν ποιμένων. Οὐ γάρ που πάρεστιν ὁ καιρὸς, καθ' ὃν ἥξουσιν εἰς σφαγήν. Μετὰ γάρ τοι τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίαν τοῖς τῶν Ῥωμαίων ξίφεσιν ἡ τῶν Ἰουδαίων πληθὺς δεδαπάνηται, καίτοι λίαν ἐπ' αὐτοῖς ἀνεξικακήσαντος τοῦ Θεοῦ. Ὅτι δὲ τῶν ποιμένων γεγόνασι κλῆρος οἱ ὑπὸ χεῖρα λαοὶ, κατέδειξεν εἰπών· « Ἃ οἱ κτησάμενοι κατέσφαζον, καὶ οὐ κατεμέλοντο. »

A in Christum sunt debacchati : « Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania [69]? » Quando igitur dicit fremitum Jordanis, intellige spiritus, non utique fluminis, sed leonum qui juxta inveniuntur : a locis enim nonnunquam quæ in iis sunt significantur.

**758** VERS. 4, 5. *Hæc dicit Dominus omnipotens : Pascite oves occisionis, quas qui possederunt, interficiebant, et non agebant pœnitentiam, et qui vendebant eas, dicebant : Benedictus Dominus, et divites facti sumus, et pastores earum non patiebantur quidquam super eis.*

LXXVII. Ad eosdem pastores lamentantes et in-
B star leonum rugientes sermo dirigitur, quibus adhuc permittit pascere oves occisionis, tametsi negligentissime, ut qui venditis et occisis illis nec ad momentum temporis quidem dolerent. Quemadmodum enim pastores iniquiores, et solas voluptates suas spectantes, et gregis Dominum nec hili pendentes, alias oves crudeliter mactant, ferarum impetus imitantes, alias vendunt, nihil penitus, ut dixi, earum vicem dolentes, sed improbissimis quæstibus gaudentes, et cupiditati adeo turpis lucri succumbentes : eodem modo et populi Judaici gubernatores greges suos male curasse videas, et exaggerasse suas divitias, et velut inexplebili manu marsupia ingerendo dilatasse. Quocirca aiebat Salvator, tales reprehendens : « Væ vobis, Scribæ et Pharisæi hy-
C pocritæ, quia decimatis mentam, et anethum, et cyminum, et graviora legis omittitis, judicium et misericordiam, et fidem [70]. » Tam exacti enim, et minutim rationes subducentes, ut etiam rerum vilissimarum decimas secundum legis præscriptum non offerentes increparent, graviorum sive magis necessariorum et utilissimorum mandatorum Dei nullam omnino curam suscipiebant. Fuisse autem pastores non bonos, sed tantum lucra sua sectantes, declarat etiam per Ezechielem, his verbis : « O pastores Israel, num pascunt pastores semetipsos? Nonne pastores pascere solent oves? Ecce lac comeditis, et lanis operimini, et quod crassum est occiditis, et oves meas non pascitis [71]. » Inquit ergo :
D « Pascite oves occisionis, » hoc est, aut mox Romanorum manu morituras, aut quas ipsimet occiditis, quamvis pastorum ordine et loco sitis. Nondum enim adest tempus quo jugulabuntur. Post adventum namque Salvatoris, et diuturnam Dei erga illos tolerantiam, Romanorum gladiis Judæorum multitudo consumpta est. Pastorum autem sortem factam quibus præerant populos ita docet : **759** « Quas qui possederunt, interficiebant, et non agebant pœnitentiam. » Sicut enim Dominicam mente aspectabilem vineam, Israelem, inquam, sive hominem Juda, recens plantatam [72] et dilectam, suam sortem fecerunt : ita et greges quodammodo possederunt,

[69] Psal. II, 1. [70] Matth. XXIII, 23. [71] Ezech. XXXIV, 2, 3. [72] Isa. V, 7.

decerpentes eorum fructus, et rem suam semper amplificantes, volentibusque rapinam permittentes. Ergo qui possederunt occidebant : vendentes autem dicebant : « Benedictus Dominus, et divites facti sumus. » Possunt hi intelligi judices, judiciorum integritatem cauponantes, et quasi valere jubentes legem Mosis, quamvis aperte dicat : « Non accipies personam in judicio, quia judicium Dei est[73]. » Jucundum enim et amicum erat illis vendere in unaquaque causa judicium iis qui emere vellent. Id quod etiam ex vocibus sanctorum planum fiet. Ait enim quidam sanctorum prophetarum de Jerusalem : « Duces ejus cum muneribus judicabant[74]. » Divinus autem Habacuc propemodum vociferatur contra Deum : « Usquequo, Domine, clamabo, et non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, et non salvabis? Quare ostendisti mihi labores et dolores, videre miseriam et impietatem? Ex adverso mei factum est judicium, et judex accipit. Propterea dissipata est lex, et non deducitur in finem judicium, quia impius opprimit justum. Propter hoc egredietur judicium perversum[75]. » Quamobrem ex injustis quæstibus divitias congregantes, et justitiam pervertentes, et judicia in qualibet causa pretio addicentes, esse possunt judices ipsi, ut modo dixi, qui dicant : « Benedictus Dominus, et divites facti sumus. » In quo ut amentissimi et audacissimi reprehendi queant. Fingunt enim se benedicere Deo, perinde ac si ipsius concessu liceat ex iniquitatibus colligere, et e sanguinibus ditescere. Atqui ex vero officio judicia exercentes illud præstabat dicere : « Benedictus Dominus, » illustrati divinorumque mandatorum sinceri observatores comperti sumus, justam in quavis causa sententiam pronuntiantes. Est igitur dolus et dedecus speciosus sermo, nisi faciamus quæ placeant Deo.

A Ὥσπερ γὰρ δεσποτικὸν ὄντα τὸν νοητὸν ἀμπελῶνα, φημὶ δὴ τὸν Ἰσραὴλ, ἤτοι τὸν ἄνθρωπον τοῦ Ἰούδα, τὸ νεόφυτον, τὸ ἠγαπημένον, ἴδιον ἐποιήσαντο κλῆρον· οὕτω καὶ τὰ ποίμνια μονονουχὶ κατεκτήσαντο, δρεπόμενοι μὲν τοὺς ἑαυτῶν καρπούς, καὶ ἀεί πως ἐν πλεονασμοῖς τὸν ἑαυτῶν ποιοῦντες κλῆρον, ἀνιέντες δὲ τοῖς ἐθέλουσιν διαρπαγήν. Οὐκοῦν οἱ μὲν κτησάμενοι κατέσφαζον· οἱ δὲ πωλοῦντες ἔλεγον· « Εὐλογητὸς Κύριος, καὶ πεπλουτήκαμεν. » Νοηθεῖεν δ' ἂν καὶ οὗτοι κριταὶ, τὴν ἐν τοῖς κρίμασιν ὀρθότητα καπηλεύοντες, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ ἐῤῥῶσθαι φράσαντες τῷ διὰ Μωσέως νόμῳ, καίτοι λέγοντι σαφῶς· « Οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐν κρίσει, ὅτι ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ ἐστιν. » Ἦν γὰρ αὐτοῖς ἡδύ τε καὶ φίλον τὸ καταπωλεῖν τοῖς ἐθέλουσι τὴν ἐφ' ἑκάστῳ πράγ-
B ματι κρίσιν. Καὶ τοῦτο πάλιν ἡμῖν ἐναργὲς ἔσται διὰ φωνῆς ἁγίων. Ἔφη μὲν γάρ τις τῶν ἁγίων προφητῶν περὶ τῆς Ἱερουσαλήμ· « Οἱ ἡγούμενοι αὐτῆς μετὰ δώρων ἔκρινον. » Ὁ δέ γε θεσπέσιος Ἀββακοὺμ μονονουχὶ κατακέκραγε Θεοῦ, λέγων· « Ἕως τίνος, Κύριε, κεκράξομαι, καὶ οὐ μὴ εἰσακούσῃ, βοήσομαι πρὸς σὲ ἀδικούμενος, καὶ οὐ σώσεις; Ἵνα τί μοι ἔδειξας κόπους καὶ πόνους, ἐπιβλέπειν ταλαιπωρίαν καὶ ἀσέβειαν; Ἐξεναντίας μου γέγονε κρίσις, καὶ ὁ κριτὴς λαμβάνει. Διὰ τοῦτο διεσκέδασται νόμος, καὶ οὐ διεξάγεται εἰς τέλος κρίμα, ὅτι ὁ ἀσεβὴς καταδυναστεύει τὸν δίκαιον. Ἕνεκεν τούτου ἐξελεύσεται τὸ κρίμα διεστραμμένον. » Οὐκοῦν οἱ ἐξ ἀδίκων λημμάτων συναγείροντες πλοῦτον, καὶ παρ-
C ευθύνοντες μὲν τὸ δίκαιον, καταπωλοῦντες δὲ ὥσπερ τὰς ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι κρίσεις, εἶεν ἂν οἱ κριταὶ, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, αὐτοί· καί φασιν· « Εὐλογητὸς Κύριος, καὶ πεπλουτήκαμεν. » Ἀνοσιώτατοι δὲ καὶ παραβολώτατοι καὶ τοῦτο λέγοντες ἐξελέγχοιντο ἂν εἰκότως. Ὡς γὰρ Θεοῦ διδόντος ἐξ ἀδικιῶν συλλέγειν, καὶ ἐξ αἱμάτων πλουτεῖν, εὐλογεῖν ὑποπλάττονται. Ἀλλ' ἦν ἄμεινον ἐκεῖνο λέγειν, τὸ κρίνειν ὀρθῶς ἐκτετιμηκότες· « Εὐλογητὸς Κύριος· » λαμπροὶ γὰρ ἀναδεδείγμεθα, καὶ τῶν θείων θεσπισμάτων γνήσιοι φύλακες, ὀρθὴν ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι τὴν ψῆφον ἐκφέροντες. Ἀπάτη δὴ οὖν ἡ χρηστολογία καὶ μῶμος, εἰ μὴ πράττοιτο πρὸς ἡμῶν τὰ ἐφ' οἷς ἂν ἡσθείη Θεός.

VERS. 6, 7. *Propter hoc non parcam ultra super habitantes terram, dicit Dominus. Et ecce ego trado homines, unumquemque in manus proximi sui, et unumquemque in manus* **760** *regis ejus. Et concident terram, et non eruam de manu eorum, et pascam oves occisionis in Chananitide.*

LXXVIII. Minatur gregibus exitium simul... quia quamvis liceret eis sub summi universorum pastoris, Christi puta, tutelam confugere et sub ipso esse, maluerunt tamen in fidem occidentium et vendentium inscite sese tradere. Induit enim hominem unigenitum Dei Verbum : ac præterea non obscure dixit, tum eorum inscitiam, tum suam in suscepta pro nobis œconomia germanitatem ostendens : « Ego

ΟΗ'. *Διὰ τοῦτο οὐ φείσομαι οὐκ ἔτι ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν, λέγει Κύριος. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ παραδίδωμι τοὺς ἀνθρώπους, ἕκαστον εἰς χεῖρας τοῦ πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστον εἰς χεῖρας βα-*
D *σιλέως αὐτοῦ. Καὶ κατακόψουσι τὴν γῆν, καὶ οὐ μὴ ἐξέλωμαι ἐκ χειρὸς αὐτῶν, καὶ ποιμανῶ τὰ πρόβατα τῆς σφαγῆς εἰς τὴν Χαναανῖτιν*

Ἀπειλεῖ τοῖς ποιμνίοις ὄλεθρόν τε ὁμοῦ (1)..... ὅτι καίτοι μετὸν αὐτοῖς τὴν τοῦ πάντων ἀρχιποιμένος, φημὶ δὴ Χριστοῦ, χεῖρά τε ὑποδραμεῖν καὶ ὑπ' αὐτῷ γενέσθαι, μᾶλλον προσκεχωρήκασιν ἀμαθῶς τοῖς κατασφάζουσί τε καὶ καταπωλοῦσιν αὐτούς. Γέγονε μὲν γὰρ ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ δὴ καὶ ἔφασκεν ἐναργῶς, τήν τε ἐκείνων σκαιότητα κατεδεικνὺς, καὶ τῆς ἐφ' ἡμῖν οἰκονομίας

[73] Deut. I, 17. [74] Mich. III, 11. [75] Habac. I, 1-4.

(1) Etiam hoc loco parum, aut nihil desideratur ad sententiam. *Interpres.*

A τὸ γνήσιον· «Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός.» Ἰουδαῖοι δὲ οἱ τάλανες, καίτοι τῶν μισθωτῶν ποιμένων καταβοῆσαι δέον, τοῦτο μὲν οὐ δεδράκασι, τὸν δὲ ἀγαθὸν ποιμένα, τὸν ἀντάλλαγμα τῆς ἁπάντων ζωῆς τὴν ἑαυτοῦ τιθέντα ψυχὴν, κατὰ μυρίους ὅσους λελυπήκασι τρόπους, καταλεύοντες, ὀνειδίζοντες, καὶ τὸ τελευταῖον, ἀπύλωτον ἐπ' αὐτῷ διανοίγοντες στόμα. Κατακεκράγασι γὰρ ὁμοῦ τοῖς ἰδίοις καθηγηταῖς, λέγοντες τῷ Πιλάτῳ· «Αἶρε, αἶρε, σταύρου αὐτόν,» καὶ αὐτὸ δὲ τὸ δίκαιον αἷμα ταῖς σφῶν αὐτῶν ἐπηντλήκασι κεφαλαῖς. Ἔφασκον γὰρ πάλιν· «Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν.» — «Διὰ τοῦτο τοίνυν, φησὶν, οὐκέτι φείσομαι ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν.» Οὐ γὰρ ἔτι φειδοῦς ἠξίωνται παρὰ Θεοῦ· δέδονται δὲ μᾶλλον ἕκαστος εἰς χεῖρας τοῦ πλησίον αὐτοῦ, καὶ εἰς χεῖρας βασιλέως, ἤγουν ἄρχοντος αὐτοῦ. B Ἐσταυρώκασι μὲν γὰρ τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ γεγόνασι Κυριοκτόνοι, ἔμπλεῳ τε πάσης ἀνοσιότητος. Πλὴν ἐκάλει Θεὸς εἰς μετάγνωσιν, καὶ οὐκ εὐθὺς ἐπετίθει τὰ ἐξ ὀργῆς. Τριακοστοῦ δὲ ἤδη παρῳχηκότος ἔτους, μετὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρὸν, ἀπεφοίτησε μὲν εἰρήνη τῆς Ἰουδαίων χώρας, πόλεμοι δὲ ἦσαν πανταχοῦ, πόλεως ἐπὶ πόλιν ἰούσης, καὶ τῶν ἐν ἑκάστῃ τεμνομένων εἰς διαφορὰς, καὶ μαχομένων ἀλλήλοις, ὡς ἐν ἴσῳ φαίνεσθαι κακῷ τὰ παρὰ σφῶν αὐτῶν τοῖς ἐκ τοῦ πολέμου συμβεβηκόσι. Κεκρατήκασι γὰρ τῆς Ἰουδαίων χώρας οἱ ἀνδρειότατοι τῶν Ῥωμαίων στρατηγοὶ, καὶ αὐτοῖς ἀνδράσι κατεμπιπρῶντες πόλεις, τοῖς τῆς δουλείας αὐτὴν ὑπέθεσαν ζυγοῖς. C Οἱ δέ γε διαφυγεῖν ἰσχύσαντες, τὰς τῶν ἐθνῶν κατῳκήκασι χώρας, ὃ καὶ μέχρι νῦν ἔστιν ἰδεῖν. Καὶ τοῦτο οἶμαι δηλοῦν, ὅταν λέγῃ· «Ποιμανῶ τὰ πρόβατα τῆς σφαγῆς εἰς τὴν Χανανῖτιν, τουτέστιν, εἰς τὴν Χαναναίων χώραν τε καὶ γῆν. Χαναναῖοι δὲ τὰ ἔθνη, παρ' οἷς τὰ πρόβατα τῆς σφαγῆς καὶ εἰς δεῦρό πως ἔτι παρὰ Θεοῦ ποιμαίνονται, ἤγουν δοκοῦσι ποιμαίνεσθαι. Τηροῦσι γὰρ ἔτι τόν τινα κατὰ νόμον, καὶ οὐχ ὁλοτρόπως τῶν ἀρχαίων κατημεληκάτας ἐθῶν κατίδοι τις ἄν. Καὶ γοῦν περιτέμνονται τὴν σάρκα, καὶ σαββατίζουσι, καὶ ἕτερα ἅττα πρὸς τούτοις καὶ φροντίδος ἀξιοῦσι καὶ λόγου. Καὶ τοῦτο ἦν ἄρα τὸ διὰ φωνῆς προφήτου παρὰ Θεοῦ λελεγμένον· «Καὶ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς ἁγίασμα μικρὸν ἐν ταῖς χώραις, οὗ ἐὰν εἰσέλθωσιν ἐκεῖ.» Τοὺς δέ γε ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἰουδαίαν, καὶ μέντοι τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐμφυλίους πολέμους, καὶ τοὺς ἐν ἑκάστῃ πόλει, σαφῶς ἀναγέγραφεν ὁ τὰς Ἰουδαίων τραγῳδῶν συμφορὰς, Ἰώσηππος οὗτος ἦν, ἀνὴρ ἐλλόγιμος καὶ σοφός.

sum pastor bonus [76]. » Infelices autem Judæi mercenarios ut debuerunt non accusarunt: contra, bonum pastorem, qui animam suam pro ovium vita posuit [77], mille modis violarunt, lapidantes, exprobrantes, et postremo impudens os adversus ipsum aperientes. Simul enim cum primoribus suis apud Pilatum alte clamarunt: « Tolle, tolle, crucifige eum [78], » et ipsum sacrum sanguinem in capita sua hauserunt. Sic enim rursum aiebant: « Sanguis ejus super nos, et super filios nostros [79]. » Idcirco inquit: « Propter hoc non parcam ultra super habitantes terram. » Non enim amplius venia dignati sunt a Deo, sed traditi potius unusquisque in manus proximi sui, et in manus regis sive principis sui. Sustulerunt enim in crucem Emmanuelem, et interfectores Domini, ac pleni omni impietate evaserunt. Nihilominus Deus ad pœnitentiam eos vocavit, nec illico supplicio est persecutus. Tricesimo autem anno jam elapso post actum in crucem Salvatorem, pax Judæam deseruit, bellis flagrantem undique, dum urbs urbem invadit, dum cives ubique in contraria studia scinduntur, et bellis intestinis dimicant, ut invicem damni tantum, quantum ab hostibus externis acciperent. Subjugarunt enim Judæorum regionem Romanorum duces fortissimi, et incolis cum urbibus incendio deditis, servitutis eam jugo subjecerunt. Ast quibus fugæ se obtulit occasio, gentium provincias incoluerunt, quod et hodie videmus. Atque hoc, opinor, vult, cum dicit: « Pascam oves occisionis in Chananitide, » id est in Chananæorum regione ac terra. Chananæi gens est, apud quam oves occisionis ad hunc usque diem a Deo pascuntur, aut videntur saltem pasci. **761** Adhuc enim nonnulla secundum legem servant, nec priscos ritus ad unum cernuntur abjecisse. Itaque carnem circumcidunt, et Sabbatum agunt, et alia insuper cordi habent. Et hoc erat nempe a Deo per prophetam dictum: « Et ero illis in sanctificationem parvam in regionibus quo ingredientur illuc [80]. » Civilia autem bella per totam Judæam, et in urbe qualibet perspicue commemoravit Josephus, vir eloquens et eruditus, qui Judæorum calamitates tragice descripsit.

D *Καὶ λήψομαι ἐμαυτῷ δύο ῥάβδους, τὴν μὲν μίαν ἐκάλεσα Κάλλος, καὶ τὴν ἑτέραν ἐκάλεσα Σχοίνισμα, καὶ ποιμανῶ τὰ πρόβατα.*

ΟΘ'. Κατὰ πολλοὺς ἡμῖν τρόπους παρὰ ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς ἡ ῥάβδος νοεῖται. Ποτὲ μὲν γὰρ σημαίνει τὴν βασιλείαν, ὡς ὅταν λέγηται τῷ Χριστῷ· «Ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου.» Ποτὲ δὲ ἰσχὺν, ὡς ἔν γε τῷ φάναι· «Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι Κύριος ἐκ Σιών.» Ἐκλαμβάνεται δὲ καὶ παιδεία, καὶ ἐπιστήμη ἔσθ' ὅτε ποιμαν-

*Et assumam mihi duas virgas, unam vocavi Decorem, et alteram vocavi Funiculum, et pascam oves.*

LXXIX. In divinis Scripturis variam notionem habet vocabulum *virga*. Aliquando enim regnum significat, ut cum Christo dicitur: « Virga directionis virga regni tui [81]. » Aliquando robur seu vires, ut ibi: « Virgam virtutis emittet Dominus ex Sion [82]. » Exponitur item nonnunquam institutio, et scientia pastoritia. Itaque rursum voce prophetæ Filio dici-

[76] Joan. x, 11. [77] ibid. 15. [78] Joan. xix, 15. [79] Matth. xxvii, 25. [80] Ezech. xi, 16. [81] Psal. xliv, 7. [82] Psal. cix, 2.

tur : « Pasce populum tuum in virga [83]. » Cæterum A in verbis recitatis, virgæ modos pastoralis scientiæ geminumque genus laudabilis institutionis significant. Assumit autem virgas « pastor bonus, qui ponit animam suam pro ovibus, » id est Christus, ut in ipsis pascat oves suas. Olim enim (puta antequam hominis natura se vestiret), cum esset Deus et legislator, ex Deo Λόγος Verbum pascebat Israelem, veluti una virga legali institutione utens. Sic enim per prophetam eum alicubi alloquitur : « Ego pascebam te in solitudine [85]. » Ast postquam nostri similis factus est homo [86], duas virgas assumpsit. Pascit enim, ut adoratores suos, per fidem nimirum justificatos et sanctificatos in spiritu legalibus simul et evangelicis præceptis, non ad boves immolandos impellens, neque ut oblationibus secun- B dum legem studeamus nos docens, sed jubens potius, uti cultum in spiritu tanquam incruentum sacrificium celebremus. Conversa est enim et mutata umbra in veritatem : et quæ in figura fiebant, characterem, et formam elegantiæ **762** Christianæ, et evangelicæ vitæ induerunt. Nomina præterea virgis sunt, uni quidem Decor quæ est Testamentum Novum, pulchrum et admiratione dignum, quod ipse Filius locutus est, « Speciosus præ filiis hominum [87]; » alteri Funiculus, id est, pars, ut intelligamus legem solitam erudire separatum Deo funiculum. Scriptum est enim : « Quando dividebat Altissimus gentes, ut dispergeret filios Adam, constituit terminos gentium juxta numerum angelorum Dei, et fuit pars Domini populus ejus Jacob, funi- C culus hæreditatis ejus Israel. » Hisce igitur duabus virgis magnus pastorum princeps oves suas pasturum spondet ; et vero spopondit. In unam quippe caulam qui ex Israel, et qui ex gentibus erant conduxit, et illis legalem evangelicamque doctrinam in nutrimentum apponit, et quasi quamdam spiritualem herbam fruendam suppeditat, et affatim eos saginat.

A τική. Εἴρηται γοῦν πάλιν διὰ φωνῆς προφήτου πρὸς τὸν Υἱόν· « Ποίμαινε λαόν σου ἐν ῥάβδῳ. » Ἀλλ' ἔν γε τοῖς προειρημένοις σημαίνουσιν αἱ ῥάβδοι τρόπους ἡμῖν ποιμενικῆς ἐπιστήμης, καὶ διττὸν παιδεύσεως εἶδος, κατά γε τὸ ἀμωμήτως ἔχειν δοκοῦν. Δέχεται δὲ τὰς ῥάβδους « ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θεὶς ὑπὲρ τῶν προβάτων, » τουτέστι, Χριστὸς, ἵνα ἐν αὐταῖς καταποιμάνῃ τὰ ἴδια πρόβατα. Πάλαι μὲν γὰρ (τουτέστι, καὶ πρὸ τῶν τῆς ἐνανθρωπήσεως χρόνων) Θεὸς ὢν, καὶ νομοθέτης, ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος κατέβοσκε τὸν Ἰσραὴλ, οἱονεὶ ῥάβδῳ μιᾷ χρώμενος, τῇ κατὰ νόμον παιδείᾳ. Ἔφη γάρ που διὰ προφήτου φωνῆς πρὸς αὐτόν· « Ἐγὼ ἐποίμαινόν σε ἐν τῇ ἐρήμῳ. » Ἐπειδὴ δὲ γέγονε καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, δύο δέχεται ῥάβδους. Κατανέμει γὰρ ὥσπερ B τοὺς ἰδίους προσκυνητὰς, τοὺς διὰ πίστεως δηλονότι δεδικαιωμένους, καὶ ἡγιασμένους ἐν πνεύματι, νομικοῖς τε ἅμα καὶ εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασιν, οὐ βουθυτεῖν ἀναπείθων, οὔτε μὴν ταῖς κατὰ νόμον προσαγωγαῖς προσκεῖσθαι διδάσκων· ποιεῖσθαι δὲ μᾶλλον προστεταχὼς τῆς ἐν πνεύματι λατρείας τὴν δύναμιν εἰς ἀναιμάκτου θυσίας τρόπον. Μετατέθειται γὰρ ἡ σκιὰ πρὸς ἀλήθειαν, καὶ μετακεχάρακται τὰ ἐν τύποις εἰς ἀστειότητα πολιτείας τῆς ἐν Χριστῷ τε καὶ εὐαγγελικῆς. Ὀνόματα δὲ καὶ ταῖς ῥάβδοις, τῇ μὲν μιᾷ Κάλλος, ἥτις ἐστὶ Διαθήκη Νέα, καλὴ καὶ ἀξιοθαύμαστος, ἣν αὐτὸς λελάληκεν ὁ Υἱὸς, « Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· » ἤ γε μὴν ἑτέρα Σχοίνισμα, τουτέστι μερὶς, ἵνα νοῶμεν τὸν νόμον, τὸ ἀφορισθὲν τῷ Θεῷ σχοίνισμα παιδαγωγεῖν C εἰωθότα. Γέγραπται γάρ· « Ὅτε διεμέριζεν Ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ, καὶ ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. » Ταύταις δὴ οὖν ταῖς δυσὶ ῥάβδοις ὁ μέγας ἀρχιποίμην κατανεμήσειν ἐπαγγέλλεται τὰ αὐτοῦ πρόβατα, καὶ ἀτρεκὴς ὁ λόγος. Συνεκόμισε γὰρ εἰς μίαν αὐλὴν τούς τε ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ μέντοι τοὺς ἐξ ἐθνῶν, νομικήν τε ἅμα καὶ εὐαγγελικὴν παίδευσιν αὐτοῖς παρατιθεὶς εἰς τροφὴν, καὶ οἷά τινα πόαν πνευματικὴν χορηγῶν εἰς μέθεξιν, καὶ καταπιαίνων πλουσίως.

VERS. 8, 9. *Et auferam tres pastores in mense uno, et gravabitur anima mea super eos. Etenim animæ eorum rugiebant super me. Et dixi : Non pascam vos. Quod moritur moriatur, et quod deficit deficiat, et reliqua devorent, unusquisque carnes proximi sui.*

*Καὶ ἐξαρῶ τοὺς τρεῖς ποιμένας ἐν μηνὶ ἑνὶ, καὶ βαρυνθήσεται ἡ ψυχή μου ἐπ' αὐτούς. Καὶ* D *γὰρ αἱ ψυχαὶ αὐτῶν ἐπωρύοντο ἐπ' ἐμέ. Καὶ εἶπα· Οὐ ποιμανῶ ὑμᾶς. Τὸ ἀποθνῆσκον ἀποθνησκέτω, καὶ τὸ ἐκλεῖπον ἐκλιπανέτω, καὶ τὰ κατάλοιπα κατεσθιέτωσαν, ἕκαστος τὰς σάρκας τοῦ πλησίον αὐτοῦ.*

LXXX. Dante enim se jam in conspectum vero et bono pastore, æquissimum erat utique, imo et necessarium mercenarios et falsos pastores removeri, hoc est, Judæorum secundum legem duces et magistros : quorum alii occidebant oves, nec agebant pœnitentiam : alii eas vendentes dicebant : « Benedictus Dominus, et jam divites facti sumus. » Jam vero quos nomine trium pastorum appellet, et

Π'. Ἀναδειχθέντος γὰρ ἤδη τοῦ ἀληθινοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ ποιμένος, ἦν δήπου καὶ μάλα εἰκὸς, μᾶλλον δὲ ἤδη καὶ ἀναγκαῖον, ἐκ μέσου γενέσθαι λοιπὸν τοὺς μισθωτοὺς καὶ ψευδοποίμενας, τουτέστι, τοὺς τῶν Ἰουδαίων κατὰ νόμον καθηγητάς· ὧν οἱ μὲν κατέσφαζον τὰ πρόβατα, καὶ οὐ μετεμέλοντο· οἱ δὲ δὴ πωλοῦντες αὐτὰ ἔλεγον· « Εὐλογητὸς Κύριος, καὶ πεπλουτήκαμεν. » Εἶτα τί δή ποτε καὶ φαίη τις ἂν

[83] Mich. VII, 14. [84] Joan. X, 15. [85] Osee XIII, 5. [86] Philipp. II, 7. [87] Psal. XLIV, 3. [88] Deut. XXXII, 8, 9.

ποιμένας αὐτοὺς ὀνομάζει τρεῖς, τίνα δὲ τρόπον ἐξαίρονται, καθά φησιν, ἐν μηνὶ ἑνὶ, φέρε δὴ λέγωμεν, τὰ ἐκ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων παρατιθέντες εἰς πίστιν. Οἶμαι δὴ οὖν, ὅτι τρεῖς ὀνομάζει ποιμένας, τούς τε κατὰ νόμον ἱερατεύοντας, καὶ τοὺς τεταγμένους κριτὰς τοῦ λαοῦ· καὶ προσέτι τούτοις τοὺς γραμματοεισαγωγεῖς, ἤτοι τοὺς νομικούς· κατέβοσκον γὰρ οὗτοι τὸν Ἰσραήλ. Καὶ οἱ μὲν ἱερωσύνης ἔχοντες δόξαν, ἐκ μόνης ἦσαν τῆς φυλῆς Λευΐ, καὶ περὶ αὐτῶν ἔφη Μαλαχίας· « Χείλη ἱερέως φυλάξεται κρίσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ στόματος αὐτοῦ. » Οἱ δὲ δὴ λαχόντες τοῦ κρίνειν τὴν ἐξουσίαν, ἀπόλεκτοι μὲν καὶ αὐτοὶ, πλὴν ἐκ πάσης ἀνεδείκνυντο φυλῆς. Κατὰ τὸν ἴσον δὲ, οἶμαι, τρόπον καὶ οἱ γραμματοεισαγωγεῖς, ἤγουν, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, οἱ νομικοὶ, τοῖς εἰς τὸ κρίνειν τεταγμένοις ἀεὶ προσεδρεύοντες, καὶ τὰ τοῦ νόμου γράμματα παρακομίζοντες εἰς ἀπόδειξιν τὴν ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι. Ὅτι μὲν οὖν, ὡς ἔφην, τῶν θείων μυστηρίων οἱ ἱερουργοὶ ἐκ μόνης ἦσαν τῆς τοῦ Λευΐ φυλῆς, οὐδενὸς ἂν δέοιτο πρὸς ἀπόδειξιν λόγου. Ὅτι δὲ ἐκ πάσης φυλῆς ἀπόλεκτοι οἱ κρίνοντες, ὡς νομομαθεῖς, ἐλαμβάνοντο, πληροφορήσει λέγων ὁ μακάριος Μωσῆς ἐν τῷ Δευτερονομίῳ τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· « Κριτὰς καὶ γραμματοεισαγωγεῖς καταστήσεις ἑαυτῷ ἐν πάσαις ταῖς πόλεσί σου, αἷς Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι κατὰ φυλὰς, καὶ κρινοῦσι τὸν λαὸν κρίσιν δικαίαν. Οὐκ ἐκκλινοῦσι κρίσιν, οὐκ ἐπιγνώσονται πρόσωπον, οὐδὲ λήψονται· τὰ γὰρ δῶρα ἐκτυφλοῦσιν ὀφθαλμοὺς σοφῶν, καὶ ἐξαίρει λόγους δικαίων. » Τρεῖς οὖν ἄρα ποιμένες, ἱερεῖς τε καὶ κριταὶ καὶ τῶν νομικῶν γραμμάτων ἐπιστήμονες, τουτέστιν οἱ νομικοί.

Εὑρήσομεν δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν ταλανίζοντα διῃρημένως Φαρισαίους τε καὶ Γραμματεῖς καὶ νομικούς. Ἔφασκε γάρ· « Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι. » Ταῦτα δὲ λέγοντι προσηπήντα τις αὐτῷ τῶν νομικῶν, λέγων· « Διδάσκαλε, ταῦτα λέγων καὶ ἡμᾶς ὑβρίζεις. Ὁ δὲ εἶπε, φησί· Καὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς Οὐαὶ, ὅτι φορτίζετε τοῖς ἀνθρώποις φορτία δυσβάστακτα, καὶ αὐτοὶ ἑνὶ τῶν δακτύλων ὑμῶν οὐ προσψαύετε αὐτοῖς. » Οἶδα μὲν οὖν ὅτι καὶ οἱ βασιλεύοντες κατὰ καιροὺς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς τάξιν ἀπεπλήρουν ποιμένων τοῖς ὑπὸ χεῖρα λαοῖς. Ἐπειδὴ δὲ γεννηθέντος Χριστοῦ τὸ τῶν βασιλέων ἐκλελοίπει γένος, ἤγουν ἐκβέβλητο τῆς ἡγεμονίας (ἦρχον γὰρ τῆς Ἰουδαίας τηνικάδε Ἡρώδης τε Ἀντιπάτρου παῖς Ἀσκαλωνίτης, καὶ Πόντιος Πιλᾶτος), σεσιγήκαμεν ἀναγκαίως τοὺς ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς. Ὅτι γὰρ ἐκλελοίπεισαν γεννηθέντος Χριστοῦ, πληροφορήσει τὸ γεγραμμένον· « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. » Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἀφῖκτο, καὶ γεγέννητο λοιπὸν ἡ τῶν ἐθνῶν προσδοκία, τουτέστι Χριστὸς, « ἐκλέλοιπεν ἀναγκαίως ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ. » Τρεῖς δὲ οὖν, ὡς ἔφην, ποιμένες, ἱερεῖς τε καὶ κριταὶ, καὶ

A quonam modo auferantur, ut dicit, mense uno, age ad fidem conciliandam locis e sacra Scriptura prolatis disseramus. Existimo igitur tres pastores nominari : et sacerdotio fungentes secundum legem, et judices populi constitutos, et præter hos sacrarum Litterarum interpretes, aut legum peritos ; hi siquidem Israelem pascebant. Et quidem qui sacerdotii honores gerebant, ex sola tribu Levi genus ducebant, ac de iis dictum est a Malachia : « Labia sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus [89]. » Qui autem judicandi potestatem obtinebant, ipsi quoque delecti, verum ex omni tribu creabantur. Ad eumdem modum sacrarum Litterarum interpretes, sive, ut modo dixi, **763** legisperiti, qui judicibus semper assidentes, in unaquaque B causa verba legis ad confirmationem adducebant. Ministros igitur sacros divinorum mysteriorum ex sola tribu Levi prodiisse, demonstrare nihil attinet. Ex omnibus autem tribubus selectos fuisse judices, ut etiam legis gnaros, docebit plane Moses in Deuteronomio, ita dicens filiis Israel : « Judices et magistros constitues tibi in omnibus urbibus tuis, quas Dominus Deus tuus dat tibi per tribus, et judicabunt populum judicium justum. Non declinabunt judicium justum, non cognoscent personam, neque accipient munera : nam munera excæcant oculos sapientum , et tollunt verba justorum [90]. » Tres igitur pastores sunt sacerdotes, et judices, et legum docti.

C Palam porro est et Dominum nostrum Jesum Christum deplorasse distincte Pharisæos et Scribas et legisperitos. Sic namque ait : « Væ vobis, Scribæ et Pharisæi [91]. » Hæc dicentem quidam his verbis interpellavit : « Magister, hæc dicens etiam nobis injuriam facis. At ille ait, inquit : Et vobis legisperitis væ, quia oneratis homines oneribus quæ portare non possunt, et ipsi uno digito vestro non tangitis ea [92]. » Non me fugit etiam aliquando reges Hierosolymis de tribu Juda subjecto populo pastorum munus præstitisse [93]. At postquam Christo nato, genus regum defecit, seu principatu ejectum est ( regnabant enim tunc in Judæa Herodes Antipatri filius Ascalonita, et Pontius Pilatus), de tribu Juda reges nullos nominamus. Defecisse enim illos Chri- D sto in lucem edito, certum est e Scriptura. « Non deficiet princeps ex Juda, et dux de femoribus ejus, donec veniant reposita ei, et ipse exspectatio gentium [94]. » Quocirca postquam advenit, et nata est de cætero exspectatio gentium, id est Christus, necessario « princeps ex Juda, et dux ex femoribus ejus defecit. » Tres itaque pastores, ut dixi, sunt sacerdotes, judices, legis doctores, qui et principatum suum, sive ordinem et locum usque ad tempora adventus Christi tenuerunt. Hi summo jure aufe-

[89] Malach. II, 7. [90] Deut. XVI, 18, 19. [91] Luc. XI, 43. [92] ibid. 45, 46. [93] IV Reg. XXIII, 35. [94] Gen. XLIX, 10.

ΠΗ'. Ὅτι καὶ πάντα κατευνάσει πόλεμον, καὶ ἀπράκτους ἀποφανεῖ τὰς τῶν διωκόντων ἐφόδους, δίδωσι νοεῖν, ἵππον καὶ ἀναβάτην πατάξειν εἰπὼν ἐν ἐκστάσει τε καὶ παραφρονήσει, καὶ μὴν καὶ ἀποτυφλώσει. Ἔστι δὲ, οἶμαι, ταυτὸν τὸ παθεῖν τὴν ἔκστασιν, καὶ τὸ ὑπομεῖναι τὴν παραφρόνησιν. Τὸ γὰρ ἔξω γενέσθαι φρενὸς, ἔκστασις ἂν νοοῖτο, καὶ μάλα εἰκότως. Οὗ δὴ γεγονότος, καὶ τοῖς φονῶσι συμβεβηκότος, περιέσται που πάντως τοῖς ἁγίοις εἰπεῖν περὶ τῶν σφισι μεμαχημένων· « Οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν ἀνόητοι. » Καὶ μὴν καί· « Οὗτοι ἐν ἅρμασι, καὶ οὗτοι ἐν ἵπποις, ἡμεῖς δὲ ἐν ὀνόματι Κυρίου Θεοῦ ἡμῶν μεγαλυνθησόμεθα. Αὐτοὶ συνεποδίσθησαν, καὶ ἔπεσον· ἡμεῖς δὲ ἀνέστημεν, καὶ ἀνωρθώθημεν. » Παραφρονήσειε δ' ἂν καὶ ἑτέρως, ὁ ταῖς τῶν ἁγίων ἀνεξικακίαις ἀνοσίως ἐπιπηδῶν, καὶ ἀδόκητον ὑπομενεῖ τὴν ἔκστασιν, ἤτοι τὸ θαῦμα, τεθεαμένος ὅτι νικῶσιν ἐν συμφοραῖς, καὶ φανοῦνται πεσόντες, καὶ ὅτε ἡττῆσθαι δοκεῖεν, τότε δὴ μάλιστα κρατοῦσι μειζόνως· εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὡς ἔν γε δὴ μάλιστα τῷ παθεῖν αὐτοὺς ὁρῶνται εὐκλεεῖς, καὶ τῷ μεγέθει τῶν πόνων συμπαρομαρτοῦσαν ἔχουσι τὴν ἄνωθεν χάριν. Εἶτα πῶς οὐκ ἂν καταπλήξειαν τοὺς μεμαχημένους οἱ μακάριοι μάρτυρες, καὶ αὐτὸν νικῶντες τὸν Σατανᾶν, καὶ πονηροῖς μὲν, καὶ ἀκαθάρτοις ἐπιτιμῶντες πνεύμασι, πολὺ δὲ τὸ θαῦμα τῆς ἐνούσης εὐκλείας αὐτοῖς ἐνιέντες ἔσθ' ὅτε καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀνῃρηκόσιν; Οὐκοῦν ἱππότην τε ἅμα καὶ ἵππον πατάξειν ἐπαγγέλλεται· ἵνα νοῶμεν τὰς τῶν πολεμίων φάλαγγας, ταῖς τῶν ἁγίων ἐπιεικείαις ἀντιτεταγμένας. Ἐπὶ δὲ τὸν οἶκον Ἰούδα ἀνοίξειν ἔφη τοὺς ὀφθαλμούς. Καὶ Ἰούδαν μὲν ἐν τούτοις τὸν ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ τῆς Ἰούδα φυλῆς πεφηνότα Χριστὸν ὀνομάζει, οἶκον δὲ αὐτοῦ τὴν Ἐκκλησίαν, ἤτοι τῶν ἐν πίστει δεδικαιωμένων τὴν ἁγίαν πληθύν. Τὴν δέ γε τῶν ὀφθαλμῶν διάνοιξιν ἐκεῖνο οἶμαι δηλοῦν, ὅτι πολὺ λίαν ἀμφιλαφῆ, καὶ οἷον ὅλῳ βλέμματι κατασκέψεται, σημεῖον δ' ἂν γένοιτο τοῦτο σαφὲς τῆς ἐπ' αὐτῆς εὐμενείας, καὶ μέν τοι φειδοῦς, καὶ ἀγάπης. Γέγραπται γὰρ ὅτι « Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους. » Καὶ οὓς ἂν ἐπιβλέψειε, τούτους δὴ πάντως τρισμακαρίους ἀποδείκνυσιν, εἴπερ ἔστιν εἰπεῖν οὐ διεψευσμένως, ὡς κολάζει μὲν ταῖς ἀποστροφαῖς τὸν ὑβριστήν τε καὶ ἀλιτήριον, κατευφραίνει γε μὴν ταῖς ἐπισκέψεσι τὸν εὐσεβῆ, καὶ φιλάρετον. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀποστροφῆς ζημίαν, καὶ τὸ ἐκ τῆς ἐπιστρέψεως κέρδος ἐμφανὲς καθιστὰς, ποτὲ μὲν ἔφασκε· « Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ μὴ ἐκκλίνῃς ἐν ὀργῇ ἀπὸ τοῦ δούλου σου· » ποτὲ δὲ δὴ αὖ· « Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με. » Ἕψεται γὰρ ταῖς ἀποστροφαῖς ὁ θυμὸς, καὶ τὰ ἐξ αὐτοῦ συμβαίνοντα· τῷ γε μὴν ἐπιβλέψαι τὸ χρῆναι λαβεῖν τὸν ἔλεον.

VERS. 4. *In die illa, dicit Dominus omnipotens, percutiam omnem equum in stupore, et ascensorem ejus in amentia: super domum autem Juda aperiam oculos meos, et omnes equos populorum percutiam in cæcitate.*

**775** LXXXVIII. Compositurum omne bellum, hostilesque incursus persecutorum inefficaces et inanes redditurum monet, dum dicit, equum et ascensorem percussurum in stupore et amentia et cæcitate insuper. Est autem, ut arbitror, idem, stuporem pati et amentem esse. Nam discessio a mente non male stupor intelligi queat. Quod cum factum fuerit, et in cæde grassantibus contigerit, licebit omnino sanctis dicere de oppugnatoribus suis: « Inimici nostri insipientes [81]. » Atque etiam illa: « Hi in curribus, et hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri magnificabimur. Ipsi infirmati sunt et ceciderunt; nos autem surreximus et erecti sumus [82]. » Alio item modo desipuerit sanctorum tolerantiæ insultans impie et in improvisum stuporem, sive admirationem incidet, cum viderit eos calamitatibus nullis cedere et coronari cadentes, ac tum maxime vincere, et majores reportare victorias, cum victi potuissent apparere: siquidem certum est eos potissimum in patiendo inclytos conspici, et magnitudini laborum comitem habere cœlestem gratiam. Deinde, quinam oppugnatores suos non obstupefaciant beati martyres, qui ipsum quoque Satanam pessumdant, malignosque et immundos spiritus increpant, et nonnunquam magna gloriæ suæ admiratione ipsos etiam interfectores suos afficiunt? Quare equitem simul et equum percussurum se promittit, ut hostium phalangas sanctorum virtuti adversantes intelligamus. Super domum autem Juda aperturum se oculos ait. Judam hoc loco de radice Jesse et tribu Juda Christum exsistentem nominat, domum autem ejus Ecclesiam, sive in Christo justificatorum sanctam multitudinem. Aperiri autem oculos illud sibi velle existimo, quod amplissime et toto velut aspectu respiciet, quod suæ erga illam benevolentiæ, ac præterea indulgentiæ et charitatis indubitatum erit indicium. Scriptum est enim: « Oculi Domini super justos [83]. » Et quos respexerit, eos plane beatissimos efficit; quandoquidem non false dici potest, eum aversionibus suis superbum et peccatorem punire, visitationibus autem pium et virtutis studiosum exhilarare. Quare divinus item David, et ex aversione damnum, et ex conversione commodum **776** manifestans, aliquando dicebat: « Ne avertas faciem tuam a me, et ne declines in ira a servo tuo [84]; » aliquando rursum: « Respice in me, et miserere mei [85]. » Aversionem namque ira, et quæ ab irato infliguntur pœnæ, respectum autem adeptio misericordiæ comitatur.

[81] Psal. xxvi, 2. [82] Psal. xix, 8, 9. [83] Psal. xxxiii, 16. [84] Psal. xxvi, 9. [85] Psal. xxiv, 16.

VERS. 5. *Et dicent tribuni Juda omnes in cordibus suis : Inveniemus nobis habitantes Jerusalem, in Domino omnipotente Deo eorum.*

LXXXIX. Chiliarchas, seu tribunos Juda sanctos apostolos appellatos asseveramus, delectos tanquam duces a Christo, et principatum in Judam adeptos, hoc est, in eos qui ad confitendum et laudandum vocati sunt : Judas enim *laus* redditur : qui ex gentibus utique fuerint, quibus et divinus cantor mandat, uti Emmanuelem celebrent, dicens in spiritu : « Benedicite, gentes, Deum nostrum, et auditam facite vocem laudis ejus [56]. » Judas igitur hoc loco sunt per fidem ad laudationem et confessionem vocati : tribuni vero ipsis constituti, centuriones et duces, divini discipuli. Observare est ergo eos Salvatoris adoratoribus velut quibusdam militibus acclamantes et dicentes : « State igitur succincti lumbos vestros in veritate, et induti loricam justitiæ, et calceati pedes in præparationem Evangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo poteritis omnia tela nequissimi ignita exstinguere [57]. » Sunt ergo divini discipuli tribuni, et convenientissime, « Qui et dicent, inquit, in cordibus suis : Inveniemus nobis ipsis habitantes in Jerusalem. » Desiderabant enim sancti discipuli vere sanctam Jerusalem, id est, Ecclesiam, repletam cerni adoratoribus, et veluti urbem quamdam incolarum frequentia insignem meritissime gloriari. Quocirca promulgabant fidem, evangelizantes Jesum, signisque et prodigiis dicta sua confirmantes. Verumtamen non persuadebant. Obdurabat enim populus inflexibilis, et velut equus indomitus frena recusabat. Idcirco deinceps sanctæ civitatis habitatores in « Domino omnipotente Deo ipsorum, » hoc est, in Christo, sibi quærebant. Quin et ad gentes convertebantur, Judæorum populo occinentes : **777** « Vobis oportebat primum loqui verbum Dei. Quoniam autem repellitis illud, et indignos vos judicatis vita æterna, ecce convertimur ad gentes : sic enim nobis mandavit Deus [58]. » Inde cives Ecclesiæ conquisierunt, cujus et divinus David meminit, inquiens : « Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei [59]. » Iis quæsitis, propter numerum multitudinemque innumerabilem ditati sunt. Quin et aiunt sanctæ civitati : « Dilata locum tentorii tui, et tabernaculorum tuorum. Fige, ne parcas. Protende funiculos tuos et clavos tuos, conforta adhuc in dextris, et in sinistra extende [60]. » Illa vero multitudine incolarum suorum exsultat, et quasi admirans suorum filiorum frequentiam, ait : « Ego autem sine filiis, et vidua ; istos vero quis genuit mihi ? isti autem ubi mihi erant [61] ? »

A *Καὶ ἐροῦσιν χιλίαρχοι Ἰούδα πάντες ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν· Εὑρήσομεν ἑαυτοῖς τοὺς κατοικοῦντας ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἐν Κυρίῳ παντοκράτορι Θεῷ αὐτῶν.*

ΠΘ'. Χιλιάρχους μὲν Ἰούδα τοὺς ἁγίους ἀποστόλους κατωνομάσθαι φαμὲν, τοὺς οἷον ἐν τάξει τῇ τῶν στρατηγῶν κεχειροτονημένους παρὰ Χριστοῦ, καὶ καθηγεῖσθαι λαχόντας τοῦ Ἰούδα, τουτέστι τῶν κεκλημένων εἰς ἐξομολόγησίν τε καὶ αἶνον· *αἶνος* γὰρ ὁ Ἰούδας ἑρμηνεύεται. Εἶεν δ' ἂν οὗτοι πάντες οἱ ἐξ ἐθνῶν, οἷς καὶ τὸ χρῆναι δοξολογεῖν τὸν Ἐμμανουὴλ ὁ θεσπέσιος Μελῳδὸς ἐπιτάττει λέγων ἐν πνεύματι· « Εὐλογεῖτε, ἔθνη, τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ ἀκουτίσασθε τὴν φωνὴν τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ. » Ἰούδας τοίνυν ἐν τούτοις οἱ διὰ πίστεως κεκλημένοι πρὸς αἴνεσίν τε B καὶ ἐξομολόγησιν· χιλίαρχοί γε μὴν οἱ ἐπ' αὐτοῖς τεταγμένοι, ταξίαρχοί τε καὶ ἡγεμόνες, οἱ θεσπέσιοι μαθηταί. Ἔστι γοῦν ἰδεῖν οἷά τισι στρατιώταις, τοῖς τοῦ Σωτῆρος προσκυνηταῖς διακεκραγότας τε καὶ λέγοντας· « Στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, καὶ ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, ἐπὶ πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, ἐν ᾧ δυνήσεσθε πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι. » Χιλίαρχοι δὴ οὖν, καὶ μάλα εἰκότως, οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, « Οἳ καὶ ἐροῦσι, φησὶν, ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν· Εὑρήσομεν ἑαυτοῖς τοὺς κατοικοῦντας ἐν Ἱερουσαλήμ. » Ἐπεθύμουν μὲν γὰρ οἱ θεσπέσιοι μαC θηταὶ τὴν ἁγίαν ὄντως Ἱερουσαλὴμ, τουτέστι, τὴν Ἐκκλησίαν μεμεστωμένην ὁρᾶσθαι προσκυνητῶν, καὶ οἷά τινα πόλιν περιφανῆ πληθύϊ τῶν ἐνοικούντων αὐτὴν εὖ μάλα κατασεμνύνεσθαι. Καὶ γοῦν διεκήρυττον τὴν πίστιν, εὐαγγελιζόμενοι τὸν Ἰησοῦν, σημείοις τε καὶ τέρασιν ἐπισφραγίζοντες τοὺς ἑαυτῶν λόγους. Πλὴν οὐκ ἔπειθον· μεμένηκε γὰρ σκληρός τε καὶ ἀκαμπὴς, καὶ οἷον ἵππος ἐξήνιος. Ταύτῃ τοι λοιπὸν ἐζήτουν ἑαυτοῖς τοὺς κατοικοῦντας τὴν ἁγίαν πόλιν « ἐν Κυρίῳ παντοκράτορι Θεῷ αὐτῶν, » τουτέστι ἐν Χριστῷ. Καὶ δὴ καὶ ἐτράποντο πρὸς τὰ ἔθνη, τοῖς Ἰουδαίων δήμοις ἐπιφωνήσαντες· « Ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαληθῆναι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ D ἔθνη· οὕτω γὰρ ἡμῖν ἐντέταλται ὁ Θεός. » Ἐκεῖθεν ἐζήτησαν τοὺς τῆς Ἐκκλησίας πολίτας, ἧς καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ διαμέμνηται, λέγων· « Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ. » Ζητήσαντες δὲ πεπλουτήκασι, συνεκόμισάν τε πληθὺν τὴν ἀριθμοῦ κρείττονα. Καὶ δὴ καί φασι τῇ ἁγίᾳ πόλει· « Πλάτυνον τὸν τόπον τῆς σκηνῆς σου, καὶ τῶν αὐλαιῶν σου. Πῆξον, μὴ φείσῃ. Μάκρυνον τὰ σχοινίσματά σου, καὶ τοὺς πασσάλους σου, κατίσχυσον ἔτι εἰς τὰ δεξιὰ, καὶ εἰς τὰ ἀριστερὰ ἐκπέτασον. » Ἡ δὲ τῷ πλήθει τῶν κατοικούντων αὐτὴν ἐπιγάννυται, μόνον δὲ οὐχὶ καταθαυμάζουσα τῶν ἰδίων τέκνων τὴν ὁμήγυριν, φησίν· « Ἐγὼ δὲ ἄτεκνος, καὶ χήρα· τούτους δὲ τίς ἐγέννησέ μοι; οὗτοι δέ μοι ποῦ ἦσαν; »

VERS. 6. *In die illa ponam tribunos Juda sicut*

*Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ θήσομαι τοὺς χιλιάρχους*

[56] Psal. LXV, 8. [57] Ephes. VI, 14-18. [58] Act. XIII, 46, 47. [59] Psal. LXXXVI, 3. [60] Isa. LIV, 2, 3. [61] Isa. XLIX, 21.

*'Ιούδα ὡς δαλὸν πυρὸς ἐν ξύλοις, καὶ ὡς λαμπάδα πυρὸς ἐν καλάμῃ, καταφάγονται ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων πάντας τοὺς λαοὺς κυκλόθεν.*

ϟʹ. Χιλιάρχους μὲν Ἰούδα, καθάπερ ἤδη προεῖπον, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, ἢ καὶ ἅπαντας ἁπλῶς τοὺς τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν ἡγουμένους ἀποκαλεῖ. Κατευμεγεθήσειν τε οὕτω τῆς τῶν ἐθνῶν καρδίας τὸν παρ' αὐτῶν ἔφη λόγον, ἤγουν τὴν μυσταγωγίαν, ὡς δοκεῖν δαλὸν μὲν ξύλοις ἐμπεπτωκέναι, λαμπάδα γε μὴν εἰς καλάμην τὴν εὐκατάπρηστον. « Καταφάγονται γάρ, φησί, πάντας τοὺς λαοὺς ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων κυκλόθεν, » τουτέστιν οὗπερ ἂν ἰέναι βούλωνται, πάντῃ τε καὶ πάντως ἐκεῖ δυνήσονται, καλοῦντες εἰς αἴσθησιν, καί, οἷον πυρὶ τῷ θείῳ καὶ νοητῷ, καταθάλποντες τοὺς ἀπεψυγμένους. Ἔφη τι τοιοῦτον ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, καὶ πρὸς τὸν μακάριον προφήτην Ἰερεμίαν· « Ἰδοὺ δέδωκα τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα σου πῦρ, καὶ τὸν λαὸν τοῦτον ξύλα, καὶ καταφάγεται αὐτούς, » ἀντὶ τοῦ, Καλέσει πρὸς αἴσθησιν, καὶ ἀπεψυγμένους εἰς ἁμαρτίαν, θερμοὺς δὴ πάλιν ἀποτελέσει τῷ πνεύματι. Ἀπέψυκται μὲν γὰρ ἡ τῶν πλανωμένων καρδία, καὶ νεκρὸν ἔχουσι τὸν νοῦν, προσκυνοῦντες τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα Θεὸν, λίθοις τε καὶ ξύλοις ἀνατιθέντες τὸ σέβας. Ἀλλ' οἵ γε τοιοίδε ζέοντες, ὡς ἔφην, ἀποτελοῦνται τῷ πνεύματι, θερμοὶ πρὸς δικαιοσύνην, καὶ καθά φησιν ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης, « Πνεύματι ἁγίῳ, καὶ πυρὶ τῷ νοητῷ βαπτίζονται, » καθάπερ τινὰ συρφετὸν δαπανᾷν εἰωθότι, τὴν ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς ἐνιζήσασαν ἁμαρτίαν, καὶ τοὺς τῆς φιλοσαρκίας ἐκτήκοντι ῥύπους. Εἴρηται γοῦν καὶ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· « Ἔχεις ἄνθρακας πυρὸς, κάθησαι ἐπ' αὐτούς, οὗτοι ἔσονταί σοι βοηθοί. » Καὶ μὴν καὶ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ φησι· « Καὶ ἀπεστάλη πρός με ἓν τῶν Σεραφὶμ, καὶ ἐν τῇ χειρὶ εἶχεν ἄνθρακα πυρὸς, ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἥψατο τοῦ στόματός μου, καὶ εἶπεν· Ἰδοὺ τοῦτο ἥψατο τῶν χειλέων σου, καὶ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου πυρὶ καθαριεῖ, » ἄνθρακά που, κατά γε τὸ εἰκὸς, τὸν θεῖόν τε καὶ ἱερώτατον, καὶ ἁμαρτίας ἐκτήκοντα Χριστὸν εἶναι λέγων. Οὐκοῦν γεγόνασι μὲν ὡς δαλὸς πυρὸς εἰς καλάμην οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, καὶ κατέφαγον μὲν τὰ ἔθνη κυκλόθεν. Πλὴν οὐ δαπανῶντες εἰς ὄλεθρον, καταφλέγοντες δὲ μᾶλλον τῆς ἐν αὐτοῖς ψευδωνύμου γνώσεως τὰ μιαρά τε καὶ βέβηλα δόγματα, καὶ τῆς ἀρχαίας ἀπάτης τὸν ῥύπον ἐκτήκοντες, ἀποψύχεσθαί τε οὐκ ἐῶντες ἔτι τῶν ἅπαξ πεπιστευκότων τὸν νοῦν πρὸς ἀνοήτους εἰκαιοβουλίας, ὡς ἐπί γέ σφισιν αὐτοῖς ἀνασκιρτῶντας λέγειν πρὸς τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Χριστόν· « Πεπυρωμένον τὸ λόγιόν σου σφόδρα, καὶ ὁ δοῦλός σου ἠγάπησεν αὐτό. » Ὅτι γάρ ἐστι θερμὸς, καὶ τομώτατος ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, σαφὲς ἂν γένοιτο, πρὸς Ἱερεμίαν λέγοντος αὐτοῦ· « Οἱ λόγοι μου ὡς πῦρ φλέγον, λέγει Κύριος, καὶ ὡς πέλυξ κόπτων πέτραν. »

*torrem ignis in lignis, et sicut lampadem ignis in stipula, et devorabunt a dextris et a sinistris omnes populos per circuitum.*

XC. Tribunos Juda, ut ante docui, sanctos apostolos, aut etiam omnes simpliciter sanctarum Ecclesiarum præpositos nominat. Adeo autem sermonem, sive sacram doctrinam ipsorum mentibus imperaturam affirmat, ut torris in ligna, aut fax in stipulam quæ facillime ignem concipit, incidisse videatur. « Devorabunt enim, inquit, omnes populos a dextris, et a sinistris in circuitu, » hoc est, quocunque ire voluerint, illic omnimodis valebunt, vocantes ad agnitionem, et tanquam igni divino et intellectuali frigidos calefacientes. Dixit quiddam ejusmodi totius naturæ Deus etiam beato prophetæ Jeremiæ: « Ecce dedi verba mea in os tuum ignem, et populum istum ligna, et devorabit eos [62], » pro, vocabit ad agnitionem, et frigefactos in peccatum iterum spiritu calefaciet. Alget enim errantium cor, et mortuam habent mentem, creaturam potius quam creatorem Deum adorantes [63], lapidibusque et lignis divinum cultum tribuentes. Sed tales, ut dixi, ferventes spiritu efficiuntur [64], calentes ad justitiam, et, ut inquit divinus Joannes, « Spiritu sancto, et igne spirituali baptizantur [65], » **778** qui ceu quisquilias quasdam animabus nostris insidens peccatum consumere, et sordes carnalitatis exurere solet. Dictum est igitur et ab Isaia: « Habes carbones ignis, sede super eos, hi erunt tibi in adjutorium [66]. » Quin idem de se ipso: » Et missus est ad me unus de Seraphim, et in manu habebat carbonem ignis, quem forcipe tulit de altari, et tetigit os meum, et dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, et auferet iniquitates tuas, et peccata tua igni mundabit [67], » carbonem, ut verisimile est, divinum, et sacratissimum, et peccata consumentem ignem Christum esse dicens. Quamobrem divini discipuli ut torris ignis in stipula fuerunt, et gentes quidem in circuitu devorarunt; verumtamen non penitus perdiderunt, sed potius falsæ in ipsis scientiæ detestanda et impura dogmata incenderunt, veterisque fallaciæ sordes absumpserunt, et animos eorum qui semel crediderant, ad insipientiam et temeritatem frigefieri amplius passi non sunt, ut in se ipsis exsultantes, universorum Salvatori Christo dicerent: « Ignitum eloquium tuum vehementer, et servus tuus dilexit illud [68]. » Esse enim fervidum et ad secandum acutissimum Dei verbum, planum fit ex eo quod Jeremiæ dicit: « Verba mea sicut ignis comburens, et sicut securis incidens petram [69]. » Est enim perquam idoneus Dei sermo ut possit et quod frigefactum est in peccato reaccendere, et quæ velut induruerunt et coarctata sunt non difficile explicare. Est namque « vivus et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti, perveniens usque ad divisionem

[62] Jerem. I, 9. [63] Rom. I, 25. [64] Rom. XII, 11. [65] Matth. III, 11. [66] Imo, Ezech. X, 2. [67] Isa. VI, 6, 7. [68] Psal. CXVIII, 140. [69] Jerem. XXIII, 29.

animæ et spiritus, medullarum quoque, et compagum, et discretor cogitationum et intentionum cordis [70]. » Dictum est item voce prophetarum immitibus et contumacibus Judæis : « Circumcidimini Deo vestro, viri Juda [71]. »

A Ἔχει γάρ, καὶ μάλα ἐπιτηδείως, ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος εἴς γε τὸ δύνασθαι καὶ ἀπεψυγμένον ἐν ἁμαρτίαις, ἀναζωπυρῆσαι· καὶ οἱονεί πως ἀπεσκληκότα, καὶ πεπιλημένον διαπτύξαι ῥᾳδίως. Καὶ γάρ ἐστι « ζῶν τε καὶ ἐνεργής, καὶ τομώτατος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, διικνούμενός τε μέχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ σώματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων, καὶ ἐννοιῶν καρδίας. » Εἴρηται δέ που καὶ διὰ φωνῆς προφητῶν πρὸς τὸν ἀπηνῆ καὶ ἄτεγκτον Ἰουδαῖον· « Τετμήθητε τῷ Θεῷ ὑμῶν, ἄνδρες Ἰούδα. »

VERS. 7. *Et habitabit Jerusalem adhuc in semetipsam, et salvabit Dominus tabernacula Juda sicut a principio, ut non magnificetur gloriatio David, et elationes habitantium Jerusalem super Judam.*

*Καὶ κατοικήσει Ἱερουσαλὴμ ἔτι καθ' ἑαυτήν, καὶ σώσει Κύριος τὰ σκηνώματα Ἰούδα, καθὼς ἀπ' ἀρχῆς, ὅπως μὴ μεγαλύνηται καύχημα οἴκου Δαβίδ, καὶ ἐπάρσεις τῶν κατοικούντων Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τὸν Ἰούδα.*

XCI. Non semper Ecclesiam tumultibus exagitatum iri, nec sine fine persecutiones passuram vaticinatur : sed quieturam aliquando, et habitaturam in semetipsa, seu in loco suo, hoc est, sejunctam, 779 et solam, turbante nemine, non tribulationem excitante, non terrorem immittente, non tentationum mœrores accumulante : « Salvabit enim Dominus tabernacula Juda, sicut a principio. » Ecclesias suas, sive tabernacula sua ita proteget, ut æque magnam gratiam in eas conferat, quam in Israelem contulit, quem ex Ægypto liberavit. Eduxit enim illum « e domo servitutis, et e fornace ferrea, » sicut scriptum est [71*], et e dominatu intolerabili universorum Deus, « in manu forti et in brachio excelso [72], » quando persecutores ejus « demersit in mari Rubro, ponto cooperuit eos, et descenderunt sicut plumbum in aqua vehementi, et transierunt liberati [73]. » Columna autem ignis eos noctu præcedens viam signabat, et per diem nubes supra caput dux impendebat [74]. » Deinde panem de cœlo comederunt [75], et in solitudine morsus serpentum evaserunt [76]. Vicerunt inimicos, transierunt Jordanem [77], circumcisi sunt, venerunt in terram promissionis [78]. Hæc donabit Christus quærentibus tabernacula, hoc est, Ecclesiam : sic et ipsis salutem restituet, diabolica servitute exemptis, et dæmoniaca dominatione liberatis, et per distractiones hujus vitæ et turbas inanes velut per mare traductis ; columnam quoque et firmamentum illustre seipsum illis in alto proponet, illuminantem versantes in tenebris, et instar nubis roribus quos animo cernimus, irrigantem ; factus item illis panis vitæ serpentiumque sub intelligentiam cadentium morsus imbecilles et irritos faciens, traducens per Jordanem, et circumcisione spiritus puros reddens, et in regnum cœlorum introducens. Hæc suis adoratoribus largietur, salvabitque eos talibus modis, « ut non magnificetur gloriatio domus David, » hoc est, Judæorum principes : nec elationes sint, seu elationis occasio contra Judam, habitantibus Jerusalem, quam sensus percipit, et terrestrem. Efferebant quippe se, et superbia tumebant contra credentes in Christum, ipsumque Emmanuelem, per

ϞΑ'. Οὐκ ἀεὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἐν θορύβοις γενέσθαι φησίν, οὔτε μὴν ἀτελευτήτους ὑπομεῖναι τοὺς διωγμούς· B ἀλλ' ἠρεμήσειν τε κατὰ καιρούς, καὶ κατοικήσειν καθ' ἑαυτήν, τουτέστι καταμόνας, οὐκ ἐνοχλοῦντός τινος, οὐ θλῖψιν ἐπάγοντος, οὐκ ἐνιέντος δεῖμα, οὐ τὰς τῶν πειρασμῶν δυσθυμίας ἐπισωρεύοντος· « Σώσει γὰρ Κύριος τὰ σκηνώματα Ἰούδα, καθὼς ἀπ' ἀρχῆς. » Ὑπερασπιεῖται οὕτω τῶν ἰδίων Ἐκκλησιῶν, ἤτοι τῶν ἑαυτοῦ σκηνωμάτων, ὡς ἴσην αὐτοῖς ἀπονέμειν φροντίδα τῇ πάλαι δεδωρημένῃ λυτρουμένῳ ἐξ Αἰγύπτου τῷ Ἰσραήλ. Ἐξήγαγε γὰρ τὸν Ἰσραὴλ « ἐξ οἴκου δουλείας, καὶ ἐκ καμίνου σιδηρᾶς, καθὰ γέγραπται, » καὶ ἐξ ἀφορήτου πλεονεξίας ὁ τῶν ὅλων Θεός, « ἐν χειρὶ κραταιᾷ, καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ, » ὅτε τοὺς διώκοντας « κατεπόντισεν ἐν Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, πόντων ἐκάλυψεν αὐτούς, C καὶ ἔδυσαν ὡσεὶ μόλιβδος ἐν ὕδατι σφοδρῷ, καὶ διεβιβάσθησαν μὲν οἱ λελυτρωμένοι. » Στύλος δὲ αὐτῶν ἡγεῖτο πυρὸς τὴν νύκτα, καταδεικνύων τὴν ὁδόν, ἐπεκρέματο δὲ καὶ ἐν ἡμέρᾳ νεφέλη. Εἶτα τὸν ἐξ οὐρανοῦ κατεδηδόκασιν ἄρτον, καὶ διέφυγον ἐν τῇ ἐρήμῳ τὰ τῶν ὄφεων δήγματα. Κρείττους ἦσαν ἐχθρῶν, διεβιβάσθησαν τὸν Ἰορδάνην, περιετμήθησαν μαχαίραις πετρίναις, ἦλθον εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Ταῦτα χαριεῖται Χριστὸς τοῖς ζητοῦσι τὰ σκηνώματα αὐτοῦ, τουτέστι τὴν Ἐκκλησίαν· οὕτω καὶ αὐτοὺς ἀνασώσει, δουλείας μὲν ἀπαλλάξας τῆς ὑπὸ τῷ διαβόλῳ φημί, καὶ δαιμονιώδους πλεονεξίας ἐξελών, διαβιβάσας δὲ ὥσπερ διὰ θαλάσσης τῶν ἐν τῷδε τῷ βίῳ περισπασμῶν, καὶ τύρβης εἰκαίας, στύλον δέ, καὶ ἑδραίωμα λαμπρὸν ἑαυτὸν αὐτοῖς ἀναθείς, φωτίζοντα D τοὺς ἐν σκότει, καὶ οἷα νεφέλην ταῖς νοηταῖς κατάρδοντα δρόσοις· γεγονὼς δὲ αὐτοῖς καὶ ἄρτος ζωῆς ἄπρακτά τε καὶ ἀδρανῆ τὰ τῶν νοητῶν ὄφεων ἀποδείξας δήγματα, καὶ διαβιβάσας τὸν Ἰορδάνην, καὶ τῇ διὰ πνεύματος περιτομῇ καθαροὺς ἀποφαίνων, εἰσκομίζων δὲ καὶ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν. Ταῦτα χαριεῖται τοῖς ἰδίοις προσκυνηταῖς, διασώσει τε αὐτοὺς κατὰ τοιούσδε τινὰς τρόπους, « ὅπως μὴ μεγαλύνηται καύχημα οἴκου Δαβίδ, » τουτέστιν, οἱ τῶν Ἰουδαίων ἡγούμενοι· μήτε μὴν ἐπάρσεις εἶεν ἤγουν ἐπάρσεως ἀφορμαὶ τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλὴμ τὴν αἰσθητήν, καὶ ἐπίγειον κατὰ τοῦ Ἰούδα. Ἐφρόνουν μὲν

[70] Hebr. IV, 12. [71] Jerem. IV, 4. [71*] Deut. IV, 20. [72] Deut. V, 15. [73] Exod. XV, 2-4. [74] Exod. XIII, 22. [75] Exod. XVI, 15. [76] Num. XXI, 6-9. [77] Josue III. 14-17. [78] Josue V. 2-8.

γὰρ μεγάλα, καὶ κατωφρύοντο λίαν τῶν πεπιστευκότων εἰς Χριστὸν, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Ἐμμανουὴλ, ἄνω τε καὶ κάτω τὰ διὰ Μωσέως τοῖς ἀρχαίοις δεδωρημένα προτείνοντες, καὶ τὴν τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐκνεμηθεῖσαν φειδὼ προϊσχόμενοι. Καὶ γοῦν ἔφασκον, ποτὲ μέν· « Τί οὖν ποιεῖς σὺ σημεῖον, ἵνα ἴδωμεν, καὶ πιστεύσωμεν; τί σὺ ἐργάζῃ; Οἱ Πατέρες ἡμῶν ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθώς ἐστι γεγραμμένον, Ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς φαγεῖν· » ποτὲ δὲ δή· « Ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι Μωσεῖ λελάληκεν ὁ Θεὸς, τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστί. » Τερατουργήσει δὴ οὖν, φησὶν, ἡμῖν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, εἰ καὶ μὴ ἐμφανῶς, καθάπερ ἀμέλει καὶ τότε, ἀλλ' οὖν νοητῶς, οὕτω τε ἡμᾶς ἀνασώσει τοὺς ἐν τοῖς ἰδίοις σκηνώμασιν, ἵνα μὴ μέγα φρονῶσι καθ' ἡμῶν Ἰουδαῖοι, ἤγουν οἱ παρ' αὐτοῖς ἡγούμενοι. Ταυτὸ γὰρ B οἶμαι δηλοῦν « τὸ καύχημα τοῦ οἴκου Δαβίδ. »

A Mosem veteribus munifice collata toties jactantes, et tributam patribus ipsorum indulgentiam obtendentes. Quare dicebant, nunc quidem : « Quod igitur signum tu facis, ut videamus, et credamus? quid operaris? Patres nostri comederunt manna in deserto, sicut scriptum est, Panem de **780** cœlo dedit eis manducare [79]; » nunc vero : « Nos scimus quia Mosi locutus est Deus, hunc autem nescimus unde sit [80]. » Inquit igitur : Faciet vobis mirabilia universorum Deus, etsi non manifeste, quemodo videlicet olim, sed tamen quæ intellectus videat, et sic vos salvabit qui estis in ejus tabernaculis, ne glorientur contra vos Judæi, sive qui eorum gubernacula tenent. Idem namque opinor significare « gloriationem domus David. »

*Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ὑπερασπιεῖ Κύριος ὑπὲρ τῶν κατοικούντων Ἱερουσαλήμ. Καὶ ἔσται ὁ ἀσθενῶν ἐν αὐτοῖς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὡς οἶκος Δαβὶδ, ὁ δὲ οἶκος Δαβὶδ, ὡς οἶκος Θεοῦ, ὡς ἄγγελος Κυρίου ἐνώπιον αὐτῶν.*

VERS. 8. *Et erit in die illa, proteget Dominus super incolentes Jerusalem. Et erit qui infirmatur in eis illa die ut domus David, domus autem David, ut domus Dei, ut angelus Domini in conspectu eorum.*

ϞΒʹ. « Ὅπλῳ μὲν ἡμᾶς εὐδοκίας ἐστεφάνωσεν ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ. » Δέδωκε γὰρ ἡμῖν τὸν ἴδιον Υἱὸν, προασπιστὴν, καὶ πρόμαχον, δι' οὗ καὶ σεσώσμεθα, παντὸς μὲν εὐκόλως διεκδύνοντες πειρασμοῦ, πολέμου δὲ τοῦ παρ' ἐχθρῶν, καὶ τῆς τῶν διωκόντων σκαιότητος κατευμεγεθεῖν εἰωθότες. Ἀλλ' ἔν γε τοῖς προκειμένοις δηλοῦται μέν τι τοιοῦτον, πλὴν ἀσαφείᾳ πολλῇ κατεσκιασμένον τὸν λόγον ἴδοι τις ἄν. Ἔφη C μὲν γὰρ ὑπερασπιεῖν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τῶν κατοικούντων Ἱερουσαλὴμ, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον τῶν παροικούντων αὐτήν. Καὶ νοεῖται μὲν ὁμολογουμένως Ἱερουσαλὴμ ἐν τούτοις ἡ Ἐκκλησία Χριστοῦ. Παροικεῖ δὲ αὐτὴν ὁ μὴ λίαν ἀσφαλὴς, σεσαλευμένος δὲ ὥσπερ καὶ εὐπάροιστος κομιδῇ, πρὸς τὸ μὴ ἔχον ὀρθῶς, ἢ καὶ ἄλλως ῥᾴθυμος εἰς φιλομάθειαν. Κατοικεῖ δὲ αὖ ὁ βεβηκὼς, καὶ ἐρηρεισμένος εἰς ἀγάπην τὴν ἐπὶ Χριστῷ, καὶ ταῖς ἐκ τῶν θείων μαθημάτων ὠφελείαις ἀεὶ προσκείμενος, ὥστε δύνασθαι λέγειν διὰ φωνῆς τοῦ Δαβίδ· « Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου! ὑπὲρ μέλι, καὶ κηρίον τῷ στόματί μου. — Ὑπερασπιεῖ τοίνυν, φησὶ, τῶν κατοικούντων, καὶ ἔσται ὁ ἀσθενῶν ἐν αὐτοῖς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ὡς οἶκος Δαβίδ. » Καὶ οἶκον μὲν τοῦ Δαβὶδ ἐν τούτοις, τοὺς D παρὰ Ἰουδαίοις ἐντιμοτάτους ὀνομάσθαι φαμέν. Ἀπὸ γὰρ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἐξ Ἰεσσαὶ, καὶ Δαβὶδ ἐβασίλευον κατὰ καιροὺς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις. Ἀσθενοῦντα δέ φησιν ἐκ τῶν κατοικούντων τὴν ἁγίαν πόλιν, τὴν νοητὴν Ἱερουσαλὴμ, ἥτις ἐστὶν ἡ Ἐκκλησία, τάχα που τὸν ἔτι κατηχούμενον, ὃς οὔπω βεβάπτισται, νοσεῖ δὲ ὥσπερ ἔτι τῷ τῆς ἁμαρτίας φορτίῳ κατηχθεσμένος, καὶ τῶν ἀρχαίων ἀῤῥωστημάτων, ἤγουν παθῶν οὐκ ἀπήλλακται. Ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχων, ὅτι δὴ μόνον πεπίστευκε, καὶ τῆς νομικῆς ἀπέστη σκιᾶς, καὶ διανένευκεν ὅλως ἐπὶ τὸ ἑλέσθαι πληροῦν τὴν ἐν πνεύματι πολιτείαν, καὶ τῆς

XCII. « Armis bonæ voluntatis suæ coronavit eos Deus et Pater [81]. » Dedit enim nobis Filium suum defensorem et antesignanum, per quem et salvati sumus, ex omni tentatione facile emergentes, et a bello quovis hostili, et a persequentium furore semper invicti. Et verbis quidem propositis tale quiddam indicatur, quæ tamen multa obscuritate involuta videas. Ait enim, universorum Deum protecturum incolentes Jerusalem, at non potius accolentes eam. Et Jerusalem quidem hoc loco sine controversia Ecclesia Christi intelligitur. Accolit autem illam non valde tutus et securus, sed quasi agitatus fluctibus, et vehementer mobilis ad malum, aut alioqui iners ad discendum. Incolit fixus et firmatus in charitate erga Christum, et utilitatibus ex doctrina divina promanantibus semper deditus, ut dicere possit cum Davide : « Quam dulcia faucibus meis eloquia tua! super mel et favum ori meo [82]. » Inquit ergo : « Proteget incolentes, et erit infirmatus inter ipsos in die illa sicut domus David. » Domum David hic apud Judæos honoratissimos vocari asserimus. De tribu enim Juda ex Jesse et Davide progeniti, aliquando Hierosolymis regnarunt. Infirmatum autem ex incolentibus sanctam civitatem, intellectualem Jerusalem, quæ est Ecclesia, fortassis adhuc catechumenum dicit, qui sacro fonte nondum ablutus, et quodammodo adhuc peccati onere gravatus ægrotat, veteribusque morbis sive turbidis animi motionibus necdum vacat. Sed quamvis in hoc statu versans, quoniam tamen credidit duntaxat, **781** et ab umbra legis recessit, et penitus ad vitæ spiritualis institutum excolendum, et vitæ in Christo decus declinavit, « Erit, inquit, ut domus David, » hoc est, nulli apud Judæos sapienti et

[79] Joan. VI, 30. [80] Joan. IX, 29. [81] Psal. V, 13. [82] Psal. CXVIII, 103.

spectatissimo intelligentia cedet. Ejusmodi quiddam et sapientissimus Paulus, populos Judæorum alloquens, insinuat. Sic enim ait : « Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis [83]. » Et iterum : « Circumcisio quidem prodest, si legem observes : si autem prævaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est. Si igitur præputium justitias legis custodiat, nonne præputium illius in circumcisionem reputabitur? et judicabit, id quod ex natura est præputium, legem consummans, eum qui per litteram et circumcisionem prævaricator legis est? Non enim qui in manifesto, Judæus est, neque quæ in manifesto, in carne, circumcisio est : sed qui in abscondito Judæus est, et circumcisio cordis in spiritu, non littera, cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo [84]. » [Qui igitur circumcisionem in carne ut obsoletam aversatus spiritualem potius amabit, et Judæum qui in occulto est,circumferet, « cujus laus est non ex hominibus, sed ex Deo, »(1)] quomodo non præstat, cum virtute legis doctos, et qui inter Judæos præcipuæ sunt existimationis, superaverit, quamvis fortasse infirmitatis reliquias, ut nondum baptizatus, habeat? Parte enim cordis sui sana, hoc est fide, differet utique ab eo, qui fidem repudiat. Quod si quispiam de domo David, hoc est, de illustribus et honoratissimis apud ipsos fidem susceperit, et mysterium Christi rectissime intellexerit, hic erit venerandus, « et domus Dei, et ut angelus Domini in conspectu eorum. » Simile quiddam et Salvatorem dixisse notum est ; ait enim : « Omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo nova et vetera [85]. » Qui enim cognitionem legis in seipso ut thesaurum collectum habet, si evangelicam adjunxerit, dives quidam intelligentia erit, nova et vetera theoremata, seu res consideratione dignas discendi studiosis tanquam ex apothecis, seu repositoriis proponens : qualis erat divinus Paulus, modo ex lege petitis probationibus sermonem de Christo confirmare enitens, modo etiam doctrina arcana supra legem audientes ad voluntatem in ejus fide gloriandi compellens. Aliquando siquidem dicebat : « Dicite mihi, qui sub lege esse vultis : Legem non auditis ? **782** Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, et unum de libera per repromissionem, quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta, unum quidem a monte Sina, in servitutem generans, quæ est Agar ; Agar enim mons est in Arabia, qui conjunctus est ei quæ nunc est Jerusalem, et servit cum filiis suis. Quæ autem sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra [86]. » Aliquando autem et de Filio,

A ἐν Χριστῷ ζωῆς τὰ αὐχήματα, « Ἔσται, φησὶν, ὡς ὁ οἶκος Δαβὶδ, » τουτέστι κατ' οὐδὲν ἐλάττων εἰς σύνεσιν τοῦ σοφοῦ τε καὶ ἐντιμοτάτου παρά γε τοῖς Ἰουδαίοις. Ὑπαινίττεταί τι τοιοῦτον καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος, τοῖς Ἰουδαίων δήμοις προσλαλῶν. Ἔφη γὰρ οὕτως· « Ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσι νόμος, οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. » Καὶ πάλιν· « Περιτομὴ μὲν γὰρ ὠφελεῖ, ἐὰν νόμον πράσσῃς· ἐὰν δὲ παραβάτης νόμου ᾖς, ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονεν. Ἐὰν οὖν ἡ ἀκροβυστία τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου φυλάσσῃ, οὐχ ἡ ἀκροβυστία αὐτοῦ εἰς περιτομὴν λογισθήσεται; καὶ κρινεῖ ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία τὸν νόμον τελοῦσα, τὸν διὰ γράμματος, καὶ
B περιτομῆς παραβάτην νόμου; Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖος, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομή, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι, οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ. » Πῶς οὐκ ἀμείνων, κατ' ἀρετὴν ἡττώμενος τῶν νομομαθῶν, καὶ ἐντιμοτάτων παρὰ Ἰουδαίοις, κἂν εἰ ἔχοι τυχὸν ἀσθενείας λείψανον, ὡς οὔπω βεβαπτισμένος; Τῷ γὰρ ὑγιαίνοντι μέρει τῆς ἑαυτοῦ καρδίας, τουτέστι τῇ πίστει, διοίσει πάντως τοῦ τὴν πίστιν οὐ προσιεμένου. Εἰ δὲ δὴ τῶν ἐκ τοῦ οἴκου Δαβὶδ, τουτέστι τῶν παρ' αὐτοῖς λαμπρῶν, καὶ ἐντιμοτάτων παραδέξαιτό τις τὴν πίστιν, καὶ εἰς σύνεσιν εὖ μάλα τὸ Χριστοῦ μυστήριον αὐτῷ γένοιτο, προσκυνητὸς οὗτος ἔσται,
C « καὶ οἶκος Θεοῦ, καὶ ὡς ἄγγελος Κυρίου ἐνώπιον αὐτῶν. » Τοιοῦτόν τι καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ εὑρίσκεται λέγων· ἔφη γὰρ, ὅτι « Πᾶς Γραμματεὺς μαθητευθεὶς ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά. » Ὁ γὰρ ἔχων ἤδη τεθησαυρισμένην ἐν ἑαυτῷ τὴν τοῦ νόμου γνῶσιν, εἰ προσλάβοι τὴν εὐαγγελικὴν, πλούσιος ἔσται τις εἰς σύνεσιν, καινά τε καὶ παλαιὰ θεωρήματα, καθάπερ ἐξ ἀποθηκῶν, τοῖς φιλομαθέσι παρατιθείς· ὁποῖός τις ἦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ποτὲ μὲν νομικαῖς ἀποδείξεσι τὸν περὶ Χριστοῦ λόγον ἐμπεδοῦν ἐπιχειρῶν· ποτὲ δὲ καὶ ταῖς ὑπὲρ νόμον μυσταγωγίαις συνελαύνων τρόπον τινὰ τοὺς ἀκροωμένους εἴς γε τὸ ἑλέσθαι τῇ εἰς αὐτὸν πίστει κατασεμνύνεσθαι. Ποτὲ μὲν γὰρ
D ἔφασκε· « Λέγετέ μοι, οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, τὸν νόμον ἀκούετε; Γέγραπται γὰρ, ὅτι Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν, ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας δι' ἐπαγγελίας, ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα. Αὗται γάρ εἰσι δύο διαθῆκαι, μία μὲν ἀπ' ὄρους Σινᾶ, εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐστὶν Ἄγαρ· τὸ γὰρ Ἄγαρ, ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ· δουλεύει γὰρ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς. Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν. » Ποτὲ δὲ καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ, « Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ

[83] Rom. II, 14, 15. [84] Ibid. 25-29. [85] Matth. XIII, 52. [86] Galat. IV, 21-26.

(1) Quæ uncinis inclusa sunt, desunt in Græco. Edit.

τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, δι' ἑαυτοῦ καθαρισμὸν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ποιησάμενος, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλοσύνης ἐν ὑψηλοῖς. » Συνιεῖς οὖν... παλαιοῖς τε ἅμα καὶ νέοις παιδεύμασι τὰς τῶν παιδαγωγουμένων ὀνίνησι ψυχάς. « Ἔσται τοίνυν, φησὶν, ὁ οἶκος Δαβὶδ, ὡς ἄγγελος Κυρίου ἐνώπιον αὐτῶν. »

A « Qui cum sit splendor gloriæ, et figura substantiæ ejus, portansque omnia verbo virtutis suæ, per se ipsum purgationem peccatorum nostrorum faciens, sedit in dextera throni majestatis in excelsis [87]. » Intelligis ergo . . . . . . veteribus simul et novis doctrinis institutorum animis commodet. « Erit igitur, inquit, domus David, ut angelus Domini in conspectu eorum. »

*Καὶ ἔσται, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ζητήσω τοῦ ἐξᾶραι πάντα τὰ ἔθνη, τὰ ἐπερχόμενα ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐκχῶ ἐπὶ τὸν οἶκον Δαβὶδ, καὶ ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας Ἱερουσαλὴμ πνεῦμα χάριτος, καὶ οἰκτιρμοῦ, καὶ ἐπιβλέψονται πρός με.*

VERS. 9, 10. *Et erit in die illa, quæram auferre omnes gentes, quæ veniunt contra Jerusalem, et effundam super domum David, et super habitantes Jerusalem spiritum gratiæ et misericordiæ, et aspicient ad me.*

ϞΓ'. Σκοπός ἐστί μοι, φησὶν, ἐξᾶραι μὲν τὰ ἔθνη τὰ μεμαχημένα τῇ ἁγίᾳ πόλει, τουτέστι τῇ Ἐκκλησίᾳ· χάριτί γε μὴν καὶ οἰκτιρμοῖς περιβαλεῖν τὸν οἶκον Ἰούδα, καὶ τοὺς κατοικοῦντας Ἱερουσαλὴμ, τουτέστι τοὺς τῆς Ἐκκλησίας πολίτας, καὶ ἐν τοῖς αἰνεῖν ὀφείλουσι κατατεταγμένους· εἶεν δ' ἂν οὗτοι πάλιν οἱ προσκυνοῦντες Χριστῷ, καὶ τοῖς εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασιν ἕπεσθαι ᾑρημένοι, τὴν εὔκλεᾶ τε καὶ ἀνεπίπληκτον κατορθοῦντες ζωήν. Ὅτι γὰρ ἔμελλον ἀῤῥωστῆσαι τὸ ἄναλκι πάντη τε καὶ πάντως οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ, σαφηνιεῖ λέγων καὶ αὐτὸς ὁ Σωτήρ· « Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. » Ἰδοὺ ὧδε πύλας τοὺς διώκειν αὐτὴν ἐθέλοντας, φησὶν, οἷον ὀλέθρους ὄντας, καὶ φθόρους, καὶ εἰς πέταυρον ᾅδου καταχομίζειν εἰωθότας τοὺς προσκειμένους αὐτοῖς. Ἀτονήσουσι δὴ οὖν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐξαρθήσονται οἱ πεπολεμηκότες αὐτῇ, καὶ οἰχήσονται πρὸς ἀπώλειαν. « Πολλαὶ μὲν γὰρ ὁμολογουμένως τῶν δικαίων αἱ θλίψεις· ἀλλ' ἐκ πασῶν αὐτῶν ῥύσεται αὐτοὺς ὁ Κύριος. » Καὶ ἔστιν ἀληθὲς, ὅτι « πάντες οἱ θέλοντες ζῇν εὐσεβῶς ἐν Χριστῷ, διωχθήσονται. » Πλὴν ἀνόνητα καὶ ἀδρανῆ τῶν ἐπιβουλευόντων τὰ σκέμματα, καὶ αὐτὰ δὲ τὰ ἐγχειρήματα τίθησιν ὁ Χριστὸς, ὅς δέδωκεν « ἡμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. » Παραθαῤῥύνει τε λέγων· « Θλίψιν ἔχετε ἐν τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. » Οὐκοῦν ἐξαίρονται μὲν οἱ τῆς Ἐκκλησίας κατεξανιστάμενοι κατὰ καιροὺς, ἐπὶ δέ γε τοὺς αὐτοῦ, τουτέστι τοὺς πιστεύσαντας, ἐκχεῖται πλουσίως « Πνεῦμα χάριτος καὶ οἰκτιρμοῦ. » Στεφανοῖ γὰρ ἡμᾶς τοῖς ἄνωθεν ἀγαθοῖς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, καὶ πνευματικῶν ἐμπίπλησι χαρισμάτων, ἵνα τὸν τῆς διανοίας ὀφθαλμὸν πρὸς αὐτὸν ἀνατείναντες, ἐπ' αὐτῷ πᾶσαν ἔχοιμεν ἐλπίδα. Τοῦτο γὰρ, οἶμαι, ἔστι τὸ, « Ἐπιβλέψονται πρός με. » Διακείμενοι δὲ οὕτω, γαννύμεθα μὲν ἐφ' ἑαυτοῖς, φαμὲν δὲ δὴ δοξολογοῦντες Θεόν· « Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον, τὸν εὐϊλατεύοντα πάσας τὰς ἀνομίας σου, τὸν ἰώμενον πάσας τὰς νόσους σου, τὸν λυτρούμενον ἐκ φθορᾶς τὴν ζωήν σου, τὸν στεφανοῦντά σε ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς, τὸν ἐμπιπλῶντα ἐν ἀγαθοῖς τὴν ἐπιθυμίαν σου. »

XCIII. Consilium meum est, inquit, auferre, delere gentes, quæ civitatem sanctam, puta Ecclesiam, oppugnaverunt : gratia autem et miserationibus comprehendere domum Juda, et habitantes Jerusalem, hoc est, Ecclesiæ cives, et eos, qui ad laudandum constituti sunt : qui rursum accipi possunt adorantes Christum, et submissi oraculis evangelicis, laudabilem nullique culpæ affinem vitam excolentes. Imbecilles enim fore omnino veritatis inimicos, demonstrat ipse Salvator cum dicit : « Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam [88]. » Ecce hic conantes eam persequi portas vocat, veluti pestes, et exitia, et ipsis adhærentes ad pedicas inferorum deducere solitos. Torpebunt igitur, imo tollentur qui bellum ei moverint, et in perniciem ibunt. « Multæ enim, quod nemo nescit, sunt tribulationes justorum : sed de his omnibus liberabit eos Dominus [89]. » Et verum est, « omnes qui pie volent vivere in Christo, persecutiones passuros [90]. » Cæterum inutiles et invalidas insidiantium cogitationes et ausus ipsos Christus facit, qui dedit « nobis potestatem calcandi **783** supra serpentes, et scorpiones, et supra omnem virtutem inimici [91]. » Et confirmat nos cum ait : « In mundo pressuram habebitis, sed confidite, quia ego vici mundum [92]. » Tollentur itaque e medio qui aliquando in Ecclesiam insurgunt : super ipsos autem, hoc est, super credentes, ubertim « spiritus gratiæ et miserationis » effunditur. Ornat D enim nos bonis cœlestibus Deus et Pater, et spiritualibus donis cumulat, ut mentis oculum ad ipsum tollentes, omnem in eo fiduciam collocemus. Id enim est, opinor, quod dicit, « Aspicient ad me. » Quo quidem modo affecti, lætamur in sinu, et laudantes Dominum dicimus : « Benedic, anima mea, Dominum, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia et miserationibus, qui replet in bonis desiderium tuum [93]. »

[87] Hebr. I, 3. [88] Matth. XVI, 18. [89] Psal. XXXIII, 20. [90] II Tim. III, 12. [91] Luc. V, 19. [92] Joan. XVI, 33. [93] Psal. CII, 1-5.

*In quem insultaverunt, et plangent super se planctum quasi super dilectum, et delebunt dolorem quasi super primogenitum.*

XCIV. Hebræorum editio initium præsentis contextus facit ab illis verbis, « Et aspicient ad me : » porro cum LXX traditione et interpretatione non consentit. Nam pro *insultarunt* habet illa, « *videbunt* in quem transfixerunt. » Transfixerunt quippe milites Pilati latus ejus, sicut legimus [94]. Quocirca hæc verba de persona Christi apte explicabimus. Atque etiam illa ad eum referenda ducimus, « Et plangent super se planctum, sicut super dilectum, et dolebunt dolorem sicut super primogenitum. » Etenim cum divinum templum ligno affixissent, circumsteterunt crucifixores, scelerate conviciantes. Alii quippe dicebant : « Qui destruis templum Dei, et in tribus diebus reædificas illud, salva temetipsum [95]. » Rursum nonnulli : « Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere [96]. » Ast ubi animam suam pro nobis posuit [97], et spiritibus apud inferos prædicavit [98], et revixit, terræ motu concusso monumento, qui assidebant mirabundi dixerunt, « Vere Filius Dei erat iste [99] ; » nec mediocri pœnitudine multi capiebantur. Postquam autem et Romani eos bello presserunt, regione devastata, et urbibus incensis, et domibus vacuefactis, jamque ipsa Hierosolyma obsessa et fame oppidanos conficiente, vix quidam suos **784** in Christum ausus nefarios agnoverunt, tandemque animadverterunt, quamobrem dira paterentur, et propter impie in eum commissa sese illa perpeti. Itaque quoniam « insultaverunt, plangent super se planctum quasi super dilectum, et dolebunt dolorem, quasi super primogenitum. » Profusissimis namque lacrymis parentes primogeniti et dilecti mortem semper prosequuntur, nec plangendi et lamentandi invenire modum sustinent, estque dolor longinquus plane, et quasi perennis, acriter et intolerabiliter vellicando animos macerans. Judæis autem calamitates istiusmodi experturos Christus prædixit, mulieres super ipso flentes ita castigans : « Filiæ Jerusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas, et filios vestros flete [1]. »

VERS. 11-14. *In die illa magnus erit planctus in Jerusalem, sicut planctus mali punicæ in campo succisæ. Et planget terra per tribus tribus. Tribus seorsum, et mulieres eorum seorsum. Tribus domus David seorsum, et mulieres eorum seorsum. Tribus domus Nathan seorsum, et mulieres eorum seorsum. Tribus domus Levi seorsum, et mulieres eorum seorsum. Tribus Simeon seorsum, et mulieres eorum seorsum. Omnes tribus reliquæ, tribus seorsum, et mulieres eorum seorsum.*

A *Εἰς ὃν κατωρχήσαντο, καὶ κόψονται ἐφ' ἑαυτοῖς κοπετὸν ὡς ἐπ' ἀγαπητῷ, καὶ ὀδυνηθήσονται ὀδύνην ὡς ἐπὶ πρωτοτόκῳ.*

ϞΔ'. Ἡ Ἑβραίων ἔκδοσις ἀρχὴν ποιεῖται τοῦ παρόντος κεφαλαίου τὸ, « Καὶ ἐπιβλέψονται πρός με· » πλὴν οὐ συμβαίνει τῇ τῶν Ἑβδομήκοντα παραδόσει τε καὶ ἑρμηνείᾳ. Ἑβραῖοι μὲν γὰρ *ὄψονταί* φασι, ἀντὶ τοῦ, « *κατωρχήσαντο*, εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. » Διένυξαν γὰρ οἱ Πιλάτου στρατιῶται τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, καθὰ γέγραπται. Οὐκοῦν παραθήσομεν εἰκότως τῷ προσώπῳ Χριστοῦ τὸν ἐπὶ τῷδε λόγον. Πλὴν ἐκεῖνό φαμεν βούλεσθαι δηλοῦν, « Καὶ κόψονται ἐφ' ἑαυτοῖς κοπετὸν, ὡσεὶ ἐπ' ἀγαπητῷ, καὶ ὀδυνηθήσονται ὀδύνην, ὡς ἐπὶ πρωτοτόκῳ. » Προσηλώσαντες μὲν γὰρ τῷ ξύλῳ τὸν θεῖον ναὸν, περιεστήκασιν οἱ B σταυρώσαντες, ἀνοσίως ἐπιτωθάζοντες. Οἱ μὲν γὰρ ἔφασκον· « Ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σεαυτόν. » Ἕτεροι δὲ αὖ· « Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. » Ἐπειδὴ δὲ θεὶς ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ἰδίαν ψυχὴν, ἐκήρυξε καὶ τοῖς ἐν ᾅδου πνεύμασιν, ἀνεβίω τε αὖ, σεισμοῦ γενομένου, παρὰ τὸ μνημεῖον οἱ προσεδρεύοντες ἐθαύμαζον, λέγοντες· « Ἀληθῶς Υἱὸς Θεοῦ ἦν οὗτος· » πολλὴ δὲ παρὰ πολλοῖς ἡ μετάγνωσις ἦν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ὁ Ῥωμαίων αὐτοῖς ἐπέσκηψε πόλεμος, καταδῃωμένης αὐτοῖς τῆς χώρας, καὶ πόλεων ἐμπιμπραμένων, καὶ οἴκων ἐρημουμένων, πολιορκουμένης τε ἤδη καὶ αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ λιμοῦ κατατήκοντος ἔνδοθεν, ἐκαλοῦντό τινες εἰς συναίσθησιν μόλις τῶν ἐπὶ Χριστῷ τολμημάτων, C ᾔδεσάν τε λοιπὸν, τοῦ κακοῦσθαι τὰς αἰτίας, καὶ ὅτι πρόφασις αὐτοῖς τοῦ παθεῖν τὰ ἐπ' αὐτῷ γέγονε δυσσεβήματα. Οὐκοῦν ἐπειδὴ « κατωρχήσαντο, κόψονται ἐφ' ἑαυτοῖς κοπετὸν, ὡσεὶ ἐπ' ἀγαπητῷ, καὶ ὀδυνηθήσονται ὀδύνην ὡς ἐπὶ πρωτοτόκῳ. » Καὶ γὰρ ἀεί πως ἄσχετον μὲν καταχεῖται δάκρυον τοῖς γεγεννηκόσιν, ἐφ' υἱῷ πρωτοτόκῳ κειμένῳ, καὶ ἀγαπητῷ, κομμοὶ δὲ καὶ θρῆνοι καταίρειν εἰς τέλος οὐκ ἀνεχόμενοι, μακρὰ δὲ δὴ πάντως, καὶ οἷον διηνεκὴς ὀδύνη, δριμείαις τισὶ καὶ ἀφορήτοις προσβολαῖς ψυχὰς κατατήκουσα. Ὅτι δὲ ἔμελλον εἰς πεῖραν ἐλθεῖν Ἰουδαῖοι τῶν τοιῶνδε κακῶν, προμεμήνυκεν ὁ Χριστὸς, ταῖς κλαιούσαις ἐπ' αὐτῷ γυναιξὶν ἐπιτιμῶν τε καὶ λέγων· « Θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, μὴ κλαίετε ἐπ' ἐμὲ, κλαίετε δὲ ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν. »

D *Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ μεγαλυνθήσεται ὁ κοπετὸς ἐν Ἱερουσαλὴμ, ὡς κοπετὸς ῥοῶνος ἐν πεδίῳ ἐκκοπτομένου. Καὶ κόψεται ἡ γῆ κατὰ φυλὰς φυλάς. Φυλὴ καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς. Φυλὴ οἴκου Δαβὶδ καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς. Φυλὴ οἴκου Νάθαν καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς. Φυλὴ οἴκου Λευὶ καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς. Φυλὴ Συμεὼν καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς. Πᾶσαι αἱ φυλαὶ αἱ ὑπολελειμμέναι, φυλὴ καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς.*

[94] Joan. xix, 34. [95] Matth. xxvii, 40. [96] Ibid. 42. [97] I Joan. iii, 16. [98] I Petr. iii, 19. [99] Matth. xxvii, 53. [1] Luc. xxiii, 28.

ϞΕʹ. Καταδῃουμένης ἁπάσης τῆς Ἰουδαίας κατὰ A καιροὺς ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς, καὶ αὐτῆς δὲ πολιορκουμένης τῆς Ἱερουσαλὴμ, τοσοῦτον ἔσεσθαί φησι παρὰ τῶν ἐν αὐτῇ τὸν κοπετὸν, ὁποῖον ἂν ποιήσαιτο γηπόνος ῥεῶνος ἐκκοπτομένου. Εὐανθὲς μὲν γὰρ τὸ φυτὸν, καὶ συχνοὺς ἐκ ῥίζης ἀνίησι κλῶνας ὀρθοὺς, καὶ εὐμηκεστάτους, εἰ δὲ δὴ καὶ αὐτοῖς ἐξωραΐζοιτο τοῖς καρποῖς, τότε δὴ μάλιστα καὶ ἐν πολλῷ κεῖται θαύματι. Χρῆμα γὰρ ἀξιέραστον, ἡ ῥοιὰ, φυσικῷ διαπρέπουσα κάλλει τῶν ὀρπήκων ἀπηρτημένη, καὶ τοῖς ἔσω κόκκοις συμπεφοινιγμένον ἔχουσα τῶν ἐλύστρων τὸ εἶδος. Πάνδεινον δὲ, ὡς ἔφην, καὶ ἀνιαρὸν, ὁμοῦ τοῖς καρποῖς ἀποκείρεσθαι τὸ φυτόν. Ἀλλ' ἦν τι τοιοῦτον ἰδεῖν τοῖς Ἰουδαίοις συμβαῖνον. Ὅσον μὲν γὰρ ἧκει εἰς τὰς ἐκ νόμου τιμὰς, ῥοιαῖς ἐγκάρποις παρεικάζοιντο ἂν εἰκότως, B οἱ προὔχοντες ἐν αὐτοῖς· οἱ μὲν γὰρ ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς, τοὺς τῆς βασιλείας διέποντες θρόνους εἰς λῆξιν εὐκλείας τέθειντο παρ' αὐτοῖς. Οἱ δὲ ἐκ φυλῆς Λευῒ τοῖς τῆς ἱερωσύνης εὐχήμασιν εὖ μάλα κατεστεμμένοι, λαμπροί τε ἦσαν καὶ διαβόητοι. Τί δ' ἂν λέγοιμι κριτάς τε καὶ νομικοὺς, καὶ τοὺς ταῖς ἑτέραις τιμαῖς κατηγλαϊσμένους; Ἐπειδὴ δὲ πεπαρῳνήκασιν εἰς Χριστὸν, δέδονται τοῖς ἐχθροῖς, καὶ καταδῃούντων αὐταῖς τὴν χώραν Οὐεσπασιανοῦ τε καὶ Τίτου, πολιορκουμένης τε τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ πάντας τοὺς ἐν αὐτῇ λιμοῦ καταφθίνοντος, θρήνου τε καὶ κοπετοῦ τὰ πάντα πεπλήρωται. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ἰώσηπος. Τὰ γὰρ τῆς Ἁλώσεως βιβλία συντιθεὶς, ἔφη που περὶ τῶν Ἱεροσολύμων αὐταῖς λέξεσιν ὧδε· C Κομμοὶ δὲ ἦσαν ἀνὰ τὴν πόλιν πανταχῆ, οἰμωγὴ δὲ διαπρύσιος, καὶ θρῆνος ἐγκέλευστος. Ὥσπερ δὲ Λίβανον, καὶ δρυμὸν αὐτὴν ὠνόμαζε, λέγων· « Διάνοιξον, ὁ Λίβανος, τὰς θύρας σου, καὶ καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου. Ὀλολυξάτω πίτυς, ὅτι πέπτωκε κέδρος, ὅτι μεγάλως μεγιστᾶνες ἐταλαιπώρησαν. Ὀλολύξατε, δρύες τῆς Βασανίτιδος, ὅτι κατεσπάσθη ὁ δρυμὸς ὁ σύμφυτος· » οὕτω καὶ ῥεῶνα κοπτόμενον ὀνομάζει. Πιστώσεται δὲ τὸν λόγον καὶ ὁ θεσπέσιος Ματθαῖος, τοῖς Ἰουδαίων δήμοις προσπεφωνηκώς· « Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. Πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται, καὶ καίεται. » Ἔσται τοίνυν οὕτω, φησὶ, μέγας ὁ ἐν αὐτῇ κοπετὸς, οἷος ἂν γένοιτο ῥεῶνος, ἐκτεθηλότος αὐτῷ δηλονότι D τοῦ καρποῦ, καὶ ἀδοκήτως ἐκκοπτομένου. « Κόψεται δὲ ἡ γῆ κατὰ φυλὰς φυλὰς, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς. » Καὶ οὔτε πού φαμεν ἐκεῖνο βούλεσθαι δηλοῦν τὸν μακάριον προφήτην, ὡς ἑστήξαι μὲν ἀνὰ μέρος τὸ ἄρσεν ἐν ἑκάστῃ φυλῇ, ἀνὰ μέρος δὲ αὖ τὸ θῆλυ, καὶ ποιήσονται τὸν κοπετόν· περιττὸν γὰρ, ὡς ἔοικε, τὸ χρῆμα, καὶ εἰκαιόβουλον. Διδάσκει δὲ μᾶλλον ὡς ἑκάστη φυλὴ κατὰ τῶν ἐν αὐτῇ γυναικῶν ἰδίαν ἕξει τινὰ τοῦ θρήνου τὴν ἀφορμήν. Ταύτῃ τοι φησὶν ὅτι « Φυλὴ οἴκου Δαβὶδ καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς. » Καὶ δὴ φέρε λέγωμεν, ὡς ἔνι, τὸν ἑκάστης πόνον. Οἱ μὲν γὰρ ἐκ

XCV. Ferro ignique deformata olim universa Judæa a Romano exercitu, ipsaque Hierosolyma obsidione cincta, talem ab incolis planctum editum iri ait, qualem ederet agricola excisa malo punica. Est enim hoc genus arboris bellissimum, atque a radice in crebros, teretes ac patulos diffusum ramos exsurgit, ipsis quoque fructibus decoratum, inprimis est admirabile. Gratissima enim res malum punicum, naturali pulchritudine eximium, a ramo dependens, et cum granis intus rubentem habens corticem. Gravissimum autem et molestissimum, ut dicebam, simul cum fructibus arborem amputari. Ejusmodi quiddam Judæis contigisse videre licet. Nam quod ad honores propter legem perceptos attinet, non immerito malis punicis comparentur, qui inter eos principem locum obtinuerunt. Siquidem de tribu et familia Juda oriundi, et regno præpositi in summa apud eos gloria fuerunt. Tribules autem Levi, **785** sacerdotii ornamentis congruentissime cohonestati, in claritate et celebritate vixerunt. Quid ego de judicibus, et legum peritis, et aliis honoribus illustratis dicam? At postquam in Christum debacchati sunt, hostibus traditi sunt, Vespasianoque ac Tito eorum provinciam depopulantibus, et Hierosolymam obsidentibus, et fame incolas omnes enecante, lamento et planctu omnia redundarunt. Testatur et Josephus. Nam in libris *De bello Judaico* alicubi de Hierosolyma scribit in hæc verba : Urbe tota plangores, et gemitus, et lamenta dolore expressa late audiebantur. Et ut eam Libanum et saltum vocavit, cum diceret : « Aperi, Libane, portas tuas, et ignis comedat cedros tuas. Ululet pinus, quia cecidit cedrus, quoniam magnates vehementer facti sunt miseri. Ululate, quercus Basanitidis, quoniam succisus est saltus consitus[2] : » sic nunc item malum punicum excisam appellat. Testis accedit et divinus Matthæus, ubi populo Judæorum ita prænuntiatur : « Jam securis ad radicem arborum posita est. Omnis igitur arbor non ferens fructum bonum, exscinditur, et in ignem mittitur, et ardet[3]. » Inquit ergo, tantus exsistet in ea planctus, quantus exarescente ejus fructu improviso, et ipsa excisa. « Planget autem terra per tribus et tribus, et mulieres eorum seorsum. » Non putamus sane beatum prophetam illud velle, in qualibet tribu seorsum mares a feminis staturos, et planctum daturos; hoc enim supervacaneum et inconsideratum foret. Illud potius docet, unamquamque tribum cum feminis suis peculiarem lamentandi causam habituram. Idcirco inquit : « Tribus David seorsum, et mulieres eorum seorsum. » Jam vero quantum possumus cujuslibet afflictionem explanemus. Tribules enim e tribu David, sive Juda, e regno excisi, impotenter ejulant, ut tanto splendore spoliati. Levitæ vero, sacerdotii honore depulsi, una cum mulieribus planctui se dabunt. De familia au-

[2] Zachar. XI, 1, 2. [3] Matth. III, 10.

tem Nathan (hic erat propheta, nec omnino verax) A similiter plangent : non enim licebit illis amplius vaticinari iniqua, et loqui de corde suo [4], et sermones suos pro divinis venditare imprudentibus, indeque turpe lucrum colligere. Habet porro traditio, Judæos judices per tempora sua constitutos, de tribu Simeonis legisse, **786** utpote quæ floreret viris prudentissimis, et legum scientissimis, et in vita ad leges accommodata cæteris multo præstantioribus. Lamentabuntur autem hi quoque. Hanc ob causam dicit, tribum Simeon lamentaturam seorsum. Non enim sincere judicii munus exercebant, neque divinis legibus obsequentes, quæ Deo placerent, præstare conabantur, sed lucris potius inhiabant, levissimo pretio fidem suam addicentes, et ut ait propheta : « Judices eorum sicut lupi B Arabiæ [5]. » Lamentari autem una etiam alias tribus oportebat, ut jucundissimis sibi ritibus et locis ejectas, imo et ipsa morte earum capitibus imminente, ipsaque fame instar hostilis gladii eas absumente.

φυλῆς Δαβίδ, ἤτοι τοῦ Ἰούδα, τῆς βασιλείας ἐκκοπέντες, κατοιμώζουσιν ἀσχέτως, ὡς τῆς οὕτω περιφανοῦς εὐκλείας ἀποστερούμενοι. Οἵ γε μὴν ἐκ τῆς τοῦ Λευὶ, τῶν ἐκ τῆς ἱερωσύνης ἐξωθούμενοί γερῶν, ὁμοῦ γυναιξὶ ποιήσονται τὸν κομμόν. Οἱ δὲ ἐκ φυλῆς τοῦ Νάθαν, προφήτης δὲ οὗτος ἦν, καὶ οὐχὶ πάντως ἀληθὴς, κόψονται πάλιν· οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς ἔτι προφητεύειν ἄδικα, καὶ λαλεῖν τὰ ἀπὸ καρδίας, καὶ τοῖς ἀσυνέτοις καταπωλεῖν ὡς παρὰ Θεοῦ τοὺς ἰδίους λόγους, καὶ τὰς ἐντεῦθεν συλλέγειν αἰσχροκερδείας. Ἔχει δὲ ἡ παράδοσις, ὅτι τοὺς κριτὰς Ἰουδαῖοι τοὺς καθισταμένους κατὰ καιροὺς ἐκ τῆς Συμεὼν ἐδέχοντο φυλῆς, ἅτε δὴ συνετωτάτους καὶ νομομαθεῖς ἄνδρας ἐχούσης, καὶ πολὺ τῶν ἄλλων προφερεστέρους εἴς γε τὸ ζῆν ἑλέσθαι ἐννόμως. Διὰ τοῦτό φησιν ὅτι Φυλὴ Συμεὼν κόψεται καθ' ἑαυτήν. Ἴδιος δέ τις καὶ τούτοις ὁ θρῆνος. Οὐ γὰρ ἔκρινον ὀρθῶς, οὔτε μὴν τοῖς θείοις εἴκοντες νόμοις, τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν ἀποπεραίνειν ἐσπούδαζον, ἦσαν δὲ μᾶλλον φιλοκερδεῖς, καὶ εὐωνότατοι, καὶ ᾗ φησιν ὁ προφήτης, « Οἱ κριταὶ αὐτῆς ὡς λύκοι τῆς Ἀραβίας. » Συνοδύρεσθαι δὲ ταύταις ἀναγκαῖόν πως ἦν καὶ τὰς ἑτέρας φυλὰς, ἅτε δὴ τῶν ἡδίστων αὐταῖς ἐθῶν τε καὶ τόπων ἐκπεμπομένας, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτοῦ θανάτου ἐπηρτημένου ταῖς σφῶν κεφαλαῖς, φθάνοντος δὲ ὥσπερ τῶν πολεμίων τὸ ξίφος καὶ αὐτοῦ τοῦ λιμοῦ.

## CAP. XIII.

VERS. 1. *In die illa erit omnis locus apertus in domo David, et habitantibus Jerusalem, et in transmutationem et aspersionem.*

XCVI. Post hoc adventum Christi diligentibus eventura percurrit. Qui enim in sua incredulitate insolentius se gesserunt, obsidebuntur, inquit, et in miseriis suis ejulabunt. Ast in ea, quam mente spectamus, et vere sancta Hierosolyma [6], et in domo David, hoc est, Ecclesia, ubi ex semine David secundum carnem Christus apparuerit, « Omnis locus patebit, » hoc est, multa erit latitudo, et quasi remissum et laxum, optatissimumque et omni molestia solutissimum vivendi genus. Scias porro velim, in Hebræa editione sententiam hanc aliter exstare. Nam pro, « Erit omnis locus apertus, » ait, fore ut omnis fons scaturiat. Et probabile est admodum, etiam LXX interpretationem eodem tendere, quamvis verba secus habeant, ut quiddam ejusmodi significetur. Incredula nempe et recalcitrans, perversa et apostatrix Jerusalem, « quæ occidit prophetas, et lapidat eos qui ad eam missi sunt [7], » condignas audacia sua pœnas persolvet. Exscindetur enim, ceu malus punica. Habitantibus autem Jerusalem quæ intelligentia conspicitur, sive domum Juda, id est, Christi, « erit omnis locus apertus, » sive in omni loco fons, purgationis aqua manans, utique sacri baptismatis, ad utilitatem credentium, « et in transmutationem **787** et in aspersionem. » Quænam ista transmutatio? Judæorum ex institutione legali ad vitam in Christo,

## ΚΕΦΑΛ. ΙΓʹ.

*Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται πᾶς τόπος διανοιγόμενος ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ, καὶ τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλὴμ, καὶ εἰς τὴν μετακίνησιν, καὶ εἰς* C *τὸν ῥαντισμόν.*

ϞϚʹ. Ἐπιτρέχει τῷ λόγῳ τὰ μετὰ τοῦτο πάλιν ἐσόμενα τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ. Οἱ μὲν γὰρ ταῖς ἀπειθείαις ἐξυβρικότες, ἐν πολιορκίαις ἔσονται, φησὶ, καὶ ἐπί γε τοῖς σφῶν αὐτῶν κατοιμώξουσι κακοῖς. Ἐν δέ γε τῇ νοητῇ καὶ ἁγίᾳ κατὰ τὸ ἀληθὲς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ, τουτέστι τῇ Ἐκκλησίᾳ, τοῦ πεφηνότος ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα Χριστοῦ, « Πᾶς τόπος ἔσται διανοιγόμενος, » τουτέστι, πολλή τις εὐρυχωρία, καὶ οἷον ἀνειμένη δίαιτα τριπόθητος καὶ ἀπονωτάτη. Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ῥητὸν Ἑβραῖοι πάλιν ἑτέρως ἐκδεδώκασιν. Ἀντὶ γὰρ τοῦ, « Ἔσται πᾶς τόπος διανοιγόμενος, » πᾶσαν ἔσεσθαι πηγὴν ἀναβρύουσαν ἔφησαν αὐτοί. Καὶ εἰκός γε σφόδρα, καὶ τῆς ἑρμη- D νείας τῶν Ἑβδομήκοντα τὸν σκοπὸν εἰς τοῦτο αὐτὸ συντείνεσθαι, κἂν εἰ ἑτέρως ἔχοι τῆς τῶν ῥημάτων προφορᾶς ὁ τρόπος, ἵνα τι τοιοῦτον ᾖ τὸ δηλούμενον. Ἡ μὲν γὰρ ἀπειθὴς, καὶ ἐξήνιος Ἱερουσαλὴμ, ἡ πονηρά τε καὶ ἀποστάτις, « Ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν, » τὰς τοῖς ἰδίοις τολμήμασιν ἀναλόγως ἐχούσας ἀποτιεῖ δίκας. Ἐκκοπήσεται γὰρ ῥοῶνος δίκην. Τοῖς γε μὴν οἰκοῦσι τὴν νοητὴν Ἱερουσαλὴμ, ἤτοι τὸν οἶκον Ἰούδα, τουτέστι Χριστοῦ, « ἔσται πᾶς τόπος διανοιγόμενος, » ἤγουν ἐν παντὶ τόπῳ πηγὴ, τὸ τῆς καθάρσεως ὕδωρ ἀναβρύουσα, δῆλον δὲ ὅτι τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ὡς εἶναι χρήσιμον τοῖς πεπι-

[4] Jerem. XXIII, 16. [5] Sophon. III, 3. [6] Hebr. XII, 22. [7] Matth. XXIII, 37.

στευχόσι, « καὶ εἰς τὴν μετακίνησιν, καὶ εἰς τὸν A ῥαντισμόν. » Καὶ τίς ἡ μετακίνησις; Ἰουδαίων μὲν ἐκ νομικῆς ἀγωγῆς εἰς πολιτείαν τὴν ἐπὶ Χριστῷ· ἀπὸ σκιᾶς εἰς ἀλήθειαν, ἐκ τύπου καὶ γράμματος, εἰς λατρείαν πνευματικήν. Ἕλλησι δὲ μετακίνησις τίς ἔσται; Ἐξ ἀπιστίας ἥκουσιν ἐπὶ τὸ πιστεῦσαι Χριστῷ· ἐξ ἀμαθείας τῆς πρώτης, εἰς ἐπίγνωσιν ἀκραιφνῆ τοῦ κατὰ ἀλήθειαν ὄντος Θεοῦ· ἀπὸ σκότους εἰς φωτισμόν. Μετακίνησις δὲ κοινή, παντὶ πρέπουσα τῷ κεκλημένῳ διὰ τῆς πίστεως, Ἰουδαίῳ τε καὶ Ἕλληνι, ἀπὸ τοῦ φρονεῖν τὰ σαρκὸς, ἐπὶ τὸ ἑλέσθαι ζῆν ὁσίως, καὶ καθαρῶς, καὶ περιπατεῖν ἐν πνεύματι, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν· ἐκ τοῦ τιμᾷν τὰ ἐν κόσμῳ εἰς τὸ ἀγαπῆσαι τὰ ὑπερκόσμια. Ὅτι δὲ τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν δεχόμενοι βάπτισμα ῥαντιζόμεθα τῷ αἵματι Χριστοῦ πρὸς ἀποκάB θαρσιν ἁμαρτίας, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; Οὐκοῦν ἡ ὁδὸς ἡ εἰς μετακίνησιν καὶ εἰς ῥαντισμὸν τοῖς ἐν τῷ οἴκῳ Ἰούδα, τὸ σωτήριον βάπτισμα, ἤτοι πᾶς τόπος διανοιγόμενος, ἤγουν πᾶσα πηγὴ κατευρυνομένη τε καὶ ἀναβρύουσα τὸ τῆς καθάρσεως ὕδωρ.

*Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει Κύριος Σαβαὼθ, ἐξολοθρεύσω τὰ ὀνόματα τῶν εἰδώλων ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ οὐκέτι ἔσται αὐτῶν μνεία. Καὶ τοὺς ψευδοπροφήτας, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἐξαρῶ ἀπὸ τῆς γῆς.*

ϞΖʹ. Πάντα πρὸς τὸ ἄμεινον μετακεχώρηκεν ἐν Χριστῷ, καὶ καινὴ κτίσις τὰ ἐν Χριστῷ, τῆς ἀρχαίας σαθρότητος ἀποβαλόντα τὸν μῶμον. Ἀτρεκῆ δὲ ὄντα τὸν ἐπὶ τῷδε λόγον κατίδοι τις ἂν ἐξ αὐτῶν, εἰ βούλοιτο, τῶν πραγμάτων. Πρὸ μὲν γὰρ τῶν τῆς ἐπιδημίας C καιρῶν, οὔπω καθ' ἡμᾶς γεγονότος τοῦ Μονογενοῦς, οὔτε μὴν τῷ θείῳ φωτὶ τὰ πάντα περιαστράπτοντος, ἀχλὺς ἦν ἔτι, καὶ σκότος ἐν ταῖς τῶν ἐθνῶν καρδίαις. Ἐλάτρευον γὰρ εἰδώλοις, καὶ δυσβουλίας εἰς τοῦτο κατώλισθον, ὡς ξύλοις, καὶ λίθοις ἀναθεῖναι τὸ σέβας, καὶ τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσι τὰς Θεῷ πρεπούσας ἀνάπτειν τιμάς. Καὶ ταυτὶ μὲν τῆς τῶν πλανωμένων ἀβελτηρίας τὰ ἐγκλήματα. Παρά δέ γε τῷ Ἰσραὴλ, ὃς καὶ ἀπόδεκτος, καὶ μερὶς Κυρίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον, σχοίνισμά τε κληρονομίας αὐτοῦ, τοσαύτη τις ἦν ἠθῶν τε καὶ τρόπων ἐξιτηλία, ὡς ὀλίγου μὲν ἀξιοῦσθαι λόγου, καίτοι πρὸς ἐπικουρίαν αὐτοῖς δοθέντα τὸν νόμον, καὶ οὐχ ἀνικάνως ἔχοντα πρὸς παιδαγωγίαν τὴν ἐπί γε τῷ χρῆναι βιοῦν ὀρθῶς, ἀπονεῦσαι δὲ μᾶλλον πρὸς τὸ δεῖν ἀβούλως ταῖς D τῶν ἐθνῶν ἀποκομίζεσθαι πλάναις, καὶ ταῖς τῶν ὁμόρων δεισιδαιμονίαις στοιχεῖν. Προσέκειντο μὲν γὰρ, καὶ λίαν ἐκτόπως, τοῖς τῶν ψευδωνύμων προφητῶν μαντεύμασιν. Οἱ μὲν γὰρ τῶν εἰδώλων θεραπευταὶ, τοῖς βεβήλοις τεμένεσι προσιζήσαντες, χρησμολόγοι τε ἦσαν, καὶ ψευδοεπεῖς· οἱ δὲ καὶ τὸ, « Ζῇ Κύριος, » ἐπὶ γλώττης ἔχοντες, καὶ εὐσεβεῖν ὑποπλαττόμενοι, καὶ οἷον προβάτου δορᾷ τὸν λύκον ἐπισκιάζοντες, τὸ τῆς προφητείας ὄνομά σφισιν αὐτοῖς περιτιθέντες οἱ τάλανες, καὶ τὴν ἐπὶ τούτῳ δόξαν ἀνοσίως ἁρπάζοντες, ἀπηρεύγοντο τὸ δοκοῦν, καὶ τοὺς τῆς αὐτῶν καρδίας λογισμοὺς, θείαν ἔφασκον

ab umbra ad veritatem, a typo et littera ad cultum spiritualem. Quænam autem Græcorum erit transmutatio? Ex incredulitate ad Christo credendum veniunt, et ex ignorantia maxima ad agnitionem puram veri Dei; a tenebris ad illuminationem. Transmutatio autem communis, cuilibet per fidem vocato conveniens, Judæo et Græco, a sapiendo ea quæ carnis sunt ad sancte ac pure vivendi et in spiritu ambulandi consilium, uti beatus Paulus hortatur [8]; ex admiratione eorum quæ in mundo sunt ad diligenda quæ supra mundum sunt. Divinum porro et sacrum baptisma suscipientes nos aspergi sanguine Christi ad expurgationem peccati, quis dubitet? Ergo via ad transmutationem et aspersionem domum Juda habitantibus salutare baptisma est, sive omnis locus apertus, sive omnis fons dilatatus, et purgationis seu expiationis aqua scaturiens.

VERS. 2. *Et erit in die illa, dicit Dominus Sabaoth, disperdam nomina idolorum de terra, et non erit ultra eorum memoria. Et pseudoprophetas, et spiritum immundum auferam de terra.*

XCVII. Omnia in statum meliorem migrarunt in Christo, et quæ in eo sunt nova creatura [9], marcoris antiqui abjecto dedecore. Ac verborum quidem istorum veritatem ex ipsis quoque rebus quispiam perspexerit. Ante tempora enim adventus, quando nondum corpus ullum induerat Unigenitus, neque divino lumine omnia collustrabantur, adhuc caligo et tenebræ in cordibus gentium erant. Colebant enim simulacra, eoque stultitiæ descenderant ut ligna et lapides divinis cæremoniis afficerent, et immundis dæmonibus Deo congruentes honores impenderent. Et hæc quidem errantium vesaniæ crimina fuerunt. Apud Israelem vero acceptum illum, et partem Domini, sicut scriptum est [10], et funiculum hæreditatis ejus, tanta erat consuetudinum atque morum fatuitas, ut legem, quamvis ad auxilium sibi datam, nec ad institutionem vitæ in Christo probatæ insufficientem parvipenderent, potiusque ad gentium errores sequendos stolide declinarent, finitimarumque superstitiones **788** amplecterentur. Falsorum enim prophetarum vaticiniis absurdissime inhærebant. Quorum alii idolorum ministri profanis templis assidentes, et oracula et mendacia loquebantur: alii, « Vivit Dominus » in lingua habentes, et pietatem simulantes et tanquam ovilla pelle lupum contegentes, prophetarumque appellationem sibi ipsis arrogantes, miseri, et gloriam ejus nefarie rapientes, quod libebat eructabant, et sensa cordis sui divinum esse consilium autumabant. Super hujusmodi tam projecte audacibus etiam propheta Jeremias universorum Dominum Deum ita compellat: « Qui es, Domine, ecce prophetæ pro-

[8] Rom. VIII, 4 seqq. [9] II Cor. V, 17. [10] Deut. XXXII, 9.

phetant, et dicunt : Non videbitis gladium, et fames non erit in vobis, quia veritatem et pacem dabo in terra, et in loco isto [11]. » Et ad hæc Deus : « Falsa prophetæ prophetant in nomine meo. Non misi eos, et non mandavi eis, et non sum locutus ad eos, et visiones mendaces, et divinationes, et auguria, et electiones cordis sui ipsi locuti sunt ad eos, et ipsi locuti sunt eis, et ipsi prophetabant [12]. » Mendaciloqui enim erant, ut dixi, et turpibus victi quæsticulis, de corde suo audientibus loquebantur, ut scriptum est, « et non de ore Domini [13]. » Deinde cum Judæos istud iniquo animo ferre oporteret, illi contra eos venerabantur, et supremis honoribus exornare studebant. Postquam autem aliquando unigenitum Dei Verbum nobis apparuit, inepta et puerilia idololatriæ ludicra prorsus evanuerunt et exstincta sunt, et sublatum cum ea nefarium quoque et impium pseudoprophetarum studium qui maligno et immundo spiritu pleni erant, et cum idolorum cultoribus germano ac simili errore infecti verissime coargui potuissent. Unus quippe ambobus impietatis præses, nimirum Satanas. Ait igitur : « Tollam de terra nomina idolorum, et non erit memoria illorum in die illa [14], » hoc est, illo tempore, quo divinum et cœleste lumen splenduerit, et in errantium cordibus Lucifer, quem intelligentiæ oculo videmus, exortus fuerit, ut scriptum est, et diluxerit dies, antiqua nocte et quæ in ea fiebant repulsis, ut, veteri immunditia sublata, athletæ et sancti adoratores de cætero conversationis sanctæ ornamentis instructi, vitam in Christo suspicere videantur.

A εἶναι βουλήν. Περὶ τῶν τὰ τοιάδε τολμᾷν εἰωθότων καὶ ὁ προφήτης ἔφασκεν Ἱερεμίας, πρὸς τὸν τῶν ὅλων κατεξουσιάζοντα Θεόν· « Ὁ ὤν, Κύριε, ἰδοὺ οἱ προφῆται αὐτῶν προφητεύουσι, καὶ λέγουσιν· Οὐκ ὄψεσθε μάχαιραν, καὶ λιμὸς οὐκ ἔσται ἐν ὑμῖν, ὅτι ἀλήθειαν καὶ εἰρήνην δώσω ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ. » Καὶ πρός γε ταῦτα Θεός· « Ψευδῆ οἱ προφῆται προφητεύουσιν ἐν τῷ ὀνόματί μου. Οὐκ ἀπέστειλα αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἐνετειλάμην αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἐλάλησα πρὸς αὐτοὺς, καὶ ὁράσεις ψευδεῖς, καὶ μαντείας, καὶ οἰωνίσματα, καὶ προαιρέσεις καρδίας αὐτῶν, αὐτοὶ ἐλάλησαν πρὸς αὐτοὺς, καὶ αὐτοὶ προεφήτευον. » Ψευδοεπεῖς γὰρ ἦσαν, ὡς ἔφην, καὶ λημματίων αἰσχρῶν ἡττώμενοι, προσελάλουν τοῖς ἀκροωμένοις τὰ ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, καθὰ γέγραπται, καὶ B οὐκ ἀπὸ στόματος Κυρίου. Εἶτα δέον ἐπὶ τούτοις ἀγανακτεῖν Ἰουδαίους, ἐκ τῶν ἐναντίων ἐποιοῦντο σεπτοὺς, καὶ τιμαῖς ταῖς ἀνωτάτω στεφανοῦν ἐσπούδαζον. Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν ἐπέφανεν ἡμῖν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ᾤχετο μὲν εἰς ἅπαν, καὶ ὠλόθρευτο παντελῶς τὰ ψυχρὰ καὶ μειρακιώδη τῆς εἰδωλολατρείας ἀθύρματα, συνεξῄρηται δὲ αὐτῇ καὶ τὸ ἔκτοπόν τε καὶ δυσσεβὲς ἐπιτήδευμα τῶν ψευδοπροφητῶν, οἳ πονηροῦ καὶ ἀκαθάρτου πνεύματος ἔμπλεῳ ἦσαν, καὶ τοῖς τῶν εἰδώλων θεραπευταῖς ἀδελφὴν καὶ γείτονα νοσοῦντες τὴν πλάνησιν καταφωραθεῖεν ἂν, καὶ μάλα ὀρθῶς. Εἷς γὰρ ἀμφοῖν τῆς δυσσεβείας ὁ ἐπιστάτης, τουτέστιν ὁ Σατανᾶς. « Ἐξαρῶ τοίνυν, φησὶν, ἀπὸ τῆς γῆς τὰ ὀνόματα τῶν εἰδώλων, καὶ οὐκ ἔσται αὐτῶν μνεία ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, » τουτέστι, κατ' C ἐκεῖνον τὸν καιρὸν καθ' ὃν ἂν τὸ θεῖον καὶ ἐπουράνιον λάμψῃ φῶς, καὶ ἐν ταῖς τῶν πλανωμένων καρδίαις ὁ νοητὸς ἑωσφόρος ἀνατείλῃ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, διαυγάσῃ δὲ ἡμέρα, τῆς πάλαι νυκτὸς ἀπεληλαμένης, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ δρωμένων· ἵνα, τῆς ἀρχαίας ἀκαθαρσίας ἐξῃρημένης, οἱ ἀθληταὶ καὶ ἅγιοι προσκυνηταὶ φαίνοιντο λοιπὸν τῆς εὐαγοῦς πολιτείας ἀνημμένοι τὰ αὐχήματα, καὶ τὴν ἐν Χριστῷ τιμῶντες ζωήν.

789 VERS. 3. *Et erit, si prophetaverit homo ultra, et dicet ad eum pater et mater ejus qui genuerunt eum : Non vives, quoniam mendacium locutus es in nomine Domini, et compedient eum pater ejus et mater ejus qui genuerunt eum, cum prophetaret ipse.*

XCVIII. Tanta reverentia illius sæculi mortales numen prosequentur, inquit, adeoque de perfecta probitate et vita laudabili erunt solliciti, ut etiam parentes ipsi ad zelum et iram adversum liberos exacuantur, quod cum falsa dicant, se prophetare fingant, et de corde suo loquantur, quasi Deus ad ipsos verba fecisset. « Compedibus, inquit, implicabunt eum, » hoc est, ut amentem et insanum vincient, morasque tollentes, morti eum destinabunt, si in hoc morbo fixe impudenterque manserit. Satis enim est illis ad quodvis supplicium in filium decernendum, quod falsa in nomine Domini locutus sit. Vide autem quam vere hoc dictum sit, et quam stabilem mereatur fidem prædictio. Quis enim nostrum toleraverit hodie sic prophetantem quem-

*Καὶ ἔσται, ἐὰν προφητεύσῃ ἄνθρωπος ἔτι, καὶ ἐρεῖ πρὸς αὐτὸν ὁ πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ οἱ γεννήσαντες αὐτόν· Οὐ ζήσῃ, ὅτι ψευδῆ ἐλάλησας ἐν ὀνόματι Κυρίου, καὶ συμποδιοῦσιν αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ οἱ γεννήσαντες αὐτὸν ἐν τῷ προφητεύειν αὐτόν.*

ϞΗ'. Τοσαύτη τις ἔσται περὶ τὸ θεῖον αἰδὼς τῶν D τηνικάδε, φησὶ, φροντιοῦσι δὲ οὕτω τῆς εἰς ἄκρον ἐπιεικείας καὶ ἀξιαγάστου ζωῆς, ὥστε καὶ γονέας αὐτοὺς ἰδίοις ἐπιθήγεσθαι τέκνοις ζηλοῦν, τὸ τοὺς ψευδοεπεῖς προφητεύειν ἀποπλαττομένους, καὶ ἀποφθέγξοιντο τὰ τῶν ἀπὸ καρδίας, ὡς Θεοῦ λελαληκότος. « Συμποδιοῦσι γὰρ αὐτὸν, » φησὶ, τουτέστι, καταδεσμεύσουσιν ὡς ἔκφρονά τε καὶ μεμηνότα, μελλήσαντες δὲ οὐδὲν, καθοριοῦσιν αὐτοῦ τὸν θάνατον, εἰ ἔμμονόν τε καὶ ἀναιδῆ τὴν ἐπὶ τῷδε ποιοῖτο νόσον. Ἀπόχρη γὰρ αὐτοῖς εἰς τὸ δεῖν ἅπασαν τοῦ παιδὸς καθορίσαι δίκην τόδε, ὅτι ψευδῆ λελάληκεν ἐν ὀνόματι Κυρίου. Ἄθρει δὲ ὥσπερ ἐστὶν ἀληθὴς ὁ λόγος, καὶ τὸ βέβαιον εἰς πίστιν ἡ προαναφώνησις ἔχει. Τίς γὰρ τῶν καθ' ἡμᾶς διακαρτερήσειεν ἂν ἐν

[11] Ezech. xiv, 13. [12] Ibid. 14. [13] Jerem. xxiii, 16. [14] II Petr. i, 19.

τῷ νῦν καιρῷ προφητεύοντός τινος; ἢ πῶς οὐκ ἐξεστηκότα λογιεῖται μὲν τὸν τοιοῦτον εὐθὺς, ὧδέ τε ἔχοντα γνώμης πῶς οὐκ ἂν ποιήσαιτο στυγητόν; Ποῖος δὲ πατὴρ ἀνεπίπληκτον ἐάσει τέκνον, εἰ τοῖς οὕτω δεινοῖς ἐναλοίη πλημμελήμασιν; Ἀπόδειξις οὖν ἄρα, καὶ μάλα σαφὴς γένοιτο ἄν, οἶμαι, τουτὶ τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας, ὅτε πολὺ πρὸς τὸ ἄμεινον ἡ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων μετακεχώρηκε φύσις, Θεοῦ μεταπλάττοντος εἰς τὸ αὐτῷ δοκοῦν καὶ εἰς τὸ εὖ ἔχον ἢ πρίν. Καὶ γοῦν τὰ πάλαι τιμώμενα καὶ παρὰ πολλοῖς ἀξιάγαστα, νῦν εἰσι στυγητὰ καὶ ἐπάρατα καὶ τοῖς ἐπιεικέσιν οὐκ ἀνεκτὰ καὶ τοῦ κολάζεσθαι δεῖν οὐκ ἠμοιρηκότα.

*Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καταισχυνθήσονται οἱ προφῆται ἕκαστος ἐκ τῆς ὁράσεως αὐτοῦ ἐν τῷ προφητεύειν αὐτὸν, καὶ ἐνδύσονται δέῤῥιν τριχίνην, ἀνθ' ὧν ἐψεύσαντο, καὶ ἐρεῖ· Οὐκ εἰμὶ προφήτης ἐγὼ, διότι ἄνθρωπος ἐργαζόμενος τὴν γῆν ἐγώ εἰμι, ὅτι ἄνθρωπος ἐγέννησέ με ἐκ νεότητός μου. Καὶ ἐρῶ πρὸς αὐτόν· Τί αἱ πληγαὶ αὗται ἀναμέσον τῶν χειρῶν σου; Καὶ ἐρεῖ· Ἃς ἐπλήγην ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀγαπητοῦ μου.*

ϞΘ'. Ὅτι καὶ ποινῆς καὶ δίκης ἄξια τέθεινται παρ' ἡμῖν τὰ πάλαι τεθαυμασμένα, καὶ ἐκ τῆς τῶν προκειμένων ἐννοίας ἀταλαίπωρον ἰδεῖν. Προεφήτευον μὲν γὰρ, ὡς ἔφην, ἐν τῷ Ἰσραὴλ οἱ ψευδοεπεῖς τε καὶ φένακες, καὶ πλανᾷν εἰωθότες ἕνεκεν « δραχὸς κριθῆς καὶ κλάσματος ἄρτου, » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Εἶτα τοιαῦτα τολμῶσιν ἐκείνοις ἐπέπληττε μὲν οὐδεὶς, οὐδ' ἀπείργειν ἤθελεν ὡς δυσσεβεῖν ᾑρημένους, ἐπαίνοις δὲ μᾶλλον αὐτοὺς, καὶ ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς στεφανοῦν ἠξίουν οἱ τάλανες. Ταύτῃ τοι κἀκεῖνοι πρὸς τὸ χεῖρον ᾔεσαν, τρεφομένης ὥσπερ αὐτοῖς τῆς νόσου διὰ τῆς τῶν τεθαυμακότων αὐτοὺς ἐλαφρίας. Ἐν δὲ τῷ νῦν καιρῷ καταισχυνθήσεσθαί φησιν αὐτοὺς, οὐ παραδεχθείσης δηλονότι τῆς ψευδοπροφητείας, ἐπιτετιμημένης δὲ μᾶλλον, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν τὰ τοιάδε τολμᾷν εἰωθότων τὰς τῆς ἀπονοίας ἐξαιτουμένων δίκας, ὡς ἐλεγχθέντας εὐθὺς καὶ ἀποσχέσθαι τοῦ κακοῦ, καὶ δέῤῥιν ἐνδύσασθαι τριχίνην, ἀνθ' ὧν ἐψεύσαντο, τουτέστι, πενθεῖν ἐπὶ τῷ κακῷ καὶ ἐπὶ τῇ πλημμελείᾳ κατολοφύρεσθαι, μεταγινώσκοντας ὅτι λογισμῶν εἰς τοῦτο κατώλισθον ἀμαθίας, ὡς ψευδοεπῆσαι κατὰ Θεοῦ, ἐρυθριῶντας δὲ ὅλως οὐδὲν, ὁμολογῆσαί τε τὴν ἁμαρτίαν, καὶ συγγνώμην ἐξαιτῆσαι, λέγοντας σαφῶς· « Οὐκ εἰμὶ προφήτης ἐγὼ, ὅτι ἄνθρωπος ἐγέννησέ με, ἐκ νεότητός μου, » τουτέστιν, ὅτι ἀνθρώπου γέγονα τέκνον. Ἀσθενὴς δὲ λίαν ἡ φύσις καὶ εὐπάροιστος κομιδῇ πρὸς τὸ μὴ ἔχον ὀρθῶς καὶ ἑτοιμοτρεπὴς εἰς ἁμαρτίαν. Εἶεν δ' ἂν αἱ τοιαίδε μετανοούντων φωναί. Εἰ δὲ δὴ βουλοίμην αὐτὸν ἐρέσθαι, φησὶ, Τί τὸ χρῆμα τῶν ἐν χερσὶν ὁρωμένων τραυμάτων ἤτοι πληγῶν; ἀποκρινεῖται πάλιν, ὅτι « Ἃς ἐπλήγην ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀγαπητοῦ μου, » συμποδισάντων αὐτὸν δηλονότι πατρὸς καὶ μητρὸς, καὶ τὰ τῆς προπετείας ἐξῃτηκότων δίκας. Οἶκος γὰρ

A piam? aut quomodo non de mente ac sanitate deturbatum statim reputabit talem, et sic affectum quomodo non aversabitur? Quis autem pater filium teterrimorum maleficiorum compertum inobjurgatum relinquet? Potest igitur hoc, meo judicio, evidentissima esse demonstratio pietatis in Deum, quando rerum nostrarum natura multum ad meliora processit, Deo illam ad voluntatem suam flectente, et in conditionem pristina meliorem transformante. Quare quæ olim erant in pretio et a multis suspiciebantur, nunc odiosa et exsecranda et bonis intoleranda ac supplicio obnoxia sunt.

VERS. 4-6. *Et erit in die illa, confundentur prophetæ, unusquisque ex visione sua dum prophetaverit* B *ipse, et induentur pelle cilicina, pro eo quod mentiti sunt, et dicet: Non sum propheta ego, quia homo colens terram ego sum, quia homo genuit me a juventute mea. Et dicam ad eum: Quid plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet: Quibus percussus sum in domo dilecti mei.*

**790** XCIX. Pœna et ultione digna a nobis æstimata, quæ quondam magni ducebamus, etiam ex propositorum verborum sententia videre, nihil est negotii. Prophetabant enim, ut dixi, in Israel mendaces, plani et impostores, et propter « pugillum hordei frustulumque panis, » sicut scriptum est [18], seducere soliti. Quæ cum designarent, nemo erat C qui eos reprehenderet aut tanquam impios coercere vellet: quinimo laudibus potius et amplissimis honoribus miseri dignabantur. Quare et illi deteriores evadebant, cum eorum morbum venerantium levitas aleret. Hoc autem tempore eos confusum iri dicit, repudiata nimirum pseudoprophetia, seu potius accusata, et pœnis amentiæ a tam impudentibus repetitis, ut correpti mox et scelere abstineant et pellem cilicinam induant, pro eo quod mentiti sint, hoc est, propter improbitatem suam lugeant et propter delictum lamententur, pœnitentes quod in cogitationes adeo insipientes devenerint, ut perfricta fronte contra Deum falsa proloquerentur, peccatumque suum confiteantur, et veniam poscant, dicentes aperte: « Non sum pro- D pheta ego, quia homo genuit me a juventute mea, » hoc est, quia hominis natus sum filius. Infirma est autem natura vehementer et ad pravitatem facillime detorquetur et ad peccatum nullo negotio flectitur. Voces itaque pœnitentium hujuscemodi esse queunt. Quod si velim ipsum interrogare, inquit, Quid sunt quæ in manibus cernuntur vulnera seu plagæ? respondebit rursum: « Quibus percussus sum in domo dilecti mei, » vinculis eum scilicet patre et matre constringentibus et temeritatem plectentibus. Domus enim dilecti unicuique nostrum est domus parentum. Quamobrem quanta veterum

[18] Ezech. XIII, 19.

recentiumque rerum differentia sit, tecum reputa. Ferebantur enim in oculis falsi prophetæ, gloriaque et opinione bona florebant, nec eos talia agentes facti pœnitebat. Ast præsenti tempore, si qui eorum sequi vaticinia voluerint, increpantur et confunduntur, et parentum calculis ad pœnam vocantur, resipiscunt, ut qui peccarint, lugent, plorant, humanæ naturæ imbecillitatem proclivitatemque ad peccandum confitentes. **791** De terra enim spiritus immundus Salvatoris nostri Jesu Christi virtute potestateque sublatus est.

A ἀγαπητοῦ ἑκάστῳ τῶν καθ' ἡμᾶς, ὁ τῶν γεγεννηκότων. Ὅρα τοίνυν ὅση τίς ἐστιν ἡ τῶν πάλαι καὶ νῦν πραγμάτων διαφορά. Ἐθαυμάζοντο μὲν γὰρ οἱ παρ' ἐκείνοις ψευδοπροφῆται, καὶ ἦσαν ἐν δόξῃ καὶ ὑπολήψει χρηστῇ, καὶ ταῦτα δρῶντες οὐδὲ μετεμέλοντο. Κατὰ δέ γε τὸν ἐνεστηκότα καιρὸν, εἰ δή τινες ἕλοιντο ταῖς ἐκείνων μαντείαις κατακολουθεῖν, ἐπιτιμῶνται καὶ καταισχύνονται, καὶ ταῖς τῶν γεγεννηκότων κολάζονται ψήφοις, μεταγινώσκουσιν ὡς ἡμαρτηκότες, πενθοῦσι καὶ κλαίουσι, τὴν τῆς ἀνθρωπείας φύσεως ὁμολογοῦντες ἀσθένειαν καὶ τὸ εὐόλισθον εἰς ἁμαρτίαν. Ἀνῄρηται γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἀπὸ τῆς γῆς τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δυνάμει τε καὶ ἐξουσίᾳ.

VERS. 7. *Rhomphæa, consurge super pastorem meum et super virum civem ejus, dicit Dominus omnipotens. Percute pastorem, et dispergentur oves, et inducam manum meam super pastores.*

B *Ῥομφαία, ἐξεγέρθητι ἐπὶ τὸν ποιμένα μου καὶ ἐπ' ἄνδρα πολίτην αὐτοῦ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. Πάταξον τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα, καὶ ἐπάξω τὴν χεῖρά μου ἐπὶ τοὺς ποιμένας.*

C. Deus et Pater proprium Filium suum pro nobis tradidit [16], dispensatorie sinens, quamvis Deum et ex se naturaliter inexplicabili modo generatum, et in forma servi venire, et hominem nobis similem fieri [17], et crucem sustinere, ut mundo salutem restitueret, et Satanæ in omnes dominatum erueret, et impuram idololatriam everteret et vaticinationem, pseudoprophetas et imposturas ex suo cujusque corde profectas aboleret, auferret item spiritum immundum de terra, et mundum præterea constitueret formaretque, seductos ad divinitatis agnitionem transferens, eosque ad pias et honestas vitæ rationes et ad opinionem omnigenæ virtutis de se præbendam impellens. Hanc ob causam mortem super ligno, quanquam ignominiosissimam, pertulit, confusione contempta, cum sic ipsi Deo et Patri videretur [18]. Et tale quiddam nobis ipse Filius subostendit cum ait: « Quia descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me. Hæc est autem voluntas ejus qui misit me, ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die [19]. » Et ut divinus Paulus scribit: « Propterea Christus mortuus est et revixit, ut mortuorum et vivorum dominaretur [20]. » Posuit igitur animam suam libens pro nobis [21], tantum non etiam eum ut hominem voluntate sua Deo et Patre tradente, et velut permittente, ut dixi, illum sanguine suo omnium vitam emere. Itaque Servator, Pilato arbitrante se in ipsum habere potestatem, occurrit ita: « Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper [22]. » Postquam igitur ore prophetæ prænuntiavit rerum humanarum in melius commutationem fore maximam, ubi ille mortem in corpore pertulerit, quasi festinat tempus ostendere, quo hæc futura sint, et perpetrari passionis mysterium jubet, ipsam rhomphæam adhortans, ac dicens: « Consurge super pastorem meum, et super virum civem **792** ejus,

Ρ'. Δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν τὸν ἴδιον Υἱὸν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἐφεὶς οἰκονομικῶς, καίτοι Θεὸν ὄντα καὶ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ἀποῤῥήτως γεγεννημένον, καὶ ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ καθικέσθαι, καὶ ἄνθρωπον γενέσθαι καθ' ἡμᾶς, καὶ ἀνατλῆναι σταυρὸν, ἵνα σώσῃ τὸν κόσμον, καὶ ἀποστήσῃ τῆς κατὰ πάντων πλεονεξίας τὸν Σατανᾶν, καθέλῃ δὲ καὶ τὴν βέβηλον εἰδωλολατρείαν, καὶ καταργήσῃ μαντείαν, ψευδοπροφήτας τε καὶ τοὺς ἐκ καρδίας φενακισμοὺς, ἐξάρῃ δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ πρός γε C δὴ τούτοις, ἵνα καταστήσηται τὴν ὑπ' οὐρανὸν, μετατιθεὶς εἰς θεογνωσίαν τοὺς πεπλανημένους, ἀναπείθων ἑλέσθαι τὴν εὐσεβῆ καὶ εὐσχήμονα πολιτείαν καὶ πᾶν εἶδος ἀρετῆς ὁρᾶσθαι τετιμηκότας. Ταύτης οὖν ἕνεκα τῆς αἰτίας τὸν ἐπὶ ξύλου θάνατον, καίτοι πολὺ λίαν ἔχοντα τὸ δυσκλεὲς, ὑπέμεινεν, αἰσχύνης καταφρονήσας, οὕτω καὶ αὐτῷ δοκοῦν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Καίτοι τοιοῦτον ἡμῖν ὑποφαίνει λέγων αὐτὸς ὁ Υἱός· «Ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀναστήσω αὐτὸ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. » Καὶ ὥσπερ ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος, « Διὰ τοῦτο Χριστὸς ἀπέθανε καὶ ἀνέζησεν, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ. » D Τέθεικε τοίνυν ἑκὼν ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ψυχὴν, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ παραδόντος αὐτὸν ὡς ἄνθρωπον ἰδίῳ νεύματι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ οἷον ἐφιέντος, ὡς ἔφην, αἵματι τῷ ἰδίῳ τὴν ἁπάντων πρίασθαι ζωήν. Καὶ γοῦν ὁ Σωτὴρ, οἰηθέντος Πιλάτου κατεξουσιάζειν αὐτοῦ, προσυπήντα λέγων· « Οὐκ εἶχες ἐξουσίαν οὐδεμίαν κατ' ἐμοῦ, εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον ἄνωθεν. » Προαφηγησάμενος τοίνυν διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς ὡς πλείστη τις ἔσται τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἐπὶ τὸ ἄμεινον καταδρομὴ, παθόντος αὐτοῦ τὸν ἐν σαρκὶ θάνατον, μονονουχὶ καὶ ἐπισπεύδει τοῦ καιροῦ τὴν ἀνάδειξιν, καθ' ὃν ἔσται ταῦτα, καὶ ἐνεργεῖσθαι προστέταχε τὸ ἐπὶ τῷ πάθει μυστήριον, αὐτῇ

[16] Rom. VIII, 32. [17] Philipp. II, 6-8. [18] Hebr. XII, 2 seqq. [19] Joan. VI, 38, 39. [20] Rom. XIV, 8, 9. [21] I Joan. III, 16. [22] Joan. XIX, 11.

τῇ ῥομφαίᾳ παρεγγυῶν τε καὶ λέγων· «Ἐξεγέρθητι ἐπὶ τὸν ποιμένα μου, καὶ ἐπ' ἄνδρα πολίτην αὐτοῦ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.» Καὶ ῥομφαίαν μὲν ἐν τούτοις καταδηλοῦσθαί φαμεν ὡς ἐν εἴδει μαχαίρας τὸν πειρασμὸν, ἢ καὶ αὐτὸ τὸ πάθος, τὸ ἐκ τῆς Ἰουδαίων ἀπονοίας ἐπενηνεγμένον τῷ Ἐμμανουήλ. Ἔοικε γὰρ συνιέναι τε οὕτω καὶ μὴν καὶ εἰπεῖν ὁ δίκαιος Συμεὼν, ὅτε προσεκόμιζεν ὀκταήμερον τὸν Ἰησοῦν ἡ ἁγία Θεοτόκος. «Καὶ σοῦ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία.» Μόνον γὰρ οὐχὶ ῥομφαίᾳ κατεσφάζετο, σταυρούμενον ὁρῶσα τὸν ἐξ αὐτῆς γεννηθέντα κατά γε τὴν σάρκα φημί. «Ὦ τοίνυν ῥομφαία, ἐξεγέρθητι, φησὶν, ἐπὶ τὸν ποιμένα μου,» τουτέστιν, ἐξηγείσθω λοιπὸν τὸ σωτήριον πάθος, καὶ ὁ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀναδείξεως ἡκέτω καιρός. Ἔστι μὲν γὰρ ἐφ' ἡμᾶς ἀρχιποίμην ὁ Χριστὸς, καὶ ὑπ' αὐτῷ ἐσμεν πάντες οἱ πεπιστευκότες, πλὴν οὐκ ἔξω χειρὸς τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Κατάρχει γὰρ ἡμῶν ἐν Υἱῷ, δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ σεσώσμεθα, καὶ δι' αὐτοῦ ἐσχήκαμεν τὴν προσαγωγήν. Καὶ γοῦν ἔφασκεν ὁ Σωτήρ· «Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, κἀγὼ γινώσκω αὐτὰ, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι, κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς, καὶ οὐ μὴ ἀπόλωνται εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ οὐχ ἁρπάσει τις αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου. Ὁ Πατήρ μου ὃς δέδωκέ μοι, μείζων πάντων ἐστὶ, καὶ οὐδεὶς δύναται ἁρπάζειν ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ Πατρός μου. Ἐγὼ καὶ ὁ Πατήρ μου ἕν ἐσμεν.» Ἴδιος οὖν ἄρα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ποιμὴν ὁ Υἱὸς, οὐκ ἀλλότρια κατανέμων θρέμματα, τὰ ἑαυτοῦ δὲ μᾶλλον καὶ τοῦ Πατρὸς, οὐχ ἰδίων αὐτοῦ νοουμένων τῶν μισθωτῶν ποιμένων, οἳ κατέσφαζον μὲν τὰ πρόβατα, φειδοῦς ἁπάσης ἐξῃρημένης. Ἔλεγον δὲ καὶ πωλοῦντες αὐτά· «Εὐλογητὸς Κύριος, καὶ πεπλουτήκαμεν.» Πολῖται δὲ, ἤγουν οἰκεῖοι καὶ γνώριμοι τοῦ ἀγαθοῦ ποιμένος, οἱ ὑπ' αὐτῷ τεταγμένοι, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, οἳ καὶ παταχθέντος τοῦ ποιμένος κατεσχίδναντο καὶ πεφεύγασιν. Ἐπειδὴ γὰρ ἧκον τῶν Ἰουδαίων οἱ ὑπηρέται, καὶ σὺν αὐτοῖς ὁ προδότης ὁμοῦ τῇ σπείρᾳ συλληψόμενοι τὸν Ἰησοῦν, «Πάντες ἀφέντες αὐτὸν, ἔφυγον·» ἔφη γὰρ οὕτω τὸ Γράμμα τὸ εὐαγγελικόν. Ὅτι δὲ δοὺς ὑπὲρ ἡμῶν εἰς θάνατον τὸν ἴδιον Υἱὸν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ πατάξαι πως αὐτὸν λέγεται, τῷ γε ὅλως ἐφεῖναι παθεῖν, πιστώσεται λέγων αὐτὸς ὁ Υἱὸς, διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος φωνῆς περὶ τῶν εἰς αὐτὸν ἀνόσια δεδρακότων, δῆλον δὲ ὅτι τῶν Ἰουδαίων· «Ὅτι ὃν σὺ ἐπάταξας, αὐτοὶ κατεδίωξαν, καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν.» Ἑκούσιον μὲν οὖν, ὡς ἔφην, ἐποιεῖτο τὸ πάθος, ἵνα τὸ ἐκ τοῦ παθεῖν αὐτὸν διαφανῆται κατόρθωμα. Ὅτι δὲ τοῖς ἐσταυρωκόσιν ὀλέθρου πρόξενον ἔσται τὸ χρῆμα, καὶ τοῖς ἐκ θείας ὀργῆς ὑποπεσοῦνται κακοῖς, οἱ τῆς τοιᾶσδε βουλῆς καὶ τῶν ἐγχειρημάτων ἐξάρχοντες (οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ λαῶν ἡγούμενοι), διατρανοῖ λέγων· «Καὶ ἐπάξω τὴν χεῖρά μου ἐπὶ τοὺς ποιμένας.» Διεφθάρκασι γὰρ τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν· «Ἔδωκαν μερίδα αὐτοῦ

A dicit Dominus omnipotens.» Rhomphæam hoc loco ut in specie gladii tentationem significare dicimus, aut ipsos quoque cruciatus ex Judæorum vecordia Emmanueli adhibitos. Sic enim eos intelligere et appellare videtur justus ille Simeon, quando sancta Deipara octiduanum Jesum obtulit. «Et tuam ipsius animam pertransibit rhomphæa, seu gladius [23].» Pene enim gladio occisa est, conspiciens in cruce suffixum ex se progenitum, secundum carnem inquam. Ait ergo, «O rhomphæa, consurge super pastorem meum,» hoc est, procedat deinceps salutaris passio, et veniat tempus quo sese bona ostendant. Est enim princeps pastor noster Christus, et sub ipso sumus omnes qui credidimus : verumtamen non extra manum Dei et Patris. Imperat enim nobis
B in Christo, perque ipsum, et in ipso salvati sumus et per ipsum accessum obtinuimus [24]. Proinde dicebat Salvator : «Oves meæ vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me, et ego vitam æternam do eis, et non peribunt in æternum, nec rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus qui dedit mihi major omnibus est : et nemo potest rapere de manibus Patris mei. Ego et Pater unum sumus [25].» Proprius igitur Dei et Patris pastor et Filius, non alienum gregem pascens, sed suum potius et Patris, cum mercenarii pastores non esse ejus proprii intelligantur, qui contra omnem misericordiam oves mactabant. Quin et eas vendentes dictitabant : «Benedictus Dominus, et ditati sumus [26].»
C Cives autem, sive domestici, et noti boni pastoris, sunt ei subordinati, et ante alios divini discipuli, qui et percusso pastore dispersi sunt. Postquam enim Judæorum ministri advenerunt, et cum ipsis proditor cum cohorte Jesum comprehensuri, «Omnes relicto eo fugerunt [27];» sic enim est in Scriptura evangelica. Quod autem Deus et Pater dato pro nobis Filio suo in mortem, percussisse ipsum quodammodo dicatur, dum eum sivit omnimodis pati, testificatur et ipse Filius per vocem Psaltæ, de nefanda in ipsum machinatis, Judæis videlicet : «Quoniam tu percussisti, ipsi persecuti sunt, et super dolorem vulnerum meorum addiderunt [28].» Voluntarie igitur passus est, ut dixi, ut passionis virtus eluceret. Quam iis qui crucifixerunt exitiosam **793** fore, et
D calamitates ex divina ira invehendas sensuros hujus consilii cœptorumque istorum architectos (qui erant primores populi) declarat : «Et inducam manum meam super pastores.» Corruperunt quippe vineam ejus, juxta vocem prophetæ : «Dederunt partem ejus desiderabilem in solitudinem inviam. Facta est in dissipationem perditionis [29].» Inducit porro manum Deus pastoribus velut compressuram rhomphæam et impietatis exacturam pœnas, quia non solum ipsi in Christum insaniverunt, sed quia insuper aliis horribilis in eum furoris auctores et duces fuerunt. Nam, ut est apud sanctum Matthæum evange-

[23] Luc. II, 35. [24] Ephes. II, 18. [25] Joan. X, 27, 28. [26] Zachar. XI, 5. [27] Matth. XXVI, 56. [28] Psal. LXVIII, 27. [29] Jerem. XII, 10, 11.

listam, cum Pilatus Judæis Christum et Barabbam A propoauisset, et utrum sibi ex duobus dimitti vellent, quæsivisset, principes sacerdotum et seniores « persuaserunt populis ut Barabbam peterent, Jesum vero perderent. » Impulerunt eos nihilominus ut clamarent : « Crucifige, crucifige eum [30]. » Vera est igitur prophetæ vox : « Pastores stulte egerunt, et Dominum non exquisierunt. Propter hoc non intellexit omnis grex, et dispersi sunt [31]. » Sicut enim vigilantia bonorum pastorum commodat gregi ; sic inertia eumdem perdit, et per pastorum vestigia subditi omnino gradiuntur.

A ἐπιθυμητὴν εἰς ἔρημον ἄβατον. Ἐγενήθη εἰς ἀφανισμὸν ἀπωλείας. » Ἐπάγει γε μὴν τὴν χεῖρα Θεὸς τοῖς ποιμέσιν, οἱονεὶ καταπαύουσαν τὴν ῥομφαίαν καὶ τὰς τῆς ἀνοσιότητος ἐξαιτοῦσαν δίκας, οὐχ ὅτι μόνον αὐτοὶ πεπαρῳνήκασιν εἰς Χριστὸν, ἀλλ' ὅτι πρὸς τούτοις καὶ τοῖς ἄλλοις γεγόνασιν ἀρχὴ καὶ ὁδὸς τῆς εἰς Χριστὸν ἀσχέτου μανίας. Ὡς γάρ φησιν ὁ μακάριος Ματθαῖος ὁ εὐαγγελιστὴς, Πιλάτου τοῖς Ἰουδαίοις προτεθεικότος Χριστόν τε καὶ Βαραββᾶν, καὶ τὸ, Τίνα θέλετε ἐκ τῶν δύο ἀπολύσω ὑμῖν, προσπεφωνηκότος, οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι « ἔπεισαν τοὺς ὄχλους ἵνα αἰτήσωνται τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἀπολέσωσιν. » Ἀνέπειθον δὲ πρὸς τούτοις βοᾷν· « Σταύρωσον, σταύρωσον αὐτόν. » Οὐκοῦν ἀληθὲς τὸ διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς εἰρημένον, ὅτι « Οἱ ποιμένες ἠφρονεύσαντο, καὶ τὸν Κύριον οὐκ ἐξεζήτησαν. Διὰ τοῦτο οὐκ ἐνόησε πᾶσα ἡ νομὴ, καὶ διεσκορπίσθησαν. » Ὥσπερ γὰρ ἡ νῆψις τῶν ἀγαθῶν ποιμένων ὀνίνησι τὴν ἀγέλην· οὕτω καταφθείρει τὸ ῥᾴθυμον, καὶ τοῖς τῶν ποιμένων ἴχνεσι τὸ ὑπὸ χεῖρα πάντως ἀκολουθεῖ.

VERS. 8, 9. *Et erit in die illa in omni terra, dicit* B *Dominus, duæ partes ejus peribunt, et deficient, at tertia relinquetur in ea. Et traducam tertiam partem per ignem, et uram eos sicut uritur argentum, et probabo eos sicut probatur aurum. Ipse invocabit nomen meum, et ego exaudiam eum, et dicam : Populus meus iste est : et ipse dicet : Dominus Deus meus.*

*Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐν πάσῃ τῇ γῇ, λέγει Κύριος, τὰ δύο μέρη αὐτῆς ἐξολοθρευθήσεται, καὶ ἐκλείψει, τὸ δὲ τρίτον ὑπολειφθήσεται ἐν αὐτῇ. Καὶ διάξω τὸ τρίτον διὰ πυρὸς, καὶ πυρώσω αὐτοὺς, ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον, καὶ δοκιμῶ αὐτοὺς, ὡς δοκιμάζεται τὸ χρυσίον. Αὐτὸς ἐπικαλέσεται τὸ ὄνομά μου, κἀγὼ ἐπακούσομαι αὐτῷ, καὶ ἐρῶ· Λαός μου οὗτός ἐστι, καὶ αὐτὸς ἐρεῖ· Κύριος ὁ Θεός μου*

CI. Inducta manu divina pastoribus impiis et mendacibus, qui vineam regiam corruperunt, nec ultionis pœnarumque expertes futuros dicit, qui illorum meditata inconsultissime adjuverunt, populum Judæorum utique et vulgus subditum. Bello enim disperierunt, et urbibus una cum idolis funditus deletis, vix reliquiæ salvatæ sunt [32], quæ tertia pars C de tota multitudine intelligitur. 794 Non enim prorsus, seu universe Israel interiit, Deo propter patres miserante. Quod et beatus Isaias confirmat : « Et nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma fuissemus, et sicut Gomorrha similes essemus [33]. » Verumtamen, tertiam partem, seu reliquias, hoc est, credentes in sanguine et posteritate Israel, traducturum per ignem, et igne ut argentum et aurum sese exploraturum confirmat. Non enim caret molestiis ac laboribus sanctorum vita, et verum est, « volentes pie vivere in Christo, persecutionem passuros » [34]. Probatissimi porro fuerunt divini discipuli, et quotquot illo tempore operum et afflictionum socii iisdem fuerunt, Evangelium D Christi per gentes sacro ministerio promulgantibus. Ad multas enim vexationes et persecutiones experiendas vocati sunt, et tantum non ignibus usti, dum per tentationes probarentur, ut cum fiducia possent exclamare : « Quoniam probasti nos, Deus ; igne nos examinasti, sicut examinatur argentum [35]. » Quæ igitur hinc utilitas ? aut quod præmium referent, qui sic afflicti et probati sunt ? Domestici, noti et dilecti Deo evaserunt. Numerati sunt enim « po-

ΡΑ'. Ἐπενεχθείσης τῆς θείας χειρὸς τοῖς ἀνοσίοις ψευδοποιμέσιν, οἳ τὸν ἀμπελῶνα κατεφθάρκασι τὸν βασιλικὸν, οὐδὲ αὐτοὺς ἔσεσθαί φησιν ἔξω ποινῆς καὶ δίκης τοὺς τοῖς ἀνοσίοις αὐτῶν σκέμμασιν ἀδουλότατα συνδεδραμηκότας, δῆλον δὲ ὅτι τοὺς τῶν Ἰουδαίων δήμους καὶ τὴν ἀγελαίαν τῶν ὑπὸ χεῖρα πληθύν. C Δεδαπάνηνται γὰρ τῷ πολέμῳ, καὶ διολώλασιν ὁμοῦ τοῖς κατοίκοις αἱ πόλεις, πανολεθρίᾳ καταπολλύμεναι, μόλις δὲ σέσωσται τὸ κατάλειμμα, ὡς ἐν τρίτῃ μοίρᾳ τοῦ παντὸς νοούμενον πλήθους. Ὠλόθρευται γὰρ οὐκ εἰς ἅπαν ὁ Ἰσραὴλ, Θεοῦ κατοικτείροντος διὰ τοὺς πατέρας. Τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ μακάριος Ἡσαΐας φησί· « Καὶ εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμοῤῥα ἂν ὡμοιώθημεν. » Πλὴν τὸ τρίτον, ἤγουν τὸ κατάλειμμα, τουτέστι, τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ πιστεύσαντας, διάξειν φησὶ διὰ πυρὸς, καὶ πυροῦν αὐτοὺς ὡς ἀργύριον καὶ χρυσίον. Οὐ γὰρ ἔξω πόνου τῶν ἁγίων ἡ ζωή· ἀληθὲς δὲ ὅτι « οἱ θέλοντες ζῆν εὐσεβῶς ἐν Χριστῷ, διωχθήσονται. » Δοκιμώτατοι δὲ γεγόνασιν D οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, καὶ ὅσοι γεγόνασιν αὐτοῖς συνεργάται κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καὶ συμπεπονήκασιν ἱερουργοῦσιν εἰς τὰ ἔθνη τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Κέκληνται γὰρ εἰς πεῖραν πολλῶν θλίψεών τε καὶ διωγμῶν, καὶ μονονουχὶ πεπύρωνται, δοκιμαζόμενοι διὰ πειρασμῶν, ὡς δύνασθαι λέγειν ἐκ παῤῥησίας· « Ὅτι ἐδοκίμασας ἡμᾶς, ὁ Θεὸς, ἐπύρωσας ἡμᾶς ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον. » Τίς οὖν ἡ ἐντεῦθεν ὄνησις ; ἢ ποῖος ἔσται μισθὸς τοῖς ὧδε πεπονηκόσι καὶ δεδοκιμασμένοις ; Οἰκεῖοι γεγόνασι τοῦ Θεοῦ, γνώριμοί τε

[30] Matth. XXVII, 20-23. [31] Jerem. X, 21. [32] Isa. X, 22; Rom. IX, 27. [33] Isa. I, 9. [34] II Tim. III, 12. [35] Psal. LXV, 10.

καὶ ἠγαπημένοι. Κατελογίσθησαν γὰρ « εἰς ἔθνος ἅγιον, εἰς βασίλειον ἱεράτευμα, καὶ εἰς λαὸν τὸν εἰς περιποίησιν, ἵνα τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλωσι τοῦ ἐκ σκότους αὐτοὺς καλέσαντος ἐπὶ τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς, » ποτὲ δὲ ὄντες οὐ λαὸς, γεγόνασι λαός. Καί ποτε μὲν ἤκουον· « Ὅταν τὰς χεῖρας ἐκτείνητε πρός με, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν· καὶ ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν. » Νυνὶ δέ φησιν, ὅτι « Αὐτὸς ἐπικαλέσεται τὸ ὄνομά μου, καὶ ἐρῶ· Λαός μου οὗτός ἐστιν. » Οὐκοῦν ἴδιος γεγόνασι κλῆρος τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, δίδονται δὲ τῷ Υἱῷ, συγκατάρχει γὰρ τῶν ὅλων ὁμοῦ τῷ γεγεννηκότι, εὐμενῆ τε καὶ ἵλεω τὸν τῶν ὅλων ἔχουσι δημιουργὸν καὶ Δεσπότην.

A pulus sanctus, regale sacerdotium, populus acquisitionis, ut virtutes annuntiarent ejus, qui de tenebris ipsos vocavit in admirabile lumen suum [36], » et cum aliquando non essent populus, facti sunt populus [37]. Et aliquando audiebant : « Cum extenderitis manus vestras ad me, avertam oculos meos a vobis : et cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam vos [38]. » At nunc dicit : « Ipse invocabit nomen meum, et dicam : Populus meus hic est. » Quocirca hæreditas peculiaris Dei et Patris facti sunt, et dati sunt Filio, imperat enim omnibus una cum Patre, et benevolum et propitium universorum opificem ac Dominum habentibus.

## ΤΟΜΟΣ ΕΚΤΟΣ.

### ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

*Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται τοῦ Κυρίου, καὶ διαμεριοῦνται τὰ σκῦλά σου ἐν σοί. Καὶ ἐπισυνάξω πάντα τὰ ἔθνη εἰς πόλεμον ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἁλώσεται ἡ πόλις, καὶ διαρπαγήσονται αἱ οἰκίαι, καὶ αἱ γυναῖκες μολυνθήσονται, καὶ ἐξελεύσεται τὸ ἥμισυ τῆς πόλεως ἐν αἰχμαλωσίᾳ.*

ΡΒ'. Τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ σωτήριον πάθος καταμηνύων, ἔφασκεν ἐν τοῖς ὀπίσω βραχὺ, « Ῥομφαία, ἐξεγέρθητι ἐπὶ τὸν ποιμένα μου, καὶ ἐπ' ἄνδρα πολίτην αὐτοῦ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. Πάταξον τὸν ποιμένα καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα. » Ὅτι δὲ ποιναῖς ταῖς ἐσχάταις ἡ τῶν Ἰουδαίων πληθὺς ὑπενεχθήσεται, καὶ μάλα εἰκότως, κεκυριοκτόνηκε γὰρ ἡ πάντολμος, ἐδίδασκε προστιθείς· « Καὶ ἐπάξω τὴν χεῖρά μου ἐπὶ τοὺς ποιμένας, καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει Κύριος, τὰ δύο μέρη ἐξολοθρευθήσεται καὶ ἐκλείψει, τὸ δὲ τρίτον διάξω διὰ πυρὸς, καὶ πυρώσω αὐτοὺς, ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον, καὶ δοκιμῶ αὐτοὺς, ὡς δοκιμάζεται τὸ χρυσίον. » Τίνα δὲ τρόπον τὰ τοιάδε νοοῖντο, καὶ οὐκ ἔξω τοῦ εἰκότος, κατά γε τὸ ἐφικτὸν ἡμῖν εἰρήκαμεν. Γέγραπται δὲ καὶ νῦν ὁ τῶν προκειμένων σκοπὸς, ὡς πρός γε τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀνοσιουργήσασαν ἀχαλίνως, καὶ τὸν τῆς ἁλώσεως ἡμῖν κατασημαίνει τρόπον. « Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ἡμέραι τοῦ Κυρίου, » τουτέστιν, ἃς αὐτὸς ἐπάγει ψήφῳ δικαίᾳ, καὶ ὁσίῳ κρίματι. Καὶ γάρ ἐστιν ἀληθὲς, ὃ καὶ δι' ἑτέρου προφήτου φησίν· « Οὐκ ἔστι κακία ἐν πόλει, ἣν Κύριος οὐκ ἐποίησε. » Οὐ γὰρ ἂν γένοιτό τι τῶν ὅλην κακοῦν ἰσχυόντων πόλιν, ὃ μὴ πράττεσθαί φαμεν ἐφιέντος αὐτοῦ, καὶ πλημμελημάτων δίκας ἐξαιτεῖν ἐθέλοντος τοὺς ἀσχέτοις ὁρμαῖς ἐπὶ τὰ φαῦλα διάττοντας. Οὐκοῦν αὐτοῦ φησιν εἶναι τὰς ἡμέρας, διὰ τὸ ἐπαγγέλλεσθαι κατ' ὀργὴν αὐτοῦ. Πεπαρῳνήκασι γὰρ φορητῶς οὐκέτι, ἀπεκτονότες μὲν τοὺς προφήτας, προσθέντες δὲ τούτοις καὶ τὸν Υἱόν. Τί δὲ τὸ ἐσόμενον ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, σαφηνίζει λέγων· « Καὶ διαμεριοῦνται τὰ σκῦλά σου ἐν σοὶ (συναγηγερμένα δηλονότι πάντα τὰ ἔθνη) καὶ διαρπάζονται μὲν οἰκίας, γύναια δὲ περιέλκοντες νηπίοις ὁμοῦ. Τότε γὰρ, φησὶ, τὸ ἥμισυ τῆς πόλεως

## TOMUS SEXTUS.

### CAP. XIV.

B VERS. 1, 2. *Ecce dies Domini veniunt, et divident spolia tua in te. Et congregabo omnes gentes in prælium super Jerusalem, et capietur civitas, et diripientur domus, et mulieres polluentur, et egredietur media pars civitatis in captivitatem.*

CII. Salutiferam in cruce mortem indicans paulo ante dicebat, « Rhomphæa, consurge super pastorem meum, **795** et super virum civem ejus, dicit Dominus omnipotens. Percute pastorem et dispergentur oves [39]. » Extremis autem suppliciis subjectum iri Judæos, idque justissime, quoniam per summam audaciam Dominum occiderunt, docebat, cum adderet : « Et inducam manum meam super pastores, et erit in die illa, dicit Dominus, duæ C partes peribunt, et deficient, tertiam autem traducam per ignem, et uram eos sicut uritur argentum, et probabo eos, ut probatur aurum [40]. » Quæ, quomodo probabiliter intelligenda essent, pro virili nostra exposuimus. Nunc quoque verba ista ad Jerusalem spectant, quæ insano impetu in scelus ruerit, et captivitatis modum nobis declarant. Ait enim : « Ecce dies Domini, » hoc est, quos ille æqua sententia et justo judicio inducit. Verum est namque quod et per alium prophetam dicit : « Non est malum in civitate, quod Dominus non fecit [41]. » Nihil enim est ex iis, quæ universam civitatem exagitare queant, quod non liceat dicere, illo immittente, et impotenter in scelera præcipitantes pœnis multare D volente, fieri ac perpetrari. Quamobrem illius ait esse dies, quod ea denuntientur, quæ ab ejus ira exspectanda sint. Fuerunt enim contumeliosi intolerandum in modum, cum occisis prophetis etiam Filii necem adjecerunt. Quid porro diebus illis futurum sit, aperit his verbis : « Et divident spolia tua in te (congregatæ videlicet omnes gentes), et diripient domos, mulieres cum infantibus violenter rapient. Tunc, inquit, media pars civitatis egredietur in captivitatem. » Ferunt enim Romanos, capta urbe resistentium sibi impudentia neglecta, et ipsum

[36] I Petr. II, 9. [37] Osee II, 24. [38] Isa. I, 15. [39] Malach. XIII, 7. [40] Ibid. 8, 9. [41] Amos III, 6.

templum et ædes incendisse; suppliciter autem sibi procumbentibus iis, qui superiorem civitatem, locum sacrum habitabant, pepercisse. Vide porro quomodo eo audaciæ victores processuros dicat, ut direptis domibus non illico cum præda discedant, et in tentoriis paulatim eam dividant, sed id ipsum in ipsa urbe capta faciant, quod factum non fuisset, si ullus miseris subsidio veniens, ferro grassantibus restitisset. Polluendas autem mulieres affirmat, per vim ab aliis raptatas, et turpiter constupratas in conspectu eorum quibuscum sæpius conjugalia secreta legitime miscuerant. **796** Sed hæc belli sunt incommoda, et calamitates semel captis omnique auxilio penitus destitutis non alienæ.

A ἐξελεύσεται ἐν αἰχμαλωσίᾳ. » Φασὶ γὰρ, ὅτι Ῥωμαῖοι τὴν πόλιν ἑλόντες, καὶ πρὸς τὰς τῶν μαχομένων αὐτοῖς ἀναισχυντίας ὀλιγωρήσαντες, αὐτόν τε ἐνέπρησαν τὸν νεὼν καὶ τὰς τοῦ ἄστεος οἰκίας· ἐφείσαντο δὲ προσπιπτόντων αὐτοῖς τῶν κατῳκηκότων τὴν ἄνω πόλιν καὶ τὸ ἱερόν. Θέα δὲ, ὅπως εἰς τοῦτο θάρσους ἀφίξεσθαί φησι τοὺς νενικηκότας, ὡς διαρπάσαντας τὰς οἰκίας, μὴ εὐθέως ἀποφοιτῆσαι ταῖς λείαις ὁμοῦ, καὶ σχολαῖον ποιήσασθαι τὸν διαμερισμὸν ἐν ταῖς ἑαυτῶν σκηναῖς ἀφιγμένους· ἀλλ' ἐν αὐτῇ τοῦτο δράσαι τῇ ἁλούσῃ πόλει, ὅπερ οὐ γέγονεν ἂν, εἴπερ τις ἦν ὅλως τοῖς ἀθλίως πεπραχόσιν ἐπικουρῶν, καὶ τοῖς καταδηοῦσι μαχόμενος. Μολυνθήσεσθαι δὲ τὰς γυναῖκάς φησιν, ἀβουλήτως ἑτέροις ἐφελκομένας, καὶ τῶν τῆς σεμνότητος ἐκπιπτούσας ἐθῶν, καὶ ἐν ὄψει πολλάκις τῶν κατὰ νόμους συνῳκηκότων. Πολέμου δὲ τὰ τοιαῦτα πάθη, καὶ τοῖς ἅπαξ ἑαλωκόσι καὶ ἀνεπικουρήτοις παντελῶς πρέπουσαι συμφοραί.

*At reliqui populi mei non peribunt de civitate.*

CIII. Hoc, opinor, aliud non est quam quod dixi modo, parsum esse habitantibus superiorem civitatem, partemque Hierosolymæ incolumem mansisse. Duces quippe Romani militem suum compescebant, si quos flentes seseque submittentes, et projectis armis in genua cadere videbant. Aut igitur reliquos populi sui servatam urbis partem nominat: aut fortassis qui in Christum communem omnium Salvatorem credidissent, de quibus et dicit, non esse perituros de civitate. Erunt enim semper Ecclesiæ cives, et quamvis terrenam et deletam Jerusalem amiserint, tamen supernam habent, de qua et divinus Paulus: « Quæ sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra [42]. » Cujusmodi et beatus David insinuare videtur sic loquens: « Non commovebitur in æternum, qui habitat Jerusalem [43]. » Inconcussa enim manet Ecclesia, et, juxta vocem Salvatoris, « portæ inferi non prævalebunt adversus eam [44]: » ipsum quippe pro fundamento habet. Necesse est igitur omnino ut etiam inconcussi et immobiles sint, qui eam inhabitant, et in populo ejus reputantur, et legitimis ejus accensentur.

B *Οἱ δὲ κατάλοιποι τοῦ λαοῦ οὐ μὴ ἐξολοθρευθῶσιν ἐκ τῆς πόλεως.*

ΡΓ'. Τοῦτο, οἶμαι, ἔστιν ἕτερον οὐδὲν, ἢ ὅπερ ἔφην ἀρτίως, ὡς γέγονέ τις φειδὼ τῶν κατοικούντων τὴν ἄνω πόλιν, καὶ σέσωσται μέρος τῶν Ἱεροσολύμων. Ἀνέκοπτον γὰρ οἱ Ῥωμαίων στρατηγοὶ τοὺς τῶν μαχομένων θυμοὺς, εἰ δή πού τινας τεθέαντο κλαίοντάς τε καὶ ὑποπίπτοντας καὶ ἀμαχεὶ προσπίπτοντας. Ἢ τοίνυν καταλοίπους τοῦ λαοῦ αὐτοῦ τοὺς ἐν τῷ σεσωσμένῳ τῆς πόλεως μέρει φησίν· ἢ τάχα που τοὺς πεπιστευκότας εἰς τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Χριστὸν, περὶ ὧν καί φησιν, ὡς οὐκ ἂν ἐξολοθρευθεῖεν ἐκ τῆς πόλεως. Ἔσονται γὰρ ἀεὶ τῆς Ἐκκλησίας πολῖται, κἂν εἰ τῆς ἐπιγείου καὶ ὠλοθρευμένης Ἱερουσαλὴμ ἐκπίπτοιεν, ἀλλ' οὖν ἔχουσι τὴν ἄνω, C περὶ ἧς καὶ ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος· « Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν. Ἔοικε δέ τι καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ ὑπαινίττεσθαι τοιοῦτον, ὧδέ πῃ λέγων· « Οὐ σαλευθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα ὁ κατοικῶν Ἱερουσαλήμ. » Καὶ γάρ ἐστιν ἀκράδαντος ἡ Ἐκκλησία, καὶ « πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς, » κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν. Τὸν αὐτὸν γὰρ ἔχειν θεμέλιον πᾶσά πως ἀνάγκη καὶ τοὺς κατοικοῦντας αὐτὴν, καὶ λελογισμένους εἰς λαὸν Θεοῦ, καὶ τοῖς γνησίοις συντεταγμένους.

VERS. 3-5. *Et egredietur Dominus, et præliabitur in gentibus illis, sicut dies conflictus ejus in die belli. Et stabunt pedes ejus in die illa super montem olivarum, quæ est e regione Jerusalem ad orientem. Et scindetur mons olivarum, media pars ejus ad orientem, et media pars illius ad mare, voragine magna valde. Et inclinabit media pars montis ad aquilonem, et media pars ejus ad austrum. Et obturabitur vallis montium meorum, et adjungetur vallis montium usque ad Asael. Et obturabitur sicut obturata est in diebus terræ motus, in diebus Oziæ regis Juda.*

*Καὶ ἐξελεύσεται Κύριος, καὶ παρατάξεται ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις, καθὼς ἡμέρα παρατάξεως αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ πολέμου. Καὶ στήσονται οἱ πόδες αὐτοῦ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπὶ τὸ ὄρος τῶν* D *Ἐλαιῶν, τὸ κατέναντι Ἱερουσαλὴμ ἐξ ἀνατολῶν. Καὶ σχισθήσεται τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν, τὸ ἥμισυ αὐτοῦ πρὸς ἀνατολὰς, καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ πρὸς θάλασσαν, χάος μέγα σφόδρα. Καὶ κλινεῖ τὸ ἥμισυ τοῦ ὄρους πρὸς βοῤῥᾶν, καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ πρὸς νότον. Καὶ ἐμφραχθήσεται φάραγξ ὀρέων μου, καὶ ἐγκολληθήσεται φάραγξ ὀρέων ἕως Ἀσαήλ. Καὶ ἐμφραχθήσεται καθὼς ἐνεφράγη ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ συσσεισμοῦ, ἐν ἡμέραις Ὀζίου βασιλέως Ἰούδα.*

CIV. Tanquam de duce aliquo generosissimo loquitur, milites suos ad pugnam concitante, et in

ΡΔ'. Πεποίηται μὲν ὁ λόγος ὡς ἐπί τινος τῶν γενναιοτάτων στρατηγῶν, παραθήγοντος εἰς μάχην

[42] Galat. IV, 26. [43] Psal. CXXIV, 1. [44] Matth. XVI, 18.

τοὺς συνασπίζοντας, καὶ ταῖς τῶν πολεμίων φάλαγξι, κατεξανιστῶντος τὸ μάχιμον. Νοεῖται γε μὴν ὡς ἐπὶ Θεοῦ, μονονουχὶ συμπαρόντος τε καὶ συμπαρατασσομένου τοῖς ἔθνεσι τοῖς καταδῃοῦσι τὴν Ἰουδαίαν, πεπορθηκόσι δὲ καὶ αὐτὰ τὰ Ἱεροσόλυμα.

ΙΓ'. Ὅτι καὶ ἀμείνους ἔσονται, καὶ ἐπιεικέστεροι τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, οἱ ἐξ ἐθνῶν κεκλημένοι, καὶ διὰ τούτων ἡμῖν καθίστησιν ἐναργές. Παρ' ἐκείνοις μὲν γὰρ αἱ θυσίαι καθαραὶ, καὶ τὸ εὐῶδες θυμίαμα, καὶ μέγα τὸ ὄνομα « ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ ἕως δυσμῶν. » Παρ' ὑμῖν δὲ, φησὶ, οὐκ ἐν δόξῃ μεγάλῃ καὶ τῇ πρεπούσῃ Θεῷ τὸ θυσιαστήριον. Βεβηλοῦτε γὰρ αὐτὸ, λέγοντες· « Τράπεζα Κυρίου ἠλισγημένη ἐστὶν, ἐξουδενωμένα δὲ καὶ τὰ ἐπ' αὐτῆς. » Καὶ εἰκὸς μὲν μὴ τοιούτοις ῥήμασι κεχρῆσθαι τοὺς ἱερέας, αὐτοῖς γε μὴν πράγμασι τοῦτο βοᾷν, καθάπερ ἀμέλει « καὶ ὁ ἄφρων φησὶν ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἔστι Θεός. » Δι' ὧν γὰρ ὁρᾶται καταφρονῶν, κἂν εἰ μὴ λέγῃ φωναῖς, ἀλλ' οὖν ἔργοις αὐτοῖς, καὶ τῇ τοῦ βίου σκαιότητι μονονουχὶ διακέκραγε τὸ, « Οὐκ ἔστι Θεός. » Οἱ γὰρ οὕτω ζῆν εἰωθότες, ὡς μὴ ἐφορῶντος Θεοῦ, πάντα τε δρᾷν ἀπεριμερίμνως, καὶ ἐκτόπως ἀνοσιουργεῖν, ἔργοις αὐτοῖς καὶ πράγμασιν ἀρνοῦνται τὸν Θεόν. Κατὰ τοῦτον δὴ οὖν τὸν τρόπον, οἱ μὴ ἀποσώζειν ἐσπουδακότες τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ τὸ ὅτι μάλιστα πρέπον τε αὐτῷ, καὶ ὀφειλόμενον σέβας, δι' αὐτῶν ὧν διώκουσι λέγουσι· « Τράπεζα Κυρίου ἠλισγημένη ἐστί. » Παραινητέον δὴ οὖν τὸ ῥᾴθυμον ἐν τούτοις καὶ εἰ μή τις ἕλοιτο τοῦτο δρᾷν, ἀκούσεται πάντως Θεοῦ λέγοντος· « Οὐκ ἔστι μου θέλημα ἐν ὑμῖν, καὶ θυσίαν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν. » Πάνδεινον δὲ ὅτι τὸ προσκρούειν Θεῷ, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις, εἴπερ ἐστὶν ἐν καλῷ καὶ νοῦ καὶ φρενός;

*Καὶ εἴπατε. Ταῦτα ἐκ κακοπαθείας ἐστὶ, καὶ ἐξεφύσησα αὐτὰ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. Καὶ εἰσεφέρετε ἁρπάγματα, καὶ τὰ χωλὰ, καὶ τὰ ἐνοχλούμενα. Καὶ ἐὰν φέρητε τὴν θυσίαν, εἰ προσδέξομαι αὐτὰ ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.*

ΙΔ'. Κατῃτιᾶτο λίαν τοὺς ἱερουργοὺς, ὡς ἥκιστα μὲν μωμοσκοπεῖν ἑλομένους τὰ προσαγόμενα τῶν θυμάτων, προσδεχομένους δὲ μᾶλλον ῥᾳθύμως τε καὶ ἀβασανίστως χωλὰ, καὶ τυφλὰ, καὶ ἄῤῥωστα, καίτοι τοῦ νόμου σαφῶς τὰ ἔμπηρα τῶν θυμάτων ἀπόβλητα δεῖν ποιεῖσθαι προστεταχότος. Εἰ δὲ δή πού τις τῶν ἱερέων ἀπεσόβει, τοῦ νόμου ἀντεχόμενος, τὸν εἰς θυσίαν προσάγοντα τὸ ἀχρεῖον, ἐπέμενον οἱ προσάγοντες, ἄνω τε καὶ κάτω τὴν αἰχμαλωσίαν προτείνοντες, διϊσχυριζόμενοί τε καὶ μάλα νεανικῶς, φαῦλα μὲν οὐκ εἶναι, κακοπαθῆσαι δὲ μᾶλλον κατὰ τὴν ὁδὸν, ὑπονοστούντων αὐτῶν ἐκ τῆς Βαβυλῶνος εἰς τὴν Ἰουδαίαν. Προσεκόμιζον δὲ καὶ τὰ ἁρπάγματα, καὶ τὰ χωλὰ, καὶ τὰ ἐνοχλούμενα. Θῆρες μὲν γὰρ ἐπιόντες ἔσθ' ὅτε κατασίνονται ταῖς ἀγέλαις, κἂν εἴ τι τυχὸν ἁρπάσειαν, εἶτα δραμὼν ὁ ποιμὴν ἐκσπάσειε τῶν ὀδόντων τὸ ἡρπασμένον, ἢ καταπτοήσας κυνῶν ὑλακαῖς, ἢ καλαύροπα βαλών. Τοῦτο, οἶμαι, τὸ ἅρπαγμα, ταῦτα προσῆγον ὁμοῦ τοῖς τοὺς πόδας λελωβημένοις, καὶ οὐκ ἔτι τοῖς ἄλλοις συγκατανέμεσθαι δυναμένοις. Προσῆγον δὲ καὶ τὰ ἐνοχλούμενα,

[79] Psal. XLIX, 1. [80] Psal. XIII, 1.

τουτέστι, τὰ θανατῶντα λοιπὸν, ὑβρίζοντες μᾶλλον, ἢ τιμῶντες τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Ἀλλ' « ἐξεφύσησα, φησὶν, αὐτὰ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Καὶ ἐπειδὴ θύειν ἀνοσίως ἐγνώκατε, φησὶν, οὐκ ἂν ὅλως παραδεξαίμην τὰ ἐξ ὑμῶν, οὐδ' ἂν λογισαίμην εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τὰς οὕτως ἐκνόμους, καὶ ἀκαθάρτους προσαγωγάς.

Χρὴ δὴ οὖν ἄρα θύειν ἡμᾶς καὶ μάλα ἐπιεικῶς, καὶ ἐσπουδασμένως, καὶ προσκομίζειν Θεῷ μὴ ἁπλῶς τὰ κατεῤῥιμμένα, καὶ ἀτιμότατα, καὶ οὐδενὸς ἄξια λόγου· ἀλλὰ προὔχοντα, καὶ ἐξαίρετα. Εἰ δὲ δή τις ἑαυτὸν ἱερουργοίη Θεῷ, μεμνήσθω γὰρ τοῦ μακαρίου Παύλου γράφοντος ὡδί· « Παραστήσατε τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν· » πολυπραγμονείτω τὰ καθ' ἑαυτὸν, καὶ οἱονεί τις ἀκριβὴς μωμοσκόπος τῆς ἑαυτοῦ γενέσθω ψυχῆς. Ὁράτω μὴ ἄρα πώς ἐστι τυφλὸς, τουτέστι, τῆς ἀληθείας τὸ φῶς οὐκ ἔχων εἰς νοῦν· μὴ σκάζῃ τὸν πόδα, τὸ ὀρθοποδεῖν δύνασθαι πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν οὐκ ἔχων· μὴ ἅρπαγμά τε καὶ ἄῤῥωστον. Χρὴ γὰρ ὑμᾶς ἀϋπνεῖν, « Ὅτι ὁ ἀντίδικος ἡμῶν, διάβολος ὡς λέων περιέρχεται, ζητῶν τίνα καταπίῃ. » Ὅταν τοίνυν ἄϋπνοί τε καὶ ἐγρηγορότες εὑρισκώμεθα, παραθεῖ τὸ θηρίον. Εἰ δὲ νυστάζοντας ἴδῃ, καὶ κατημεληκότας, ἅρπαγμα ποιεῖται, καὶ ἀῤῥώστους ἀποτελεῖ, τουτέστι, ἠσθενηκότας, καὶ ἀδρανῶς ἔχοντας κομιδῇ περὶ τὸ δύνασθαι κατορθοῦν ἀρετήν. Ἔστω δὲ δὴ καὶ τοῦ διενοχλεῖσθαι μακρὰν, τουτέστι, μικροψυχίας ἀμείνων, καὶ διαπίπτων ἐν ὑπομονῇ. Ὥσπερ γὰρ ἀποφέρει πρὸς ζωὴν τῆς ὑπομονῆς ὁ τρόπος, οὕτω καὶ εἰς θάνατον μικροψυχία. Νοῦ γὰρ ἀσθένειαν, καὶ καρδίας πάρεσιν τὸ χρῆμά φαμεν. Τοιγάρτοι καὶ ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας τῶν τοιούτων ἡμᾶς ἀπαλλάττεσθαι παθῶν συμβουλεύει λέγων· « Ἰσχύσατε, χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα. Παρακαλέσασθε, οἱ ὀλιγόψυχοι τῇ διανοίᾳ· ἰσχύσατε, μὴ φοβεῖσθε. Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἰδοὺ Κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίων μετὰ κυρίας. »

*Καὶ ἐπικατάρατος, ὃς ἦν δυνατὸς, καὶ ὑπῆρχεν ἐν τῷ ποιμνίῳ αὐτοῦ ἄρσεν, καὶ ἡ εὐχὴ αὐτοῦ ἐπ' αὐτῷ, καὶ θύει διεφθαρμένον τῷ Κυρίῳ. Διότι Βασιλεὺς μέγας ἐγώ εἰμι, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ τὸ ὄνομά μου ἐπιφανὲς ἐν τοῖς ἔθνεσι.*

ΙΕ'. Καθορίζει λοιπὸν τοῦ θύοντος ἀνοσίως τὴν ἀρὰν, καὶ μάλα εἰκότως. Εἰ γὰρ δή τις εὔξαιτο, φησὶ, καὶ ἐν ποιμνίοις ἔχοι τοῖς ἑαυτοῦ τὸ ἄρσεν τε καὶ ἄμωμον, ἀνθ' ὅτου μὴ τοῦτο προσκομίζει Θεῷ, συλλέγει δὲ μᾶλλον ἃ μηδενὸς ἄξια φαίνοιτ' ἂν λόγου, ὕβρις τὸ χρῆμα καὶ ἕτερον οὐδέν. Οὐ γὰρ δὴ κατά τινας τῶν ἐν σκότῳ, καὶ πλάναις, καὶ βεβήλοις εἰδωλολατρείαις, προσκαθήμενοι λίθοις ἀναισθήτοις δεδουλεύκαμεν· τῷ Θεῷ δὲ μᾶλλον τῷ παντοκράτορι, καὶ τῷ τῶν ὅλων γενεσιουργῷ, ὃν τρέμουσι μὲν οὐρανοὶ, καταπέφρικε δὲ καὶ ἡ γῆ, καὶ πάντες οἱ ἐν αὐτῇ. Ἐπιμαρτυρεῖ δὲ πάλιν τοῖς ἐξ ἐθνῶν τὸ λίαν ἐπιεικὲς, ἐπιφανὲς εἶναι λέγων τὸ τῆς θεότητος

A nipotens. » Et quoniam sacrilege sacris operari constituistis, adeo illegitimas et immundas oblationes neutiquam a vobis susceperim, nec in odorem suavitatis reputaverim.

Quare nos et convenientissime et studiose sacrificia facere oportet, et non ita simpliciter rejectitia, et contemptissima, ac nullius æstimanda, sed excellentia et selecta Deo consecrare. **832** Quod si quis semetipsum Deo hostiam sacraverit, beati Pauli meminerit hunc in modum scribentis: « Exhibete corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum [81-82]. » Inquirat diligenter in res suas, et velut sedulus vitiorum
B animæ suæ inspector fiat. Videat ne forte cæcus sit, perfectæ veritatis lumen in præcordiis non habens; ne pede claudicet, ad omne bonum recta ingredi haud potis; ne raptum quid, aut morbidum. Oportet enim nos pervigilare, « Quoniam adversarius noster diabolus tanquam leo rugiens circumit, quærens quem devoret [83]. » Si igitur vigiles experrectique inveniamur, prætercurrit bellua. Sin dormitantes negligentesque conspexerit, rapinam de nobis sibi facit, et ægrotos, hoc est, languidos et imbecilles admodum ad officia virtutis legitime obeunda reddit. Procul item absit a debilitate, hoc est, ne se a dejectione animi et impatientia vinci patiatur. Quemadmodum enim morum patientia ad vitam, ita pusillanimitas ad mortem perducit. Est enim mentis et cordis
C infractio, seu imbecillitas. Proinde beatus quoque Isaias ut nos ab hujusmodi vitiosis affectionibus exsolvamus suadet: « Confortamini, manus remissæ, et genua dissoluta. Consolamini, pusillanimes mente, confortamini, nolite timere. Ecce Deus noster: ecce Dominus cum fortitudine veniet, et brachium ejus cum dominatione [84]. »

VERS. 14. *Et maledictus homo qui erat potens, et erat in grege ipsius masculum, et votum ejus super eo, et immolat corruptum Domino. Quia Rex magnus ego sum, dicit Dominus omnipotens, et nomen meum illustre est in gentibus.*

D XV. Decernit nunc maledictionem in sacrificantem impie, idque pro eo plane ac decebat. Si quis enim votum concipiat, inquit, et in gregibus suis habeat masculum, et ab omni labe purum, quia illud Deo non offert, sed eligit potius quæ nullius pretii videantur, nihil aliud quam Deo contumeliam facit. Non enim, ut quidam in tenebris, erroribus, impuris idololatriis versantes, lapidibus sensus expertibus advoluti servimus: sed Deo omnipotenti potius, et illi, a quo omnium rerum initia originesque manarunt, quem tremunt cœli, tremit terra, **833** et omnes quos illa sustinet. Rursum iis qui ex gentibus sunt, magnæ probitatis testimonium dat, dum

[81-82] Rom. XII, 1. [83] I Petr. V, 8. [84] Isa. XXXV, 3-5.

divinitatis nomen apud eos magnum, venerandum ac admirandum esse confirmat. Hoc idem nos quoque, et non aliud sentiamus.

Suscepit autem et Dominus noster Jesus Christus centurionem idololatram, dixitque insuper : « Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel [85]. » Maledictus ergo qui Deo corruptum seu vitiosum sacrificat, cum possit illum honorare melioribus, siquidem in gregibus suis, ut modo dictum est, immaculatum et masculum habet. Observandum ad sacrificium peti masculum, licet lex Deo immolare etiam feminam præceperit [86]. Dicimus igitur sacrificia ex voto, hoc est, mere voluntaria, immaculatam et masculam victimam postulasse, et typus ad offerentem pertinebat, quodammodo hortante lege, ad Deum volentes in odorem suavitatis ascendere, viriles et animi perturbationibus majores, atque ab omni reprehensione alienissimos esse oportere. Sacrificia autem pro peccatis, de agnis et hædis feminam admittebant plane. Atque hæc etiam imbecillitatis offerentium insinuatio quædam erat. Infirmæ enim sunt feminæ, et maribus robore inferiores. Omne autem peccatum, mente infirmata nec amplius spiritualis robur conservante, consciscitur.

A ὄνομα παρ' αὐτοῖς, σεπτόν τε καὶ ἀξιάγαστον. Διαχεισώμεθα γὰρ οὐχ ἑτέρως ἡμεῖς, ἢ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον.

Ἀπεδέχετο δὲ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰδωλολάτρην ὄντα τὸν ἑκατόνταρχον, καὶ δὴ καὶ ἔφασκεν· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, παρ' οὐδενὶ τοσαύτην πίστιν εὗρον ἐν τῷ Ἰσραήλ. » Ἐπάρατος οὖν ὁ θύων Θεῷ καὶ κατεφθαρμένον, καίτοι τὸν αὐτὸν τοῖς ἀμείνοσι τιμᾷν (1), εἴπερ ἐν ποιμνίοις ἔχει, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, τὸ ἄμωμόν τε καὶ ἄρσεν. Σημειωτέον δὲ, ὅτι τὸ ἄρσεν εἰς θυσίαν αἰτεῖ, καίτοι τοῦ νόμου προστεταχότος καταθύειν Θεῷ καὶ θήλεα. Φαμὲν οὖν, ὅτι αἱ κατ' εὐχὴν θυσίαι, τουτέστι, τὰ ἑκούσια, τὸ ἄμωμόν τε καὶ ἄρσεν ἐδέχοντο θῦμα, καὶ ἦν ὁ τύπος εἰς τὸν προσάγοντα, μονονουχὶ παρεγγυῶντος
B τοῦ νόμου, ὅτι χρὴ τοὺς εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἀναβαίνειν ἐθέλοντας τῷ Θεῷ, ἀνδρείους τε εἶναι, καὶ παθῶν ἀμείνους, καὶ μώμου παντὸς ἀπωτάτω. Αἱ δέ γε ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσαγόμεναι θυσίαι, τὸ θῆλυ πάντως ἐδέχοντο ἀπὸ τῶν ἀμνῶν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐρίφων. Αἴνιγμα δὲ καὶ τοῦτο τῆς τῶν προσαγόντων ἀσθενείας ἦν. Ἄναλκι γὰρ τὸ θῆλυ, καὶ τῶν ἀρσένων ὡς ἐν ἰσχύϊ δεύτερον. Ἁμαρτία δὲ πᾶσα δρῷτο ἂν ἠσθενηκότος τοῦ νοῦ, καὶ οὔτε που μᾶλλον τὴν πνευματικὴν σώζοντος εὐρωστίαν.

## CAP. II.

VERS. 1, 2. *Et nunc mandatum hoc ad vos, o sacerdotes : Si non audieritis, et si non posueritis in cor vestrum, ut detis gloriam nomini meo, dicit Dominus omnipotens, mittam super vos maledictionem, et maledicam benedictionem vestram, et maledicam ipsam. Et dissipabo benedictionem vestram, et non erit in vobis, quia vos non posuitis in cor vestrum.*

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

*Καὶ νῦν ἐντολὴ αὕτη πρὸς ὑμᾶς, οἱ ἱερεῖς· Ἐὰν μὴ ἀκούσητε, καὶ ἐὰν μὴ θῆσθε εἰς τὴν καρδίαν ὑμῶν, τοῦ δοῦναι δόξαν τῷ ὀνόματί μου,*
C *λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ ἐξαποστελῶ ἐφ' ὑμᾶς τὴν κατάραν, καὶ ἐπικαταράσομαι τὴν εὐλογίαν ὑμῶν, καὶ καταράσομαι αὐτήν. Καὶ διασκεδάσω τὴν εὐλογίαν ὑμῶν, καὶ οὐκ ἔσται ἐν ὑμῖν, ὅτι ὑμεῖς οὐ τίθεσθε εἰς τὴν καρδίαν ὑμῶν.*

XVI. Culpas hactenus admissas ex bonitate condonat, et misericordiam tribuit, peccatores quasi ad primævam virtutem revocans. Hoc eum significare censeo, dum clementer ait : « Et nunc mandatum hoc ad vos, o sacerdotes. » Minatur autem deinceps, nisi facere velint quæ eos facere constare oportet, divinorumque oraculorum sensum in mentem et cor immittere, **834** et seipsis meliores evaserint, et Dei gloriam quæsiverint, altare non ultra vilipendentes, neque temere et citra explorationem legibus sancita sacra peragentes, penitissime illis maledicturum et succensurum. Puto autem ego, istorum verborum, « Maledicam benedictioni vestræ, et dissipabo ipsam, » hanc forsitan sententiam esse : Deo quibusdam felicitatem annuente, uberem proventum in agris fore, et omnia prospere successura, et pecora incredibiliter numero auctum iri, ipsosque in corporibus nihil adversum noxiumque passuros. Auferente autem ipso benedictionem

ΙϚ'. Παρίησι φιλαγάθως τὰς ἐπὶ τοῖς ἤδη φθάσασιν αἰτίας, καὶ νέμει τὸν ἔλεον, εἰς ἀρχὰς ὥσπερ ἐπιεικείας ἀνατιθεὶς τοὺς ἡμαρτηκότας. Τουτὶ μὲν οἶμαι δηλοῦν, λέγοντα χρηστῶς τό· « Καὶ νῦν ἡ ἐντολὴ αὕτη πρὸς ὑμᾶς, οἱ ἱερεῖς. » Ἀπειλεῖ δὲ λοιπὸν, ὡς εἰ μὴ ἕλοιντο ποιεῖν ἃ χρὴ ποιοῦντας ὁρᾶσθαι, καὶ εἰς νοῦν ἔσω τίθεσθαι καὶ καρδίαν τῶν θείων χρησμῳδημάτων τὴν αἴσθησιν, ἔσοιντό τε αὐτῶν ἀμείνους ἢ πάλαι, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν ἐπιζητή-
D σειαν, μὴ κατασμικρύνοντες ἔτι τὸ θυσιαστήριον, μήτε μὴν ἁπλῶς ἢ ἀβασανίστως τελοῦντες τὰ νενομισμένα, πάντῃ τε καὶ πάντως κατηραμένους ἀποφανεῖ καὶ ὑπὸ θείαν ὄντας ὀργήν. Οἶμαι δὲ ἔγωγε δηλοῦν τό· « Ἐπικαταράσομαι τὴν εὐλογίαν ὑμῶν, καὶ διασκεδάσω αὐτὴν, » ἐκεῖνο τάχα που. Θεοῦ μὲν γὰρ κατανεύοντος τὴν εὐημερίαν τισὶν, εὐφορήσει τὰ ἐν ἀγροῖς, εὐκαρπίαι τε ἔσονται καὶ εὐθηνίαι, καὶ εἰς πληθὺν ἀμέτρητον ἐπιδώσει τὰ θρέμματα, καὶ φθορᾶς ἔσονται τῆς τῶν σωμάτων ἀμείνους αὐτοί. Ἀφιστάν-

[85] Matth. VIII, 10. [86] Levit. XXII seqq.

(1) Deficit verbum impersonale.

τος δὲ τὴν εὐλογίαν αὐτοῦ, πρὸς πᾶν τοὐναντίον A μεταχωρήσει τὰ πράγματα, καὶ ἀπέσται μὲν πάντως τὸ εὐημερεῖν, καταχρατήσει δὲ μᾶλλον τὰ ἐφ' οἷς ἂν εἰκότως καταγένοιτό τις. Καὶ ταυτὶ μὲν ὁ λόγος ὡς ἐν αἰσθητοῖς τε καὶ προσκαίροις πράγμασιν.

Εἰδέναι δὲ ἀναγκαῖον ὡς, εἰ μή τις ἕλοιτο τὰς θείας εἰς νοῦν ἔχειν ἐντολὰς, οἰχήσεται πάντα αὐτῷ πρὸς τὸ μηδὲν τὰ εἰς νοῦν ἀγαθὰ, ἕξει τε καρπὸν οὐδένα τῆς φιλοθέου ζωῆς· ἀλλ' ἔσται μὲν εὐλογίας τῆς ἄνωθεν καὶ παρὰ Θεοῦ τητώμενος, παραπεσεῖται δὲ ταῖς ἀραῖς καὶ ταῖς ἐκ τούτων ποιναῖς. Ζητητέον δὴ οὖν τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν· καὶ τίνα δὴ τρόπον τοῦτο κατορθώσομεν, αὐτὸς ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ ἐδίδαξεν εἰπών· « Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Τότε καὶ πλήρη B τὴν εὐλογίαν ἀποληψόμεθα καὶ ἀκράδαντον τὴν εὐθυμίαν, καὶ ταῖς πνευματικαῖς εὐκαρπίαις ἐντρυφήσομεν, ἔμπλεοί τε παντὸς ἀγαθοῦ γεγονότες, τὸν ἀληθῶς ἀξιοπρεπῆ καὶ ἐξαίρετον διαζήσομεν βίον.

*Ἰδοὺ ἐγὼ ἀφορίζω ὑμῖν τὸν ὦμον, καὶ σκορπιῶ ἔνυστρον ἐπὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν, ἔνυστρον ἑορτῶν ὑμῶν, καὶ λήψομαι ὑμᾶς εἰς τὸ αὐτό. Καὶ ἐπιγνώσεσθε διότι ἐγὼ ἐξαπέσταλκα πρὸς ὑμᾶς τὴν ἐντολὴν ταύτην, τοῦ εἶναι τὴν διαθήκην μου πρὸς τοὺς Λευΐτας, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.*

ΙΖ'. Κέκρυπταί τι πάλιν ἐν τοῖς προκειμένοις, ὃ καὶ οἶμαι δεῖν τοῖς φιλακροάμοσι διατρανοῦσθαι σαφῶς· συνεῖεν γὰρ ἂν οὕτω εὖ μάλα τὸ δηλούμενον. Ὁ νόμος τοίνυν ὁ διὰ Μωσέως ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς C τὸν τῶν θείων θυσιαστηρίων παραστάτην καὶ ἱερουργὸν στεφανῶν, οἷον ἐν τάξει Θεοῦ τέθεικεν αὐτόν. Ἔφη γὰρ ὅτι « Κάρπωμα Κυρίου ὁ κλῆρος αὐτοῦ. » Ἔφη δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος· « Βλέπετε τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα. Οὐχ οἱ ἐγγίζοντες τῷ θυσιαστηρίῳ, κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσίν; » Ἔθος γὰρ ἦν ἀπὸ παντὸς θύματος ἀφαιρεῖσθαι τῷ Θεῷ βραχίονα, καὶ στηθήνιον, καὶ τὸν λοβὸν τοῦ ἥπατος, καὶ τοὺς δύο νεφροὺς, καὶ μέν τοι τὸ ἔνυστρον, τουτέστι, τὴν κοιλίαν, ὑπεμφαίνοντος αἰνιγματωδῶς τοῦ νομικοῦ γράμματος ὅτι πάντα ἡμῶν τὰ ἐντόσθια τῶν ἀνατιθέντων ἑαυτοὺς εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ ἱερά τε εἶναι προσήκει καὶ ἡγιασμένα. Προσεκομίζοντο γὰρ τὰ ἐντόσθια, τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀκαθαρσίας ἀπηλλαγμένα. Βραχίων τε μὴν ἰσχύος ἂν D νοοῖτο σημεῖον. Χρῆναι δέ φημι πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἰσχύοντας ἡμᾶς καὶ ἀνδριζομένους ἀναμελῳδεῖν ἐκεῖνο σοφῶς τὸ διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος λύρας· « Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον, καὶ πάντα τὰ ἐντός μου, τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ. » Καὶ περὶ μὲν τῶν ἐντοσθίων καὶ τελουμένων θυσιῶν κατὰ τὸν νόμον ἰσχνὸς ἡμῖν ἄγαν ἐκπεποίηται λόγος ἐν ἑτέραις συγγραφαῖς. Οὐκοῦν τὸ ταῦτα λέγειν ἀφέντες εἰς τὸ παρὸν, τῶν προκειμένων τὴν διασάφησιν, ὡς ἔνι, ποιεῖσθαι σπουδάσωμεν. Προστεταχότος τοίνυν τοῦ νόμου μωμοσκοπεῖσθαι δεῖν τὰ ἱερὰ, καὶ ἀβασάνιστον

suam, res omnino versum iri retro et statum beatiorem procul abfuturum, invalitura potius ob quæ quis merito hic non moretur. Et hæc quidem ut in rebus sensum tangentibus ac temporaneis dicta sunto.

Sciendum autem plane, nisi quis divina mandata animo continere voluerit, omnia animi bona ipsi in nihilum abitura, et vitæ religiosæ fructum nullum relaturum; quinimo cœlestem, atque a Deo impertiri solitam benedictionem amissurum, et in maledictiones pœnasque consequentes incursurum. Studendum ergo Dei gloriæ; quod quomodo legitime fiat, ipse Salvator nos docuit illis verbis: « Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est [87]. » Tunc etiam plenam benedictionem et immobilem mentis serenitatem recipiemus, et in spiritualium fructuum ubertate cum voluptate versabimur, repletique bonis omnibus, vere nobis dignam et præclaram vitam traducemus.

VERS. 3, 4. *Ecce ego separo vobis humerum, dispergam ventriculum super facies vestras, ventriculum solemnitatum vestrarum, et suscipiam vos in id ipsum. Et cognoscetis quia misi ad vos mandatum hoc, ut esset testamentum meum ad Levitas, dicit Dominus omnipotens.*

XVII. Rursum in verbis adductis aliquid latet quod studiosis audiendi liquido declarandum sentio: sic enim commodissime eorumdem vim sensumque percipient. Lex igitur Mosaica sacris altaribus astantem et operantem honoribus supremis afficiens, propemodum Deo æquabat; ait enim: « Oblationes Domini possessio ejus [88]. » Et divinus Paulus: « Videte Israel secundum carnem. **835** Nonne qui appropinquant altari, participes sunt altaris [89]? » Erat quippe solemne a qualibet hostia separari Deo armum, et pectusculum, et reticulum jecoris, et duos renes, et ventriculum: quo quidem Scriptura legalis per involucrum indicat omnia interiora eorum qui se dedicaverunt Deo in odorem suavitatis sancta et sanctificata esse oportere. Offerebantur enim intima a sordibus inhærentibus purgata. Armus porro roboris indicium intelligi potest. Existimo autem nos ad omne opus bonum valentes atque animosos illud sapienter modulari debere quod Psaltes lyra sua cantavit: « Benedic, anima mea, Dominum, et omnia quæ intra me sunt, nomini sancto ejus [90]. » Ac de intestinis quidem et sacrificiis secundum legem peragi solitis enucleate nobis in aliis libris disputatum est. Quare de his plura dicere supersedentes in præsentia, propositorum verborum explanationem percurrere pro facultate enitamur. Cum præcepisset ergo lex victimarum labes perspicere, et inexploratam victimam ad altare haud offerre, et sacrificio perpetrando constitutis victimarum partes separare, illi

[87] Matth. v, 16. [88] Deut. xviii, 15. [89] I Cor. x, 18. [90] Psal. cii, 1.

explorare vitia non curabant, et mandatum de aphæ- A rematis quæ vocantur irritum faciebant, et non jam quod Deo, sed quod cupiditati suæ arrideret præstantes, stabilientes et constanter observari studentes, quas sibi commodiores putabant hostiarum carnes eligebant. Istud in reprehensionem adducit, et ait : « Ecce ego separo vobis humerum. » *Separo* posuit, pro, *separavi*, et denuo volo servari consuetudinem. Superadjeci quasi, sive adjicio « ventriculum quoque in facies vestras. » Quoniam enim ipsi dedecorant altare, ideo Deus dicit, « dispergam, » velut par pari referens. « Qui enim me contemnit contemnetur [31]. » — « Suscipiam itaque vos in idipsum : » hoc est, in hoc ipso superior fiam, et impios redarguam. Quia enim legem de seligendis ad usum vestrum observastis, partemque vobis con- B cessam neutiquam relinquere sustinuistis, et supervacaneum vobis videtur vitia inspicere, propterea cognoscetis clausa esse super vos ostia : hoc est, sacerdotio vos exclusos et ejectos esse. Quoniam ego dedi mandatum hoc, sive testamentum, quod disposui ad Levitas. Quid igitur inde? Sciendum est divininorum altarium ministris faciendum quod vult Deus, **336** et mandatis dominicis posthabendum atque contemnendum præ illis quidquid alioqui ipsis commodum videtur. Sic enim sancti erunt sacrorum ministri, nec pereuntia diligent, nec a turpi quæstu transversim agentur.

θυμα μὴ προσκομίζεσθαι τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ τοῖς τεταγμένοις εἰς ἱερουργίαν τὰ τῶν θυμάτων ἀφορίζεσθαι μέρη, κατημέλησαν μὲν τοῦ χρῆναι μωμοσκοπεῖν, ἠτεθήκασι δὲ τὴν ἐντολὴν τῶν καλουμένων ἀφαιρεμάτων, οὐ τοῦ Θεοῦ μᾶλλον ἡδὺ τῶν ἰδίων πράττοντες θελημάτων, κρατύνοντές τε καὶ ἐμπεδοῦν σπουδάζοντες, ἅπερ αὐτοὺς ὠφελεῖν ἐδόκει τὰ ἐκ τῶν θυμάτων συναγείροντες κρέα. Τοῦτο παράγει πρὸς ἔλεγχον, καί φησιν· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἀφορίζω ὑμῖν τὸν ὦμον. » Τὸ δὲ, *ἀφορίζω*, νῦν τέθεικεν ἀντὶ τοῦ, Ἀφώρισά τε ἤδη, καὶ εἰς δεῦρο βούλομαι τηρεῖσθαι τὸ ἔθος. Προσέῤῥιψα δὲ ὥσπερ, ἤτοι προσρίπτω καὶ τὸ « ἔνυστρον εἰς τὰ πρόσωπα ὑμῶν. » Ἐπειδὴ γὰρ ἀτιμάζουσι αὐτοὶ τὸ θυσιαστήριον, ταύτῃ τοι « Σκορπιῶ, » φησὶ, οἷον ἀνθυβρίζων. « Ὁ γὰρ ἐξουδενῶν με, φησὶ, ἐξουδενωθήσεται. » — « Λήψομαι δὴ οὖν ὑμᾶς εἰς τὸ αὐτὸ, » τουτέστι, ἐν αὐτῷ δὴ τούτῳ περιέσομαι, καὶ ἀσεβοῦντας ἐλέγξω. Ἀνθ' ὅτου γὰρ δὴ τὸν μὲν ἐπὶ τοῖς ἀφαιρέμασι τοῖς ὑμῶν τετηρήκατε νόμον, καὶ τῆς δοθείσης ὑμῖν μερίδος κατ' οὐδένα τρόπον ἀνέχεσθε καταῤῥᾳθυμεῖν, εἰκαῖον δὲ ὑμῖν δοκεῖ τὸ χρῆναι μωμοσκοπεῖν, γνώσεσθε δὴ οὖν κεκλεισμένων ἐφ' ὑμῖν τῶν θυρῶν, τουτέστι, ἐκκλειόμενοί τε καὶ ἐκπεμπόμενοι τῆς ἱερουργίας (1). Ὅτι ἐγὼ δέδωκα τὴν ἐντολὴν ταύτην, ἤτοι τὴν διάθεσιν, ἣν διεθέμην πρὸς τοὺς Λευίτας. Τί οὖν τὸ ἐντεῦθεν; Εἰδέναι προσήκει τοὺς τοῖς θείοις λειτουργοῦντας θυσιαστηρίοις, ὅ τι τὸ Θεῷ δοκοῦν ἐκπράττεσθαι χρὴ, καὶ τῶν Δεσποτικῶν προσταγμάτων ῥιπτεῖσθαι κατόπιν πᾶν, ὅπερ αὐτοὺς ὠφελεῖν ἑτέρως δοκεῖ. Ἱεροὶ γὰρ οὕτως ἔσονται λειτουργοὶ, καὶ οὐχὶ τῶν προσκαίρων ἐρασταὶ, καὶ λημμάτων αἰσχρῶν ἡττώμενοι.

VERS. 5. *Testamentum meum fuit cum eo vitæ et* C *pacis.*

XVIII. Loquitur de iis qui sancte et cum laude sacerdotium erunt, illudque rem esse vere admirabilem ostendit, quod quidem ad legem, et ad divinarum Scripturarum fructum confirmationemque pertinet. Nam, ut sapienter scribit Paulus : « Lex sancta, et mandatum sanctum, et justum, et bonum [32]. » Quando igitur visum est de Levi verba facere, sensus percommode, plane non ad illum qui ex Jacob progenitus, et inter duodecim filios ejus numerabatur, referendus est, jam enim qui sacerdotio funguntur de familia Levi nulli sunt omnino ; intelligendum autem sacerdotium, et hoc ipsum quod est sacra facere in persona Levi quodammodo figuratum. D « Fuit igitur, inquit, ad ipsum testamentum meum vitæ et pacis. » Proposita est enim verbis Mosi sanctissimo lex scripta ordinata per angelos [33], per Mosen autem posita Israelitis, vitam, et pacem iis qui innocenter vivere et legislatoris voluntatem pro regula sibi proponere vellent, annuntians.

*Ἡ διαθήκη μου ἦν μετ' αὐτοῦ τῆς ζωῆς καὶ τῆς εἰρήνης.*

ΙΗ'. Ἀνακομίζει τὸν λόγον ἐπὶ τοὺς ἁγίους τε καὶ εὐδοκίμως ἱερατεύσαντας, καὶ ἀξιάγαστον ἀληθῶς ἀποφαίνει χρῆμα τὴν ἱερουργίαν, τό γε ἧκον εἰς νόμον καὶ τὴν ἐκ τῶν θείων χρησμῳδημάτων ὄνησιν καὶ ἀσφάλειαν. Ὡς γὰρ ὁ σοφώτατος γράφει Παῦλος· « Ὁ νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία, καὶ δικαία, καὶ ἀγαθή. » Ὅταν τοίνυν δοκεῖ περὶ τοῦ Λευὶ ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, ἀναθετέον εὖ μάλα τῶν νοημάτων τὴν δύναμιν, οὐχὶ δή που πάντως ἐπ' ἐκεῖνον ὃς ἀνέφυ μὲν ἐξ Ἰακὼβ, ἐναρίθμιος δὲ τοῖς δυοκαίδεκα γέγονεν υἱοῖς· οὐ γὰρ ἱερατεύουσιν ὅλως· συνήσομεν δὲ τῆς ἱερωσύνης τὸ χρῆμα, καὶ αὐτὸ τοῦτο ὅπερ ἐστὶν ἱερουργία μονονουχὶ καὶ διαμορφούμενον ὡς ἐν προσώπῳ Λευί. « Ἦν τοίνυν, φησὶ, πρὸς αὐτὸν ἡ διάθεσίς μου τῆς ζωῆς καὶ τῆς εἰρήνης. » Λελάληται μὲν γὰρ ὡς πρὸς Μωσέα τὸν ἱερώτατον ὁ ἐν γράμμασι νόμος, διακονηθεὶς δι' ἀγγέλων, τέθειται δὲ διὰ μεσίτην Μωσέα τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, παραγγελίαν ἔχων ζωῆς καὶ εἰρήνης τοῖς ἐθέλουσι βιοῦν ὀρθῶς καὶ κανόνα ποιεῖσθαι τῆς ἑαυτῶν ζωῆς τὸ τῷ νομοθέτῃ δοκοῦν.

[31] I Reg. II, 30. [32] Rom. VII, 12. [33] Galat. III, 19.

(1) Hunc locum fortasse ita rectius legas : Κεκλεισμένας ἐφ' ὑμῖν τὰς θύρας, ὑμᾶς δὲ ἐκκλειομένους τε καὶ ἐκπεμπομένους τῆς ἱερουργίας· et ita nos reddidimus.

A Ἔοικε δέ τι καὶ τῶν ἀναγκαιοτέρων εἰς θεωρίαν ὁ λόγος ἡμῖν εἰς τὸ παρὸν ὑπαινίττεσθαι. Δέδοται γὰρ ὁ νόμος τοῖς ἀρχαίοις, τοῖς ἐξ αἵματος Λευὶ παιδαγωγίαν εἰσφέρων ἐπὶ τῷ Χριστῷ, καὶ εἰκόνα τινὰ καὶ ὑποτύπωσιν ἐμφανῆ τῶν ἀληθεστέρων. Ἀληθὴς δὲ Χριστὸς, ὅς ἐστι ζωὴ, καὶ εἰρήνη, καὶ αὐτὸν ἡμῖν αἱ διὰ Μωσέως γράφουσι σκιαί. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν Ἰουδαίοις προσλαλῶν· « Εἰ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. » Αὐτὸν ἐδήλου σφαζόμενος ἀμνὸς ἐν μηνὶ τῷ πρώτῳ, τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνασώζειν ἐθέλων τῷ αἵματι τοὺς χρίειν ἐθέλοντας τὰς τῶν οἴκων φλιάς· Αὐτὸν ἡ δάμαλις ἡ πυῤῥά τε καὶ ἄμωμος, ἧς ἡ σποδιὰ μεθ' ὕδατος ἡγίαζε « τοὺς κεκοινωμένους πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα, » καθὼς γέγραπται. B Αὐτὸν ὁ ἄζυμος ἄρτος, αἱ τρυγόνες, οἱ νεοττοὶ τῶν περιστερῶν, καὶ ἀπαξαπλῶς ἦν ὁ νόμος τῆς ἐπὶ Χριστῷ θεωρίας. Εἰκότως οὖν λέγεται Διαθήκη ζωῆς καὶ εἰρήνης. Ζωοποιηθέντες γὰρ ἐν αὐτῷ, δι' αὐτοῦ δὴ πάλιν τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τὴν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, εἰρηνεύομέν τε πρὸς αὐτὸν δι' ὑπακοῆς καὶ πίστεως.

*Καὶ ἔδωκα αὐτῷ ἐν φόβῳ φοβεῖσθαί με, καὶ ἀπὸ προσώπου ὀνόματός μου συστέλλεσθαι αὐτόν.*

ΙΘʹ. Ἀπαριθμεῖται χρησίμως τὰ λαμπρὰ τῆς ἱερωσύνης αὐχήματα διὰ τῆς τοῦ νόμου μυσταγωγίας ἐξευρημένα. Ἐνετίθει γὰρ μάλιστα τοῖς ἱερουργοῖς τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον· στέλλεσθαι μὲν ἀναπείθων ἀπὸ προσώπου ὀνόματος αὐτοῦ, τουτέστι, ὑφορᾶσθαι καὶ ὑποστέλλεσθαι παρασκευάζων τὸ ὄνομα τὸ Δεσποτικὸν, C αἰδῶ τε τὴν εἰς αὐτὸν ποιεῖσθαι δεῖν ἀναπείθων οὐ πάρεργον, ἀλλ' ἐσπουδασμένην· οὗ τί ἂν γένοιτο τιμαλφέστερον; Γέγραπται γὰρ ὅτι « Ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον, οὗτος ὑγιαίνει. » Καὶ πάλιν· « Φόβος Κυρίου, δόξα καὶ καύχημα. » Μεμαρτύρηκε τοίνυν ὁσίως καὶ ἀληθῶς ἱερατευκόσι τὸ βεβηκὸς εἰς ἀσφάλειαν. Οὐ γὰρ ἁπλῶς πεφοβῆσθαί φησιν αὐτοὺς, ἀλλ' Ἐν φόβῳ πεφοβῆσθαι, τουτέστι, ἐν ὅλῃ ψυχῇ καὶ καρδίᾳ τὸν θεῖον εἰσδέξασθαι φόβον. Αἱ γὰρ ἐπιτάσεις ἐν τούτοις, καὶ οἱ τῶν λέξεων ἀναδιπλασιασμοὶ τὸ ἐρηρεισμένον εἰς ἀρετὴν τῶν ἐπαινουμένων τοῖς ἀκροωμένοις κατασημαίνουσιν.

*Νόμος ἦν ἀληθείας ἐν στόματι αὐτοῦ, καὶ ἀδικία οὐχ εὑρέθη ἐν χείλεσιν αὐτοῦ.*

D Κʹ. Ἐκέλευε γὰρ ὁ νόμος καὶ τοῦ ψεύδους ἀποφοιτᾷν, ὀρθά τε καὶ δίκαια λαλεῖν, καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι κρίσιν εὐθῆ τε καὶ ἀδιάστροφον ποιεῖσθαι φιλεῖν. Ἔοικε δὲ πάλιν ἀλήθειαν ὀνομάζειν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, οὗ τὸν νόμον ἐν χείλεσι πεφορηκέναι φησὶ τοὺς βιοτεύοντας ἱεροπρεπῶς. Εἰ γὰρ καὶ ἦν, ὡς ἔφην, ἐν σκιαῖς ὁ νόμος, ἀλλ' ἦν ἐν αὐτῷ τῆς ἀληθείας ἡ μόρφωσις, καὶ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων ἡ ὡς ἐν Γράμμασιν ὑποτύπωσις. Εὑρήσομεν γὰρ ἐν τοῖς τύποις τῆς ἐν πνεύματι λατρείας τὴν δύναμιν. Ὅτι δὲ Χριστοῦ νόμος ἦν καὶ ὁ πάλαι τοῖς ἀρχαιοτέροις διὰ Μωσέως

Videtur autem sermo quidpiam ad considerandum imprimis singulare nobis in præsenti insinuare. Data est enim lex veteribus, Levi progeniem ad Christum instituens, et imaginem quamdam ac delineationem evidentem rerum veriorum exhibens. Verus est autem Christus, qui est vita, et pax [94], ipsumque nobis umbræ Mosaicæ depingunt. Proinde et Judæos alloquens dicebat: « Si crederetis Mosi, crederetis forsitan et mihi: de me enim ille scripsit [95]. » Ipsum repræsentabat agnus mense primo, decima quarta die, immolatus, qui servare incolumes debebat quotquot domorum postes ejus sanguine oblevissent [96]. Ipsum vitula rufa et immaculata [97], cujus cinis aquæ permistus sanctificabat « inquinatos ad emundationem carnis, » ut scriptum est [98]. Ipsum azymus panis [99]: ipsum turtures, et pulli columbarum [1]: et, ut universe dicam, lex mysteriorum Christi plena erat [2]. Recte igitur vocatur Testamentum vitæ et pacis. Vivificati enim in **837** ipso, per ipsum rursus accessum adepti sumus ad Deum et Patrem, pacemque cum eo per obedientiam et fidem habemus [3].

*Et dedi ei ut in timore timeret me, et a facie nominis mei pavore contraheretur ipse.*

XIX. Non inutiliter insignia sacerdotii ornamenta per legis mystagogiam adinventa percenset. Sacerdotibus enim Dei timorem imprimis inserebat, impellens eos ad pavorem a facie nominis ejus, hoc est, reformidare ac vereri faciens nomen Dominicum, et ad reverentiam non perfunctoriam, sed seriam et ex studio quodam profectam eos adducens: quo quid tandem honorabilius? Scriptum est enim: « Qui timet Dominum, hic bene habet [4]. » Et iterum: « Timor Domini, gloria et exsultatio [5]. » Testatur itaque sancte et vere sacerdotio functis stabilem securitatem eventuram. Haud enim simpliciter eos timuisse dicit, sed in timore timuisse, hoc est tota anima et corde divinum timorem recepisse. Exaggerationes enim in his, et vocum conduplicationes eorum qui laudantur in virtute constantiam audientibus cogitandum subjiciunt.

VERS. 6. *Lex veritatis fuit in ore ejus, et iniquitas non est inventa in labiis ejus.*

XX. Jubebat enim lex et a mendacio discedere, et recta atque justa proloqui, et in unaquaque re judicium rectum ac minime perversum diligere [6]. Videtur porro rursus veritatem appellare Dominum nostrum Jesum Christum, cujus legem in labiis tulisse dicit qui vitam sacerdotio respondentem transigerent. Etsi enim, ut dixi, lex in umbris erat, tamen in ea veritatis forma, seu imago, evangelicorumque oraculorum ut in litteris informatio inerat. Nam in typis virtutem cultus divini in spiritu inveniemus. Fuisse autem Christi legem quæ olim antiquioribus per Mosen divinitus est tradita, Salvator ipse auctor

[94] Coloss. III, 15; Ephes. II, 14. [95] Joan. V, 46. [96] Exod. XII, 5 seqq. [97] Num. XIX, 2 seqq. [98] Hebr. IX, 13. [99] Exod. XII, 18. [1] Levit. V, 7. [2] Hebr. X, 1. [3] Rom. V, 1, 2; Ephes. II, 18. [4] Eccli. I, 13. [5] Ibid. 11. [6] Exod. XXIII, 6, 7; Levit. XXIV, 22.

est : « Nolite putare, inquit, quia veni solvere legem aut prophetas : non veni solvere, sed implere. Amen dico vobis, donec transeat cœlum et terra, iota unum aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant [7]. »

*In pace dirigens ambulavit mecum, et multos avertit ab iniquitate.*

XXI. Pacem agitare cum Deo quidnam aliud intelligi possit a nobis et ab aliis, si qui **838** sunt divinarum Scripturarum intelligentes, quam velle cogitare et facere quæ ille vult, et nulla in re ipsum offendere : sed contendere potius mores commendatione et gloria dignos colere, vitamque degere suspiciendam et cum legibus omnium maxime consentientem? Ita quoque nos alloquitur Paulus : « Justificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum [8]. » Sic sane eum qui est natura et vere Dominus agnitum honoramus. Quod si creaturæ quoque divinos honores impendimus, impuro et detestabili peccato cogitationibus nostris dominante, Domino resistimus, et velut aciem adversus ipsum ad pugnam instruimus, duram cervicem contra extendentes, et pertinaciam rebellionemque exercentes. Idem confirmat Salvatoris discipulus his verbis : « Nescitis quia amicitia hujus mundi inimica est Deo? Et qui vult amicus esse hujus sæculi, inimicus Dei constituitur [9]. » Quod si ad universorum Dominum per fidem et peccati ejectionem nos converterimus, nihil se objiciet, nec quidquam nos ejus amicitia prohibebit, cui agglutinabimur quodammodo in omni genere bonitatis, et recta via gradiemur, et per speciosam semitam ambulabimus, nos ipsos et alios ad eam dirigentes. In his autem contendere occupari præ aliis sanctos sacerdotes decet, de quibus verissime dici queat : « In pace dirigens ambulavit mecum, et multos convertit ab iniquitate. » Subditi enim plerumque præpositorum suorum bonos mores per eadem vestigia sequuntur : et qui incedunt directa via salvant multos, nec difficulter eo permovent, ut vita petulante et exsecrabili moribusque improbis nuntium remittentes, meliora et suspicienda quæque apud Deum et homines laus comitetur, consectari malint.

VERS. 7. *Quoniam labia sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus, quia angelus Domini omnipotentis est.*

XXII. Quonam modo multos converterit, atque ambulaverit dirigens in pace cum Deo, exponit, aitque eum gestasse in labiis sive in lingua omnium ad bene vivendum requisitorum notitiam, fuisseque institutorem insipientium, et magistrum infantium, et volentibus legis scita discere, verum et ab omni errore remotissimum præceptorem, non alio divinorum oraculorum sensum detorquentem, neque docentem « doctrinas, mandata hominum [10] : » sed tanquam angelum Dei, subjectis sibi populis obscu-

κεχρησμῳδημένος, ἀναπείσει λέγων ὁ Σωτήρ· « Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται.

*Ἐν εἰρήνῃ κατευθύνων ἐπορεύθη μετ' ἐμοῦ, καὶ πολλοὺς ἀπέστρεψεν ἀπὸ ἀδικίας.*

ΚΑ'. Τὸ εἰρηνεύειν πρὸς Θεὸν τί ἂν ἕτερον νοοῖτο πρός τε ἡμῶν αὐτῶν καὶ ἑτέρων, οἵπερ ἂν εἶεν τῶν θείων Λογίων ἐπιστήμονες, ἢ τὸ φρονεῖν ἑλέσθαι καὶ δρᾷν ἃ βούλεται, καὶ κατὰ μηδένα τρόπον προσκρούειν αὐτῷ, κατορθοῦν δὲ μᾶλλον ἐπείγεσθαι τὴν εὐκλεᾶ πολιτείαν, καὶ ἀξιάγαστόν τε καὶ ἐννομωτάτην ζωήν; Οὕτω καὶ ὁ θεῖος ἡμῖν προσπεφώνηκε Παῦλος· « Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχωμεν πρὸς Θεόν· οὕτω μὲν τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς Δεσπότην εἰδότες τιμῶμεν. Ἀνάπτοντες δὲ καὶ τῇ κτίσει τὸ σέβας, καὶ κατακρατούσης τῶν ἡμετέρων ἐννοιῶν τῆς βεβήλου τε καὶ βδελυρᾶς ἁμαρτίας, ἀνθεστήκαμεν τῷ Δεσπότῃ, καὶ οἷον ἀντανιστάμεθα πρὸς μάχην αὐτῷ, σκληρὸν αἴροντες τὸν αὐχένα, καὶ τὸ ἀπειθὲς καὶ δυσήνιον μελετῶντες ἔτι. Καὶ πιστώσεται λέγων τοῦ Σωτῆρος ὁ μαθητής· « Οὐκ οἴδατε ὅτι ἡ φιλία τοῦ κόσμου ἔχθρα τοῦ Θεοῦ ἐστιν; καὶ ὃς ἐὰν βουληθῇ φίλος εἶναι τοῦ κόσμου, ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ καθίσταται. » Ἐπιστρέψαντες δὲ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν διὰ τῆς πίστεως, καὶ τῆς ἁμαρτίας ἀνῃρημένης, τὸ μεσολαβοῦν οὐδὲν, οὐδ' ἂν ἀπείρξειέ τις τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος· κολλώμεθα ὥσπερ αὐτῷ διὰ πάσης ἐπιεικείας, βαδιούμεθά τε δι' εὐθείας ὁδοῦ, καὶ τὴν καλὴν ἀληθῶς πορευσόμεθα τρίβον, ἀπευθύνοντες εἰς ἑαυτὴν ἑαυτοὺς καὶ ἑτέρους. Πρέποι δ' ἂν μάλιστα τὸ ἔν γε τούτοις εἶναι ζητεῖν τοῖς ὁσίοις ἱερουργοῖς, περὶ ὧν ἂν λέγοιτο, καὶ μάλα εἰκότως· « Ἐν εἰρήνῃ κατευθύνων ἐπορεύθη μετ' ἐμοῦ, καὶ πολλοὺς ἐπέστρεψεν ἀπὸ ἀδικίας. » Ἰχνηλατεῖ γάρ πως τὸ ὑπήκοον τὰς τῶν ἡγουμένων ἐπιεικείας, καὶ οἵπερ ἂν ἔρχοιντο δι' εὐθείας ὁδοῦ, σώζουσι πολλοὺς, ἀναπείθουσί τε ῥᾳδίως τὴν ἀσελγῆ καὶ ἐπάρατον ἀφέντας ζωὴν καὶ τοὺς τῆς ἀδικίας τρόπους, ἀνθελέσθαι τε καὶ ἀγαπᾷν τὰ ἀμείνω καὶ ἀξιάγαστα, καὶ οἷς ἂν ἕποιτο τὸ ἐπαινεῖσθαι δεῖν παρά τε Θεῷ, καὶ ἀνθρώποις.

*Ὅτι χείλη ἱερέως φυλάξεται γνῶσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσι ἐκ στόματος αὐτοῦ, διότι ἄγγελος Κυρίου παντοκράτορός ἐστι.*

ΚΒ'. Τίνα δὴ τρόπον πολλὰς μὲν ἀπέστρεψεν, παραπεπόρευται δὲ κατευθύνων εἰρήνην κατὰ Θεοῦ, διατρανοῖ, λέγων, ὡς πεφόρηκε μὲν ἐν χείλεσιν, ἤγουν ἐπὶ γλώττης, παντὸς τοῦ πρὸς ζωὴν ἀναγκαίου τὴν γνῶσιν, γέγονε δὲ παιδευτὴς ἀφρόνων, διδάσκαλός τε νηπίων, καὶ τοῖς ἐθέλουσι ἀναμαθεῖν τὸ τῷ νόμῳ δοκοῦν ἀληθής τε καὶ ἀπλανέστατος ἐξηγητὴς, οὐχ ἑτέρωσέ ποι μετατρέπων τῶν θείων λογίων τὸν νοῦν, οὔτε μὴν διδάσκων « διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων· » ἀλλ', οἷον ἄγγελος Θεοῦ, διαλευκαίνων

[7] Matth. v, 17, 18. [8] Rom. v, 1. [9] Jac. iv, 4. [10] Isa. xxix, 13 ; Matth. xv, 9.

εὖ μάλα τοῖς ὑπὸ χεῖρα λαοῖς τὸ ἀμυδρῶς ἔσθ' ὅτε χρησμῳδούμενον. Ἀπαγγέλλει γὰρ οὐ τὸ οἰκεῖον θέλημα, οὔτε μὴν τοὺς ἀπὸ γνώσεως ἰδίας ἐρεύγεται λόγους, ὑπηρετεῖ δὲ μᾶλλον Δεσποτικοῖς θεσπίσμασι. Φαίην δ' ἄν, ὅτι καὶ ἀληθὲς ἐν τούτοις τὸ εἰρημένον ἐν βίβλῳ Παροιμιῶν· « Θησαυρὸς ἐπιθυμητὸς ἀναπαύσεται ἐπὶ στόματος σοφοῦ, ἄφρονες δὲ ἄνδρες καταπίονται αὐτόν. » Πρὸς ἐπαίνου δ' ἂν γένοιτο τοῖς ἀπαγγέλλουσί τι παρὰ Θεοῦ, τὸ μηδὲν οἷς ἀκηκόασι προστιθέναι πλεῖον, μήτε μὴν ὑφαίρεσίν τινα ποιεῖσθαι τολμᾶν, τοῦτό τοι μικροῦ παντελῶς ἀξιοῦντες λόγου. Τὰ τῶν Φαρισαίων ἀνόσια στίφη λήρου εἰς τοῦτο κατώλισθον ἀμαθῶς, ὡς διδάσκειν μὲν διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων, καὶ διά δέ γε τὴν σφῶν παράδοσιν τὰς θείας ἀκυροῦν ἐντολάς. Τοιαῦτα γὰρ γέγονεν ἐπ' αὐτοῖς παρὰ Χριστοῦ τὰ ἐγκλήματα. Ἀσφαλὴς οὖν ὁ νόμος· ἔφη γάρ που περὶ τῶν θείων λογίων, τὸ ἐπ' αὐτῶν οὐκέτι προσθεῖναι, καὶ ἀπ' αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἀφελεῖν. Φυλάξεται τοίνυν τῶν ἱερέων τὰ χείλη τὴν τοῦ νόμου γνῶσιν, καὶ αὐτὸν ἀπαγγέλλει προστιθεὶς οὐδέν. Ταύτῃ τοι καὶ ἄγγελος ὀνομάζεται Κυρίου παντοκράτορος, καίτοι τὴν φύσιν ἄνθρωπος ὤν, ὅτι τῷ Θεῷ δοκοῦν ἀπαγγέλλει σαφῶς, καὶ νόμον ἔχει τῆς γλώττης τὸ κίνημα.

A riora interdum divinarum **839** Scripturarum dilucidantem. Non enim suam voluntatem nuntiat, nec suæ cognitionis ac scientiæ sermones eructat : sed potius Dominicis oraculis inservit. Dixerim porro etiam in his verum reperiri quod in libro Proverbiorum exstat : « Thesaurus desiderabilis requiescet in ore sapientis: stulti autem viri devorabunt illum [11]. » Nam illud ad laudem Dei nomine quidpiam nuntiantium pertinet, quod nihil auditis apponunt, nec aliquid subtrahere audent, quod scilicet id omnino parvi æstiment. Pharisæorum impia turba eo imperitiæ devenit, ut doceret doctrinas, mandata hominum, et propter suam traditionem Dei mandatum irritum faceret [12]. In hoc enim crimen Christus illos vocavit. Tuta est igitur lex, quæ quodam loco de B divinis oraculis sanxit, non addendum, nec auferendum [13]. Custodient igitur labia sacerdotis scientiam [13*] legis, quam annuntians nihil addit. Idcirco et angelus Dei omnipotentis appellatus est, quamvis naturam humanam gerat, quoniam voluntatem Dei perspicue nuntiat, et legem sermonis hortatricem habet.

*Ὑμεῖς δὲ ἐξεκλίνατε ἐκ τῆς ὁδοῦ, καὶ ἠσθενήσατε πολλοὺς ἐν νόμῳ, διεφθείρατε τὴν διαθήκην τοῦ Λευί, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.*

ΚΓ'. Ἀντιπαρεξάγει τρόπον τινὰ ταῖς τῶν εὐδοκίμων ἐπιεικείαις τὰ τῶν ῥαθύμων ἐγκλήματα, καὶ ταῖς τῶν ἀμεινόνων ἀντιπαραθέσεσιν ἐλέγχει τὸ φαῦλον. Ὥσπερ γὰρ τὸ φῶς ἐν σκότει φαίνει, « τελεῖται δὲ ἐν ἀσθενείαις ἡ δύναμις· » οὕτω καὶ τῆς ἀρετῆς τὸ κάλλος ἐκφανεστέραν ἔχει τὴν εἰδέαν (1), εἰ δὴ παρακέοιτό τις φαυλότης ἢ ἁμαρτία. Οὐκοῦν διεβίωσαν μέν τινες ἱεροπρεπῶς, ἐν εἰρήνῃ κατευθύνοντες ἑαυτούς τε καὶ ἑτέρους, καὶ ἦσαν μετὰ Θεοῦ, καὶ πολλοὺς ἐπέστρεψαν ἀπὸ ἀδικίας. Πεφορήκασι γὰρ ἐν χερσὶ γνῶσιν, καὶ ἀκριβεῖς γεγόνασι τῶν θείων νόμων ἑρμηνευταί. Οἱ δὲ δὴ μετ' ἐκείνους, καὶ πρὸς οὓς ὁ λόγος, ἐκκεκλίκασιν ἐκ τῆς ὁδοῦ, παρώλισθον γὰρ τοῦ εἰκότος, σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ ἑτέρους οὐ μετρίως ἠδικήκασι, καὶ πολλοὺς ἠσθένησαν ἐν νόμῳ, τουτέστιν, ἀσθενεῖς καὶ ἀδρανεστάτους ἀποτετελέκασι περί γε τὸ δεῖν ἑλέσθαι βιοῦν ἐννόμως. Εἰ γὰρ ἔξω τοῦ πρέποντος οἴχεται τὸ ἡγούμενον, πῶς ἦν εἰκὸς μὴ οὐχὶ πάντῃ τε καὶ πάντως συναποφοιτῆσαι τὸ ὑπήκοον, καὶ τοῖς προὔχουσι συγκατολισθεῖν τὸ ἐν μοίρᾳ τῇ καταδεεστέρᾳ, καὶ ὡς ἐν συνέσει μειονεκτούμενον; Ὥσπερ γὰρ ἔννομός τε καὶ ὅσιος ἱερεὺς μιμητὰς ἐργάζεται τῶν ἰδίων κατορθωμάτων τοὺς ὑπὸ χεῖρα λαούς· οὕτω καὶ τὸ ἐναντίον. Εἰ γὰρ αὐτοὶ διεφθάρκασι τὴν διάθεσιν τοῦ Λευί, πῶς ἦν εἰκὸς τοὺς παρ' αὐτῶν μεμυσταγωγημένους σεπτὸν ἡγεῖσθαι τὸν νόμον;

VERS. 8. *Vos autem declinastis a via, et infirmos fecistis multos in lege, corrupistis testamentum Levi, dicit Dominus omnipotens.*

XXIII. Laudatorum probitati inertium crimina tanquam in acie adversa statuit, meliorumque oppositione malos coarguit. Sicut enim lux in tenebris C apparet magis, « et virtus in infirmitate perficitur [14] : » ita virtutis elegantia, si qua nequitia aut peccatum fuerit e regione collatum, splendidior apparet. Quare quidam, ut sacerdotibus decorum est, vitam transierunt, in pace semetipsos aliosque dirigentes, et erant cum Deo, et multos ab iniquitate converterunt. Portabant enim scientiam in manibus, divinasque leges fideliter interpretabantur. Illorum autem successores, ad quos etiam est sermo, de via deflexerunt, ac de eo quod consentaneum erat delapsi, ibi semetipsis aliisque non mediocriter nocuerunt, et non paucos in lege infirmarunt, hoc est, imbecilles et languidissimos ad vitam legibus consonam reddiderunt. Nam si qui præsunt a decoro transversim abeant, quomodo credibile est qui sub- D sunt, non modis omnibus simul ituros, et qui sorte **840** inferiores sunt, et intelligentia minus valent, cum eminentioribus una lapsuros? Quemadmodum enim sacerdos legum observans et sanctus populum sibi subjectum suorum recte factorum imitatorem efficit, ita contra. Si enim ipsi corrumpebant testamentum Levi, quomodo ab iis in sacris institutos legem venerabilem ducere erat verisimile?

*Καὶ ἐγὼ δέδωκα ὑμᾶς ἐξουδενωμένους εἰς*

VERS. 9. *Et ego dedi vos contemptibiles in omnes*

[11] Prov. XXI, 20. [12] Matth. XV, 6-9. [13] Deut. IV, 2. Malach. II, 7. [14] II Cor. XII, 9.

(1) Aubertus, ἔνδειαν. EDIT.

*gentes, pro eo quod vos non custodivistis vias meas, sed accipiebatis personam in lege.*

A *πάντα τὰ ἔθνη, ἀνθ' ὧν ὑμεῖς οὐκ ἐφυλάξασθε τὰς ὁδούς μου, ἀλλ' ἐλαμβάνετε πρόσωπα ἐν νόμῳ.*

XXIV. Ad patrum peccata redit, ipsosque vetustiorum criminum admonet. Et quoniam in lege custodienda constantes non erant, ideo traditos affirmat illis a quibus in captivitatem sunt abducti, miseri, et abjecti, et omni indulgentia exclusi. Quid enim incommodorum passi non sunt, et quas calamitates infelices illi non exantlarunt? Cæterum, si nosse vultis, inquit, causas ob quas iratus est vobis, audietis dicentem: « Quia vos non custodivistis vias meas, sed accipiebatis personam in lege. » Hoc est, opinor, corrupisse testamentum Levi, viam vitæ secundum legem tenere noluisse, et in unoquoque negotio iniquissime judicasse: tametsi Deus aperte dicat: « Non accipies personam in judicio, secundum parvum aut magnum non judicabis [15]. » Per quas autem culpas hostibus traditos et abjectos esse dicit, per easdem apposite minatur, nisi rationes vivendi rectius instituerint, se illorum supplicio non temperaturum. Insolenter enim in legem peccantes idonea et congruentissima pœna sequetur.

ΚΔ'. Ἐπὶ τὰς τῶν πατέρων ἄνεισιν ἁμαρτίας, ὑπομιμνήσκει δὲ καὶ αὐτοὺς τῶν ἀρχαιοτέρων αἰτιαμάτων. Καὶ ἐπείπερ ἦσαν οὐκ ἀσφαλεῖς περὶ τὴν τοῦ νόμου τήρησιν, ταύτῃ τοι δεδόσθαι φησὶν αὐτοὺς τοῖς ἀποκομίσασιν εἰς αἰχμαλωσίαν οἰκτροὺς, καὶ κατερριμμένους, καὶ φειδοῦς ἁπάσης ἐκπεπτωκότας. Τί γὰρ τῶν ἀνιαρῶν οὐ συνέβη παθεῖν αὐτοὺς, ἢ ποίαις οἱ τάλανες οὐ κεκοινωνήκασι συμφοραῖς; Ἀλλ' εἰ βούλοισθε, φησὶ, ἀναμαθεῖν τὰς αἰτίας τῆς ἐφ' ὑμῶν γεγενημένης ὀργῆς, ἀκούσεσθε λέγοντος· « Ἀνθ' ὧν ὑμεῖς οὐκ ἐφυλάξασθε τὰς ὁδούς μου, ἀλλ' ἐλαμβάνετε πρόσωπα ἐν νόμῳ. » Τοῦτο, οἶμαι, B ἐστι τὸ διαφθεῖραι τὴν διαθήκην τοῦ Λευὶ, τὸ μὴ τηρεῖν ἑλέσθαι τῆς ἐν νόμῳ ζωῆς τὴν ὁδὸν, ἐκτοπωτάτας δὲ λίαν καὶ τὰς ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι ποιεῖσθαι κρίσεις, καίτοι Θεοῦ λέγοντος ἐναργῶς· « Οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐν κρίσει, κατὰ τὸν μικρὸν καὶ τὸν μέγαν οὐ κρινεῖς. » Δι' ὧν δέ φησιν ὡς ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας δέδονται τοῖς ἐχθροῖς καὶ γεγόνασιν ἀπερριμμένοι, διὰ τούτων αὐτῶν εὐφυᾶ ποιεῖται τὴν ἀπειλὴν, ὡς εἰ μὴ ἕλοιντο βιοῦν ὀρθῶς, οὐδ' ἂν αὐτὸς ἀπόσχοιτο τοῦ κολάζειν αὐτούς. Ἕψεται δὲ τοῖς ὑβρίζουσι τὸν νόμον ἢ ταῖς τοῦτο δρᾷν εἰωθόσι πρέπουσά τε καὶ ἁρμοδιωτάτη δίκη.

VERS. 10. *Nonne pater unus omnium vestrum? Nonne Deus unus creavit vos? Quare reliquistis unusquisque fratrem suum, ut pollueretis testamentum patrum vestrorum? Derelictus est Judas, et abominatio factus est in Israel et in Jerusalem.*

*Οὐχὶ πατὴρ εἷς πάντων ὑμῶν; Οὐχὶ Θεὸς εἷς ἔκτισεν ὑμᾶς; Τί ὅτι ἐγκατελίπετε ἕκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, τοῦ βεβηλῶσαι τὴν διαθήκην τῶν πατέρων ὑμῶν; Ἐγκατελείφθη Ἰούδας, καὶ* C *βδέλυγμα ἐγένετο ἐν τῷ Ἰσραὴλ καὶ ἐν Ἱερουσαλήμ.*

XXV. Cum inciperemus in prophetam commentarium conscribere, dicebamus, post reditum e Babylone ab Assyria, Israelitas, parvipendentes legem, extraneis uxoribus se implicuisse. Quæ res amentibus illis eo usque procedebat, ut cum aliis simul sacerdotes eodem ruerent, et jam ductas **841** ipsas quoque e sanguine Israel pro despectissimis haberent, domoque ejicerent, et in earum locum peregrinas introducerent Ammonitidas et Idumæas, ex quo Israel magnopere contaminabatur. Non enim illæ patrios mores deserebant, sed etiamnum idola venerabantur, et militiam cœli adorabant, et cogebantur pene qui cum feminis adeo mente corruptis habitarent, simul inquinari et Deum offendere. De his in libris Esdræ multa scribuntur [16]. Accusat igitur eos universorum Deus, ut uxores Israelitidas sive Judæas aspernantes, sceleste autem alienigenarum filiabus adhærescentes, cum tamen hujusmodi conjunctionem lex interdiceret. Verum illi, tam venerandum mandatum nescio quo modo flocci facientes, aut mulierum specie ad voluptates lascivas abripiebantur; aut fortasse alienorum amicitias, ne in ipsos bellarent tanquam jam socios et propter nuptias affinitate conjunctos, hac ratione captare moliebantur. Quod aliud nihil erat quam fide titubante injuriosius agere cum Deo, quasi qui eos de illo-

ΚΕ'. Ἀρχόμενοι τῆς εἰς τὸν προφήτην συγγραφῆς, ἐλέγομεν ὅτι, μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος καὶ ἐκ γῆς Ἀσσυρίων ἐπάνοδον, ὀλίγα τῆς νομικῆς φροντίσαντες ἐντολῆς, οἱ ἐξ Ἰσραὴλ ταῖς ἀλλογενέσιν συνεπλέκοντο γυναιξί. Καὶ πρὸς τοῦτο ἐξιτήλοις αὐτοῖς προέβη τὸ δρώμενον, ὡς καὶ αὐτοὺς τοῖς ἄλλοις συναποφέρεσθαι τοὺς ἱερατεύοντας, καὶ τὰς μὲν ἤδη συνῳκισμένας αἳ καὶ ἦσαν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ἀτιμοτάτας ἡγεῖσθαι, καὶ ἀποπέμπεσθαι τῶν ἑστιῶν, εἰσοικίζεσθαι δὲ μᾶλλον τὰς ἀλλογενεῖς Ἀμμανίτιδας καὶ Ἰδουμαίας· καὶ πολλή τις ἐντεῦθεν ἡ τοῦ Ἰσραὴλ βεβήλωσις ἦν. Οὐ γὰρ κατέληγον ἐκεῖναι τῶν πατρῴων ἐθῶν, ἀλλ' ἐλάτρευον μὲν εἰδώλοις ἔτι, D προσεκύνουν δὲ καὶ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἦν πως ἀνάγκη τοὺς ταῖς οὕτω τὴν φρένα κατεφθαρμέναις συνῳκηκότας συγκαταμιαίνεσθαι καὶ προσκρούειν Θεῷ. Πολὺς δέ γε λίαν ὁ ἐπί γε τουτοισὶ γέγονε λόγος ἐν τοῖς Ἔσδρα βιβλίοις. Καταιτιᾶται τοίνυν αὐτοὺς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὡς γύναια μὲν ἀτιμάζοντας τὰς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ ἤγουν τοῦ Ἰούδα, προσκειμένους δὲ ἀνοσίως ταῖς τῶν ἀλλοφύλων θυγατράσι, καίτοι τοῦ νόμου τὴν σύνοδον ἀποφάσκοντος. Ἀλλ' οἱ τῶν οὕτω σεπτῶν οὐκ οἶδ' ὅπως ὀλιγωρήσαντες, ἢ ταῖς τῶν γυναίων ὥραις πρὸς ἀσελγεῖς ἡδονὰς συνηρπάζοντο, ἢ τάχα που ταῖς ἐκ τῶν ἀλλοφύλων φιλίαις ὑποτρέχειν ἤθελον, ἵνα μὴ μάχοιντο πρὸς αὐτοὺς ὡς ἤδη

[15] Deut. I, 17. [16] I. Esdr. X, 2 seqq; II Esdr. XIII, 3 et 23 seqq.; III Esdr. IX, 9 seqq.

γνωρίμους, καὶ τὴν ἐκ γάμων ἔχοντας ἀγχιστείαν. Τοῦτο δὲ καὶ ἕτερον οὐδὲν ἢ ταῖς ὀλιγοπιστίαις καθυβρίσαι Θεὸν, ὡς τῆς ἐκείνων χειρὸς ἐξελέσθαι μὴ δυνάμενον, ἤγουν ἀποφῆναι κρείττονας τῆς ἐξ ἀλλοφύλων πλεονεξίας. Ἐλύπει δὴ οὖν κατὰ πάντα τρόπον τὸ χρῆμα Θεόν. Ταύτῃ τοι καὶ τῆς ἐμφύτου φιλοστοργίας ἀλογοῦντας βλέπων, φησί· «Οὐχὶ Θεὸς εἷς ἔκτισεν ὑμᾶς; Οὐχὶ πατὴρ εἷς πάντων ὑμῶν; Τί ὅτι ἐγκατελίπετε ἕκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ;» Εἷς μὲν γὰρ ὁ πάντων ἐστὶ Δημιουργὸς, καὶ ἑνὸς οἱ πάντες Δεσπότου, βουλομένου συνδεῖσθαι τὸ ποιηθὲν εἰς ἕνωσιν καὶ ὁμοψυχίαν τοῖς τῆς ἀγάπης δεσμοῖς· Εἰ μὲν γὰρ ἦσαν δύο θεοὶ καὶ κύριοι, ἢ καὶ πλείους ἔτι, τὸ ἀπεικὸς οὐδὲν ταῖς τῶν ποιησάντων γνώμαις συγκαταμερίζεσθαι τὰ ποιήματα, καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα στάσιν εὐαφόρμως εἰσδέχεσθαι, κατά γε τὸ τοῖς κρατοῦσι δοκοῦν. Ἐπειδὴ δὲ εἷς ἐστιν ὁ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσι καὶ ἐπὶ πάντας Θεὸς, ποία τις ἂν γένοιτο τῆς διχονοίας πρόφασις; Καὶ ἐπειδὴ πρὸς τούτῳ καὶ εἷς ὁ πάντων τῶν Ἰουδαίων ἐστὶ κατὰ σάρκα πατὴρ, τουτέστι, ὁ θεσπέσιος Ἀβραὰμ, τί τὸ ἀναπεῖθον τὴν τῆς φιλίας εἰσδέχεσθαι νόσον; Ἢ πῶς οὐκ ἀκόλουθον τοῖς ἐξ αἵματος ἐγγὺς ὡς ἐν ὀφλήματος τάξει κατατίθεσθαι τὴν ἀγάπην; Πῶς δὲ οὐ μανίας ἐγγὺς τὸ ταῖς τῶν ἀλλοφύλων ἐπιμαίνεσθαι θυγατράσι, τὰς οἴκοι τε καὶ ἐκ γένους ἀτιμάζοντας, ἵνα βεβηλώσῃς αὐτὴν διάθεσιν αὐτῶν τῶν πατέρων; Τετηρήκασι γὰρ ἐκεῖνοι τὰ τοῖς θείοις νόμοις διηγορευμένα περὶ γυναικῶν ὀθνείων. Ἤκουον γάρ· «Τὴν θυγατέρα σου οὐ δώσεις τῷ υἱῷ αὐτοῦ· καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ οὐ λήψῃ τῷ υἱῷ σου. Ἀποστήσει γὰρ τὸν υἱόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ πορευθεὶς λατρεύσει θεοῖς ἑτέροις.» Οἱ δὲ παρ' οὐδὲν ποιησάμενοι τὸ χρησμῴδημα, πεπατήκασι τὸν νόμον, καὶ, τό γε ἧκον εἰς αὐτοὺς, ἀδρανῆ καὶ βέβηλον ἀποτετελέκασι τὴν διαθήκην, λυποῦντες ταῖς παραβάσεσι τῶν νόμων τὸν ἄριστον. Κατατεθηπὼς δὲ ὥσπερ τὸ δρώμενον, καὶ ἀδικωτάτῳ μίσει πλεονεκτούμενον βλέπων τὸ ἐξ αἵματος Ἰούδα τῶν γυναίων ἔθνος, ἐπάγει καί φησι· «Ἐγκατελείφθη Ἰούδας,» καὶ ἐν τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλήμ. Ὢ, φησὶ, παραδόξου πράγματος! οὐκ Ἀσσυρίοις, οὐ Πέρσαις, οὐκ Ἐλαμίταις, οὐ τοῖς ἐκ γειτόνων ἐχθροῖς, ἀλλ' αὐτῷ τῷ Ἰσραὴλ, καὶ τοῖς κατοικοῦσι τὴν Ἱερουσαλὴμ βδελυρός τε καὶ κατηχθημένος γέγονεν ὁ Ἰούδας, τουτέστιν, τὸ ἐξ Ἰούδα γένος καὶ ἡ τῶν ἀγχιστέρων γυναίων ἀθλία πληθύς. Ἰστέον δὲ ὅτι Ἰσραὴλ μὲν ὀνομάζει τὰς δέκα φυλὰς αἳ κατῳκήκασιν ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, πρὸ τῶν τῆς αἰχμαλωσίας καιρῶν, ἃς καὶ πρῶτον ἀπῴκισεν ὁ Σαλμανασὰρ εἰς Ἀσσυρίους καὶ Μήδους. Τοὺς δέ γε κατοικοῦντας Ἱερουσαλὴμ ἐκείνους εἶναί φησι οὓς εἷλεν ὁ Ναβουχοδονόσορ, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τελευταίας αἰχμαλωσίας, κατεμπρήσας τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν θεῖον ἐμπρήσας ναὸν, οὓς καὶ ἀπεκόμισεν εἰς Βαβυλῶνα. Αἰτιᾶται, μᾶλλον δὲ οὐ μετρίαν αὐτῶν ποιεῖται τὴν καταβοὴν ὅτι δὴ, μαθέντες τὰς ἐξ Ἰούδα γυναῖκας, εἰσεδέχοντο παρανόμως τὰς ἐκ τῶν ἀλλοφύλων, καίτοι, καθάπερ ἤδη προεῖπον, τῶν πατρῴων ἐθῶν ἀπρὶξ ἐχομένας, καὶ τοῖς τῆς εἰδωλολατρείας βορβόροις ἐγκυλινδουμένας ἔτι.

Παραφυλακτέον δὲ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς τοῖς ἐν Χριστῷ

A rum manu eripere, seu potentia alienigenarum superiores reddere nequiret. Omnimodis igitur Deo ista res dolebat. Unde eos ingeneratum amorem contemnere cernens, ait: «Nonne unus Deus creavit vos? Nonne Pater unus omnium? Quid est quod unusquisque reliquistis fratrem suum?» Unus est enim universorum opifex, et omnes unius estis Domini, qui quod condidit ad unionem et concordiam vinculis charitatis colligare vult. Etenim si essent duo dii ac domini, aut etiam plures, alienum nihil foret res conditas juxta conditorum voluntates dividi ac secerni, et levi occasione sibi invicem adversari, prout dominis ipsis liberet. Quoniam autem unus est per omnia et in omnibus et super omnia Deus [17], quæ tandem esse queat dissensionis occa-
B sio? Et quoniam insuper unus est omnium Judæorum pater secundum carnem, divinus nempe Abraham, quid est quod amicitiam labefactet? Aut quomodo consequens non est consanguineis amorem ut debitum persolvere? Quomodo autem non pene furiosum, domesticis et ex eodem genere prognatis conjugibus despectis, super exterorum filiabus insanire, ut testamentum ipsum patrum **842** profanes? Illis enim divinis legibus de peregrinis uxoribus interdicta servarunt. Audiebant enim: «Filiam tuam non dabis filio ejus: et filiam ipsius non accipies filio tuo. Seducet enim filium tuum a me, et abiens serviet diis alienis [18].» Ast hi oraculum nihili facientes legem conculcarunt, et quantum in ipsis
C fuit testamentum infirmarunt, et profanum reddiderunt, eum qui optimus est legum violatione contristantes. Obstupefactus autem propemodum tali facto, et odio iniquissimo genus mulierum Judaicarum oppressum cernens, hæc addit: «Derelictus est Judas,» et apud habitantes Jerusalem, o rem, inquit, inopinatam! non apud Assyrios, non Persas, non Elamitas, non vicinos hostes, sed in ipso Israel et habitantibus Jerusalem abominabilis et odiosus factus est, id est, genus ex Juda et mulierum propinquiorum infelix multitudo. Scire autem licet Israelem vocari decem tribus quæ, ante tempora captivitatis, Samariam incolebant, quas et primus in Assyrios et Medos Salmanasar transtulit [19]. Habitantes vero Jerusalem illos nominat quos Nabu-
D chodonosor, tempore postremæ captivitatis, subjugavit, Hierosolyma et ipso divino templo incensis, quos et in Babylonem abduxit [20]. Accusat igitur, imo vero non leviter eos insectatur quod, dimissis ex Juda uxoribus, ex alienigenis prognatas nefarie asciverant, quamvis paternis suis moribus, ut ante dixi, tenaciter adhærentes, et in cœno idololatriæ adhuc sese volutantes.

Cavendum autem et nobis ipsis in Christo justifi-

[17] Ephes. IV, 6. [18] Deut. VII, 3, 4. [19] IV Reg. XVIII, 9 seqq. [20] IV Reg. XXV, 9 seqq.

catis et, per fidem in ipsum, sancti Spiritus communionem consecutis [21], ne commisceamur quibusdam sensu perversis, et mente profanis, et a fide germana alienis. Hi enim sunt alienigenæ et lingua barbari, et perversa loquuntur. Cum quibus qui commercium habuerit, fœdissime polluetur. Scriptum est enim: « Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea [22]. Cum ergo liceat fructum ferre spiritualiter in Ecclesiis Christi, quæ ratio fuerit velle aliter velut copulari, et communicare profanis synagogis, et universorum Deum adversus se exasperare?

**843** VERS. 11, 12. *Quia contaminavit Judas sancta Domini, et quibus dilexit, et studuit in deos alienos. Disperdet Dominus hominem qui facit hæc, donec humilietur ex tabernaculis Jacob, et ex his qui offerunt sacrificium Domino omnipotenti.*

XXVI. Odiosum factum ait Judam, non ab alio alienigenarum, sed ab ipso Juda, qui profanarit legem, et declinaverit ad amandas mulieres peregrinas, et ad iisdem gratificandum in omnibus, amaveritque defectionem a Deo, et se cultibus idolorum devoverit. Adducti sunt enim eo quidam, ut dixi, sequentes quas sibi injusto matrimonio sociaverant, et earum voluntati per omnia obsecundantes. Sicut nimirum etiam in Settim, jungebantur Madianitarum sive Moabitarum filiabus qui ex Ægypto liberi exibant; qui paulo post eo delirationis et impietatis abierunt, ut etiam initiarentur Beelphegor. Propter istud crimen miseri perierunt[23]. Itaque universorum Deus hæc facientem et operum adeo illicitorum impie studiosum exsecratur; et si quidem fuerit de populo, donec exterminetur a tabernaculis Israel, hoc est, donec funditus pereat, et ne exstitisse quidem amplius sciatur. Si quis autem de ordine sacerdotum fuerit, donec humilietur ex his qui offerunt sacrificium Domino omnipotenti, id est, donec pereat et e catalogo sacerdotum expungatur. Una enim sacerdotes quidam, ut dixi, cum aliis eodem se piaculo quo populus obstrinxerunt, mulierumque peregrinarum amori succumbentes, oracula divina prorsus vilipenderunt.

Quocirca si maledictus est qui Deum irritat mundanasque delicias ejus jussis præferre non reformidat, ne virtutem aspernemur; sed, illis omnino contemptis, annitamur potius ornamentis obedientiæ animas nostras illustrare. Sic enim a maledicto immunes ac liberos ex mansuetudine sua bonis nos universorum Dominus saginabit.

VERS. 13. *Et hæc quæ oderam faciebatis. Operiebatis lacrymis altare Domini, et planctu et gemitu*

A δεδικαιωμένοις, καὶ διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος λαχοῦσι μέθεξιν, τὸ ἐπιμίσγεσθαί τισιν, οἵπερ ἂν εἶεν διεστραμμένοι τὸν νοῦν βέβηλοί τε τὰς φρένας, καὶ τὴν πίστιν ἔχοντες οὐκ ὀρθήν. Ἀλλογενεῖς γὰρ οὗτοι καὶ βαρβαρόφωνοι, καὶ λαλοῦντες διεστραμμένα. Οἷς εἰ ἐπιμίσγοιτό τις, πάντη τε καὶ πάντως καταμιανθήσεται. Γέγραπται γάρ· « Ὁ ἁπτόμενος πίσσης μολυνθήσεται. » Ἐξὸν οὖν ἄρα καρποφορεῖν νοητῶς ἐν Ἐκκλησίαις Χριστοῦ, τίς γὰρ ἂν γένοιτο λόγος τοῦ θέλειν ἑτέρως οἱονεί πως συνάπτεσθαι καὶ κοινωνεῖν βεβήλοις συναγωγαῖς καὶ καταθήγειν ἐφ' ἑαυτοῖς τὸν τῶν ὅλων Θεόν;

*Διότι ἐβεβήλωσεν Ἰούδας τὰ ἅγια Κυρίου, καὶ* B *οἷς ἠγάπησε, καὶ ἐπετήδευσεν εἰς θεοὺς ἀλλοτρίους. Ἐξολοθρεύσει Κύριος τὸν ἄνθρωπον τὸν ποιοῦντα ταῦτα, ἕως καὶ ταπεινωθῇ ἐκ σκηνωμάτων Ἰακὼβ, καὶ ἐκ προσαγόντων θυσίαν τῷ Κυρίῳ παντοκράτορι.*

ΚϚʹ. Μεμισῆσθαί φησι τὸν Ἰούδαν, οὐ παρ' ἑτέρου του τῶν ἀλλογενῶν, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ τοῦ Ἰούδα, βεβηλώσαντος τὸν νόμον, διά γε τοῦ προσκεκλίσθαι φιλεῖν γυναῖκας ὀθνείας, καὶ τὰ ἐκείνων ἑλέσθαι ζητεῖν, ἀγαπῆσαί τε τὴν ἀπόστασιν τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῖς τῶν εἰδώλων προσκεῖσθαι λατρείαις. Ἀπεκομίζοντο γὰρ, ὡς ἔφην, πρὸς τοῦτό τινες ταῖς παρανόμως συνηρμοσμέναις ἑπόμενοι, καὶ τοῖς ἐκείνων θελήμασι πάντα σείοντες κάλων. Καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν Σεττεὶν, συνήπτοντο μὲν ταῖς Μαδιανιτῶν C ἤτοι Μωαβιτῶν γυναιξὶν οἱ ἐξ Αἰγύπτου λελυτρωμένοι. Κατώλισθον δὲ κατὰ βραχὺ ληρίας εἰς τοῦτο καὶ ἀνοσίας φρενὸς, ὥστε καὶ τελεσθῆναι τῷ Βεελφεγώρ. Ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας οἱ τάλανες διολώλασιν. Ἐπαρᾶται δὴ οὖν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὸν ποιοῦντα ταῦτα καὶ τῶν οὕτως ἐκτόπων ἐγχειρημάτων ἀνοσίως ἐπιτηδευτήν· καὶ εἴπερ τις εἴη τελῶν ἐν λαοῖς, ἕως ἂν ὀλοθρευθῇ ἐκ σκηνωμάτων Ἰσραὴλ, τουτέστιν, ἕως ἂν ὁλοτελῶς ἀπόλλοιτο καὶ τὴν τοῦ γεγενῆσθαι μνήμην ζημιούμενος. Εἰ δή τις εἴη τῶν τεταγμένων εἰς ἱερουργείαν, ἕως ἂν ταπεινωθῇ ἐκ προσαγόντων θυσίαν τῷ Κυρίῳ παντοκράτορι, τουτέστι, ἄχρις ἂν ἀπόλλοιτο καὶ τῶν ἱερατικῶν ἐκπέμποιτο καταλόγων. Συγκατώλισθον γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ τῶν ἱερέων τινὲς, ὡς ἔφην, εἰς τὰ λαῶν ἐγκλήματα, καὶ γυναίων ὀθνείων D ἡττῶντο, τῶν θείων χρησμῳδημάτων εἰσάπαν ἠφειδηκότες.

Οὐκοῦν εἰ ἐπάρατος ὁ παροτρύνων Θεὸν καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ θεσπίσμασιν ἀντεξάγειν ἐπιχειρῶν τὰς ἐν κόσμῳ τρυφὰς, μὴ παραιτώμεθα τὴν ἀρετὴν, καὶ λόγος μὲν ἐκείνων γενέσθω μηδεὶς, ἐπειγώμεθα δὲ μᾶλλον τοῖς εἰς εὐπείθειαν αὐχήμασι τὰς ἑαυτῶν καταφαιδρύνειν ψυχάς. Ἀπρακτήσει γὰρ οὕτω ἐξ ἀρᾶς, καὶ τοῖς ἐξ ἰδίας ἡμερότητος ἀγαθοῖς ὁ τῶν ὅλων ἡμᾶς καταπιανεῖ Δεσπότης.

*Καὶ ταῦτα ἃ ἐμίσουν ἐποιεῖτε. Ἐκαλύπτετε δάκρυσι τὸ θυσιαστήριον Κυρίου, καὶ κλαυθμῷ,*

[21] I Cor. vi, 11; II Cor. iv, 13. [22] Eccli. xiii, 1. [23] Num. xxv, 1 seqq.

*καὶ στεναγμῷ ἐκ κόπων. Ἔτι ἄξιον ἐπιβλέψαι εἰς θυσίαν, ἢ λαβεῖν δεκτὸν ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν;*

ΚΖʹ. Πλεῖστοι μὲν ἦσαν κατὰ τὸν νόμον τῶν θυσιῶν οἱ τρόποι. Αἱ μὲν γὰρ προσεκομίζοντο κατ' εὐχὴν ἑκούσιον, αἱ δὲ ἦσαν χαριστήριον, καὶ μὴν καὶ ὁ περὶ ἁμαρτίας. Δεκάται δὲ αὖ, καὶ ἀπαρχαὶ, καὶ τοῦ διδράχμου δασμὸς, ὡς ἐκ νομικῶν ἐνταλμάτων τοῖς τῶν ἱερέων προσεφέροντο λόγοις. Προσάγοντες τοίνυν εἰς θυσίαν τῷ Θεῷ τὰ ἑκούσια, παρεκόμιζον, ὡς ἔφην, τὰ χωλὰ καὶ τυφλὰ καὶ ἁρπάγματα, τὰ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἀειλογοῦντες κακὰ, ἄνω τε καὶ κάτω τὴν δῄωσιν ὀνομάζοντες καὶ τὴν ἐντεῦθεν αὐτοῖς ἐπενηνεγμένην πτωχείαν, καίτοι τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον ἀσυγκρίτῳ μὲν αὐτοὺς ἡμερότητι κατευφραίνοντος, ἀπονέμοντος δὲ πλουσίως τὰ οἷς εἰκὸς ἦν οὐ μετρίως ἐντρυφᾷν. Προσεκόμιζον τοίνυν κατηφεῖς καὶ δεδακρυμένοι, μονονουχὶ τοῖς θύμασιν ἐποιμώζοντες, λέγοντές τε τοῖς ἱερουργοῖς· Ταῦτά ἐστιν ἐκ κόπων, τουτέστιν, οὐκ ἀμογητὶ, προσπεπορισμένα δὲ μόλις ὡς ἐξ ἱδρῶτος καὶ πόνου. Εἶτα, πῶς ἔτι, φησὶ, ἄξιον ἐπιβλέψαι εἰς θυσίαν, ἢ πῶς ἂν ἔτι ποιήσαιμι παραδεκτὸν τὸ ἀπὸ γνώμης οὐκ ἀγαθῆς; θύειν γὰρ ἀκόλουθον ἱλαρῶς, ἑορτάζοντας καὶ εὐφραινομένους. Καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἔστι τὸ διὰ τῆς τοῦ Παύλου φωνῆς ὀρθῶς εἰρημένον, τοῖς συναγείρουσι τὰς διακονίας· «Μὴ ἐκ λύπης, ἢ ἐξ ἀνάγκης· ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ Κύριος.» Οὐκοῦν εἰ θύοιμεν ἱλαρῶς, ἐποπτεύσει τε καὶ παραδέξεται καὶ ἐπαινέσει Θεὸς, παραδεξάμενος δὲ τιμήσαι καὶ εὐλογήσει. Εἶναι δέ φησι τῶν (1) ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν τὸ καὶ ἑτέραν τοῖς προκειμένοις ἐφαρμόσαι διάνοιαν. Ἐπάρατον μὲν γὰρ ἐποιεῖτο, καὶ μάλα δικαίως, ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὸν βεβηλοῦντα τῶν πατέρων τὴν διάθεσιν, διά δέ γε τοῦ δεῖν ὀθνείαις συνάπτεσθαι γυναιξὶν, ἐξωθηθεισῶν τῶν ἐκ γένους, καὶ ἐπ' οὐδεμιᾷ πολλάκις αἰτίᾳ κατεγνωσμένων. Ἠτιᾶτο δὲ πρὸς τούτοις τῶν ἱερέων τινὰς, ὡς λαμβάνοντας πρόσωπον ἐν νόμῳ. Καὶ δὴ καὶ ἔφασκεν· «Ἐξολοθρεύσει Κύριος τὸν ἄνθρωπον τὸν ποιοῦντα ταῦτα, ἕως καὶ ταπεινωθῇ ἐκ σκηνωμάτων Ἰσραὴλ καὶ ἐκ προσαγόντων θυσίαν τῷ Κυρίῳ παντοκράτορι.» Εἶτα τούτοις προσέθηκεν εὐθύς· «Ἐκαλύπτετε δάκρυσι τὸ θυσιαστήριον Κυρίου, καὶ κλαυθμῷ, καὶ στεναγμῷ ἐκ κόπων.» Τὸ δὲ, *ἐκαλύπτετε*, νοητέον ἀντὶ τοῦ Πληροῦσθαι παρεσκευάζεσθε θρήνων καὶ οἰμωγῆς τὸ θεῖον θυσιαστήριον. Γύναιά τε γὰρ παραλόγως ἐξεωσμένα, καὶ οἱ κρίσιν ἄδικον τὴν παρ' ὑμῶν τῶν ἱερέων ἐκτόπως ὑπομεμενηκότες περιΐσταντο τὸ θυσιαστήριον, τοὺς τῆς ἀδικίας ἀνοιμώζοντες τρόπους καὶ ἐκ κόπων τῶν αὐτοῖς ἐπενηνεγμένων δακρυρροοῦντες ἀσχέτως. Εἶτα πῶς ἄξιον ἐπιβλέψαι, φησὶν, εἰς θυσίαν, ἢ λαβεῖν δεκτὸν ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; Ὥσπερ γάρ ἐστιν ἀληθὲς τὸ ἐν βίβλῳ Παροιμιῶν γεγραμμένον, Οὐχ ἁγναὶ

A *ex laboribus. Adhuc dignum respicere in sacrificium, aut suscipere acceptabile de manibus vestris?*

**844** XXVII. Modi seu genera sacrificiorum a lege præscripta erant plurima. Alia quippe offerebantur ex voto voluntario, alia ad gratiarum actionem spectabant, alia pro peccato. Erant item decimæ, et primitiæ, et didrachmi tributum, quæ ratione sacerdotum mandato legis offerebantur. Qui ergo voluntarie Deo offerebant, adducebant, ut dixi, clauda et cæca et ex deprædatione recuperata, perpetuo mala in quibus fuissent et vastitatem indeque illatam sibi egestatem suam crepantes, tametsi omnipotens Deus post reditum e Babylone incomparabili eos benignitate exhilarasset, et abundanter dona-
B visset quibus eos non mediocriter oblectatum iri consentaneum erat. Offerebant igitur mœsti et flentes, tantum non super victimis lamentantes, et sacrificis hæc dicentes: Hæc sunt de laboribus et ærumnis nostris, hoc est, non sine labore, et vix cum sudore acquisita. Deinde, quomodo, inquit, par est respicere ad sacrificium, aut quomodo ratum habeam quod a bona mente non proficiscitur? Decet enim sacrificare animo hilari, festum diem agentes et lætantes. Et hoc, opinor, est, quod bene Paulus conferentibus in ministerium: « Non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus [24]. » Quare, si sacrificemus hilariter, respiciet, et suscipiet, et laudabit Deus, et susceptum
C honorabit ac benedicet. Puto autem ad fructum conducturum magnopere, si ex verbis propositis alium sensum eliciamus. Maledicit universorum Deus, et quidem æquissime, profanantem patrum testamentum, propter adhibitas in conjugium extraneas feminas, expulsis quæ erant ejusdem gentis, et sæpe nulla de causa condemnatis. Præterea sacerdotes quosdam insimulat, ut accipientes personam in lege. Quare etiam dicebat: « Disperdet Dominus hominem facientem hæc, donec humilietur ex tabernaculis Israel, et ex offerentibus sacrificium Domino omnipotenti. » His statim subjecit: « Operiebatis lacrymis altare meum, et planctu et gemitu ex laboribus. » *Operiebatis* intellige, Faciebatis ut impleretur divinum altare fletu et lamentis. Mulieres namque
D contra legem expulsæ, et qui sacerdotum vestrorum iniquum judicium pertulerant, circumstabant altare, quas pertulerant injurias deplorantes et ob illatas vexationes immodice lacrymantes. **845** Jam quo pacto dignum est, inquit, respicere ad sacrificium, aut accipere acceptabile de manibus vestris? Sicut enim verum est quod in libro Proverbiorum legitur, Non sunt casta vota de mercedibus meretricis [25], sic non censebitur mundus et culpa vacans sacerdos, si dicat divinis Scripturis se quodammodo corroboratum ac stabilitum esse, et lege sacrificio-

[24] II Cor. ix 7. [25] Imo Deut. xxiii, 18.

(1) Lege οἶμαι δὲ τῶν, etc. omisso φησί, inculcato a librario.

rum conculcata, quasi Deo nullo a se scelere offenso sacrificet. Timoris plenum est igitur, quasi illotis manibus sacrificare Deo. Puto enim ego totis viribus, quantum consequi possunt, purgatis tam sapiens ministerium peragendum. Talis enim extra omne crimen invenitur, nec iram divinam merebitur.

VERS. 14, 15. *Et dixistis : Propter quid Dominus testificatus est inter te et inter uxorem adolescentiæ tuæ quam reliquisti? Et hæc particeps tua et uxor testamenti tui, et non aliter fecit, et reliquiæ spiritus tui. Et dixistis : Quid aliud quam semen quærit Deus?*

XXVIII. Deo ista sæpius reprehendente, et ad sui generis diligendas, atque ad contracta cum alienigenis matrimonia quæ et ipsa divina lex damnat dissuenda impellente, stulte occurrebant; « Quid aliud quam semen quærit Deus [26]? » Dictum est, inquit, per mandatum Mosis : « Non erit infecunda, nec sterilis in Israel [27]. » Et ad Abraham alicubi dicit universorum Deus : « Multiplicans multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli multitudine [28]. » Quocirca divinum consilium, inquit, ad multitudinem et liberorum procreationem respicit, ut ipsa Abrahamo factæ promissionis gratia finem congruentem adipiscatur. Sed sive ex alienis, sive ex cognatis hoc a nobis præstetur, Deo perinde est; finem enim promissa consequuntur. « Dixistis igitur, inquit : Qua de causa Dominus testificatus est inter te et uxorem adolescentiæ tuæ quam reliquisti? » At si hoc libuerit dicere, quare Dominus testificatus sit, et jusserit nullo modo dimittere cui cohabitatis, respondebo et ego ad hoc : Cogita, « Quoniam ipsa est particeps seu socia tua, et uxor testamenti seu fœderis tui, » hoc est, una caro tecum [29], et juxta legem contubernalis, et non aliter fabricatus est eam Deus. Est porro, ut arbitror, etiam « reliquiæ spiritus ejus, » et propemodum corpore et anima vir commiscetur cum ea quam ipsi legis religio copulavit. **846** Et quemadmodum unum corpus fiunt, sic aliquo modo etiam una anima, amore mutuo illos colligante, et divina lege in concordiam devinciente. Reliquias itaque spiritus viri uxorem vocat, et quasi dimidium ejus animæ propter unionem, scilicet quæ concordia charitatis velut unum efficit. Ne igitur plus quam ratio patitur Deum culpatote, ut qui uxorem adolescentiæ suæ, fœderis ac spiritus participem, et carne sibi unitam domo removentes, fortasse iniquius objurget. Existimo autem ego sapientissimum Paulum, hinc permotum, mandasse iis qui in Christum crediderant : « Alligatus es uxori? noli quærere solutionem [30]. » Et alicubi Salvator : « Quicunque dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam mœchari : et qui dimissam duxerit, mœ-

A εὐχαὶ ἀπὸ μισθώματος ἑταίρας· οὕτως οὐκ ἂν λογισθείη καθαρός τε καὶ ἀμώμητος ἱερεὺς, εἰ τοῖς θείοις θεσπίσμασιν μονονουχὶ καὶ ἐῤῥῶσθαι φράσας καὶ τὸν πρέποντα ταῖς ἱερουργίαις πατήσας θεσμὸν, ὡς κατ' οὐδένα τρόπον προσκεκρουκὼς προσάγοι τὸ θῦμα. Φοβερὸν οὖν ἄρα τὸ ἀνίπτοις ὥσπερ ἄρα χερσὶν ἱερουργεῖν τῷ Θεῷ. Χρῆναι γὰρ ἔγωγέ φημι παντὶ σθένει κεκαθαρμένους, κατά γε τὸ ἐφικτὸν, τῆς οὕτω σοφῆς ἅπτεσθαι λειτουργίας. Ἔξω γὰρ ὁ τοιόσδε καὶ ἁπάσης αἰτίας, καὶ τῶν ἐξ ὀργῆς εὑρίσκεται κινημάτων.

*Καὶ εἴπατε· Ἕνεκεν τίνος ὁ Κύριος διεμαρτύρατο ἀναμέσον σου καὶ ἀναμέσον γυναικὸς νεότητός σου ἣν ἐγκατέλιπες; Καὶ αὕτη κοινωνός σου καὶ γυνὴ διαθήκης σου, καὶ οὐκ ἄλλως ἐποίησε, καὶ ὑπόλειμμα πνεύματος αὐτοῦ. Καὶ εἴπατε· Τί ἄλλο ἢ σπέρμα ζητεῖ ὁ Θεός;*

B ΚΗ'. Ἐπαιτιωμένου Θεοῦ τὰ τοιάδε συχνῶς, καὶ ἀναπείθοντος μὲν ἀγαπᾷν τὰς ἐκ γένους, ἀποφοιτᾷν δὲ τῶν ἀλλοτρίων καὶ ἀπονοσφίζεσθαι γάμων οὓς καὶ αὐτὸς ὁ θεῖος ἀπεκήρυξε νόμος, ἀσυνετοῦντες ἔφασκον· « Τί ἄλλο ἢ σπέρμα ζητεῖ ὁ Θεός; » Εἴρηται, φησὶ, διὰ τῆς Μωσέως ἐντολῆς· « Οὐκ ἔσται ἄγονος οὐδὲ στεῖρα ἐν υἱοῖς Ἰσραήλ. » Ἔφη δέ που καὶ πρὸς Ἀβραὰμ ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Πληθύνων πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου, ὡσεὶ τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει. » Οὐκοῦν ὁ θεῖος, φησὶ, σκοπὸς εἰς πληθὺν ὁρᾷ καὶ παιδογονίαν, ἵνα καὶ εἰς πέρας ἄγοιτο τὸ πρέπον αὐτῇ τῆς πρὸς Ἀβραὰμ ἐπαγγελίας ἡ χάρις. Ἀλλ' εἴτ' οὖν ἐξ ἀλλοτρίων, εἴτε ἐξ ὁμογενῶν τοῦτο πράττοιτο πρὸς ὑμῶν, ἀδιαφορεῖ τῷ Θεῷ, διεξάγεται γὰρ εἰς πέρας τὸ ἐπηγγελμένον. « Εἴπατε τοίνυν, φησίν·
C Ἕνεκεν τίνος ὁ Κύριος διεμαρτύρατο ἀνὰ μέσον σοῦ καὶ ἀνὰ μέσον γυναικὸς νεότητός σου, ἣν ἐγκατέλιπες; » Ἀλλ' εἴπερ ἕλοισθε τοῦτο λέγειν τὸ, ἕνεκεν τίνος διεμαρτύρατο, καὶ προστέταχε μὴ δεῖν ἀποπέμπεσθαι τὴν συνῳκισμένην, ἐρῶ πρὸς τοῦτο κἀγώ· Ἐννόησον « Ὅτι αὕτη κοινωνός σου καὶ γυνὴ διαθήκης σου, » τουτέστιν, ὁμόσαρκός σοι καὶ κατὰ νόμον συνῳκισμένη, καὶ οὐκ ἄλλως αὐτὴν δεδημιούργηκεν Θεός. Ἔστι δὲ, οἶμαι, καὶ « ὑπόλειμμα πνεύματος αὐτοῦ, » καὶ μονονουχὶ συγκέκραταί πως ὁ ἀνὴρ σαρκικῶς τε καὶ ψυχικῶς τῇ κατὰ νόμον λατρείᾳ συνηρμοσμένῃ. Καὶ ὥσπερ ἓν γεγόνασι σῶμα, οὕτω τρόπον τινὰ καὶ μία ψυχὴ, συνδεούσης αὐτοὺς ἀγάπης, καὶ νόμου θείου συλλέγοντος εἰς ὁμοψυχίαν. Ὑπόλειμμα τοίνυν πνεύματος τοῦ ἀνδρὸς τὴν γυ-
D ναῖκα καλεῖ καὶ οἱονεὶ μέρος τῆς αὐτοῦ ψυχῆς, διά τε τὴν ἕνωσιν τὴν ὡς ἕν γε, φημὶ, τῇ κατὰ τὴν ἀγάπην ὁμοψυχίᾳ. Μὴ τοίνυν πέρα τοῦ δέοντος ἰόντες λόγου καταιτιᾶσθε Θεὸν, ὡς τάχα που καὶ ἀδίκως ἐπιπλήττοντος τοῖς ἀποπέμπουσι τῆς ἑστίας γυναῖκα νεότητος, καὶ διαθήκης καὶ πνεύματος κοινωνὸν, καὶ ἑνωθεῖσαν σαρκικῶς. Οἶμαι δὲ ἔγωγε τὸν σοφώτατον Παῦλον, κεκινημένον ἐντεῦθεν, ἐπιστεῖλαι τοῖς πεπιστευκόσιν εἰς Χριστόν· « Δέδεσαι γυναικί; μὴ ζήτει λύσιν. » Ἔφη δέ που καὶ αὐτὸς ὁ Σωτήρ· « Ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχευθῆναι· καὶ ὁ ἀπολελυμένην

[26] Exod. XXXIV, 16. [27] Exod. XXII, 26. [28] Gen. XVI, 10. [29] Gen. II, 23, 24. [30] I Cor. VII, 27.

γαμήσας, μοιχᾶται.» Ἐρομένοις δὲ τοῖς Σαδδουκαίων φιλοζητηταῖς· «Ἀνθ' ὅτου Μωσῆς ἐνετείλατο δοῦναι βιβλίον ἀποστασίου καὶ ἀπαλλάττεσθαι γυναικός;» ἔφη πάλιν· «Ὅτι Μωσῆς μὲν πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐνετείλατο· ἀπ' ἀρχῆς δὲ οὐ γέγονεν οὕτως· ὁ γὰρ πλάσας, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. Ὃ οὖν Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω.» — «Καὶ φυλάξασθε ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν, καὶ οὐ μὴ ἐγκαταλίπητε.» Τοῦ νόμου δὲ σαφῶς καὶ ἀναφανδὸν διηγορευκότος ἐξεῖναι τοῖς ἐθέλουσι προσρίπτειν ταῖς συνηρμοσμέναις βιβλίον ἀποστασίου καὶ ἀνεγκλήτως ἀπαλλάττεσθαι τῆς συνῳκισμένης, ἐδόκει πως ἀντιφέρεσθαι τοῖς πάλαι τεθεσπισμένοις διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς, ἄγοντος ὑπὸ δίκην καὶ παρανομίας ἔγκλημα καταγράφοντος τοῦ τολμῶντος προσάγειν καὶ ἀπονοσφίζεσθαι γυναικός. Οἰκονομικώτατα τοίνυν διὰ τῶν προσκειμένων οὔτε ἄπρακτον ἀποφαίνει τὴν ἀρχαίαν ἐντολήν, οὔτε μὴν ἀνοσίων ἐγχειρημάτων αὐτὴν ποιεῖσθαι πρόφασιν ἐπιτρέπει τισίν. Οὐ γὰρ ἐπειδήπερ, φησίν, ἐφῆκεν ὁ νόμος δίδοσθαι τὸ βιβλίον, διὰ τοῦτο καὶ ἀνεύθυνοι διδόντες ὑμεῖς, ἵνα ταῖς ἀλλοφύλοις προσχέοισθε γυναιξίν, ἀλλ' εἰ καὶ ἔξεστιν ἀποστῆναι γυναίου, καὶ νομικαῖς τοῦτο πράττεσθαι ψήφοις, φυλάξασθε «ἐν πνεύματι ὑμῶν τὸ καταλεῖψαι γυναῖκα τὴν ἐκ νεότητος.» Τοῦτο γὰρ ἄμεινον, καὶ ἐφῆκεν ὁ νόμος τοῖς ἐθέλουσι τὴν ἀπόστασιν.

A chatur [31]. » Interrogantibus autem Sadducæis curiosis : « Quid ergo mandavit Moses dare libellum repudii et dimittere uxorem? respondit : Moses propter duritiam cordis vestri hoc permisit ; ab initio autem non erat sic ; Creator enim masculum et feminam fecit eos. Quod igitur Deus conjunxit, homo ne separet [32]. Custodite illas in spiritu vestro, et ne relinquite. Cæterum, cum lex aperte et manifeste sanciat licere volentibus objectare libellum repudii, citraque reprehensionem uxores dimittere, videtur quasi antiquo oraculo repugnare vox prophetæ, pœnæ subjicientis et iniquitatis crimen impingentis audenti ducere uxorem et separari. Providentissime igitur his verbis ostendit propheta mandatum vetus non esse quiddam otiosum, nec sinere ut hanc sibi occa- B sionem scelerate faciendi quidam accipiant. Non enim, inquit, quoniam permisit vobis lex dare libellum repudii, ideo extra culpam estis, qui idcirco datis ut cum alienis copulemini. Sed quamvis ab uxore discedere liceat, idque lege approbante, cavete tamen « in spiritu vestro relinquere uxorem adolescentiæ vestræ. » Hoc enim præstat, etiamsi lex divortium volentibus indulserit.

*Ἀλλ' ἐὰν μισήσας ἐξαποστείλῃς, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ.*

ΚΘʹ. Τουτέστιν, εἰ πιθανὴν καὶ εὐάφορμον ποιούμενος τὴν ἀποπομπὴν τῷ βιβλίῳ προσγράψας, ὅτι μεμίσηκάς τε καὶ ἀπεστείλω.

*Καὶ καλύψει ἀσέβεια ἐπὶ τὰ ἐνθυμήματά σου, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ φυλάξεσθε ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν, καὶ οὐ μὴ ἐγκαταλίπητε.*

Λʹ. Τουτέστιν, εἰ περιγένοιτο τῶν σῶν ἐνθυμημάτων ἀσεβὴς καὶ βέβηλος ἡ δορά, καὶ πρόφασις μὲν εἰκαία τὸ μισῆσαί ἐστιν, εὑρίσκῃ δὲ τῆς ἑτέρων ὥρας ἡττώμενος καὶ γυναίοις τοῖς ὀθνείοις προσκεῖσθαι θέλων, «φύλαξαι, μὴ ἐγκαταλίπῃς,» ἢ ἐπάρατος ἔσῃ πάντῃ τε καὶ πάντως. Ἔφη γάρ· «Ὅτι ἐξολοθρεύσει Κύριος τὸν ἄνθρωπον τὸν ποιοῦντα ταῦτα, ἕως καὶ ταπεινωθῇ ἐκ σκηνωμάτων Ἰσραήλ, ἐκ προσαγόντων θυσίαν Κυρίῳ παντοκράτορι.» Καὶ ταυτὶ μὲν ὅσον εἰς ἐμφανῆ τε καὶ πρόχειρον λόγον.

Παραφυλακτέον δὲ καὶ τοῖς διὰ πίστεως κεκλημένοις εἰς ἁγιασμόν, μὴ ἄρα πως ἀπενεχθεῖεν ὡς πρὸς γυναῖκας ἀπηχθημένας Θεῷ καὶ ἀλλογενεῖς εἰς τὰς βεβήλους αἱρέσεις. Ἀπόχρη γὰρ αὐτοῖς, εἰς καρποφορίαν πνευματικήν, τῶν τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλων ἡ καθαρὰ καὶ ἀμώμητος παιδαγωγία μονονουχὶ καὶ τέκνων αὐτοὺς εὐγενῶν ἀποφαίνειν πατέρας, τίκτοντας νοητῶς ἐξ ἀγαθῆς καρδίας τὰ τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης αὐχήματα.

VERS. 16. *Sed si odio habens dimiseris, dicit Dominus Deus Israel.*

XXIX. Hoc est, si probabilem faciens et justa occasione natam dimissionem indicans ascripseris, te C odisse, et ita dimittere.

VERS. 16. **847** *Et operiet impietas super cogitationes tuas, dicit Dominus omnipotens, et custodite in spiritu vestro, et ne derelinquatis.*

XXX. Hoc est, si cogitationes tuas obvolvit impia et profana pellis, et odium in illam falso prætexitur, inveniaris autem aliarum pulchritudine subactus, et velle mulierculis peregrinis alligari, « custodi, ne derelinquas, » aut prorsus maledictus eris. Dixit enim : « Quia disperdet Dominus hominem qui facit hæc, donec humilietur ex tabernaculis Israel, ex offerentibus sacrificium Domino omnipotenti. » Et hoc quidem quod ad planam et obviam explanationem attinet.

D Cavendum autem et per fidem vocatis in sanctificationem, ne forte velut ad feminas Deo odiosas et alienigenas in profanas hæreses auferantur. Potest enim illos, præter spiritualem fertilitatem, Ecclesiæ magistrorum sincera et inculpata institutio tantum non filiorum quoque nobilium patres reddere, ex corde bono divinæ charitatis decora secundum intellectum generantes.

## ΤΟΜΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

*Οἱ παροξύνοντες τὸν Θεὸν ἐν τοῖς λόγοις ὑμῶν, καὶ εἴπατε· Ἐν τίνι παρωξύναμεν αὐτόν;*

## TOMUS POSTERIOR.

VERS. 17. *Qui provocastis Deum in sermonibus vestris, et dixistis : In quo provocavimus eum? In*

[31] Matth. v, 32. [32] Matth. xix, 7, 8; Marc. x, 2, 9.

*eo quod dicitis : Omnis qui facit malum, bonum in conspectu Domini, et in ipsis ipsi complacuit, et ubi est Deus justitiæ?*

XXXI. Supra annotavi, non uno, sed multis modis universorum Deum contra posteros Levi exacerbatum esse. Et sacerdotum imbelles animas castigans, aiebat : « Et inferebatis quæ rapta erant, et clauda, et debilia [33]. » Et addebat his : « Et accipiebatis personam in lege [34]. » Honorantes enim, ut credibile est, et intempestive reverentes quosdam sese convenientes, tenuiores scelerate condemnabant, et premebant quosdam, non ex præscripto legis justa judicantes [35], sed in partem potentiorem et iniquam sententiam proferentes : aut forte etiam diripientes hæreditates neutiquam ad se attinentes : gaudentes autem super donis et ea accipientes, et sacerdotii honoribus abutentes, et supra subjectos se efferentes. Hunc in modum vitam degentes adeo infamem et legibus adversissimam, **848** videntes quidam injuriam passi, tantum non attoniti mirabantur. Nec enim reprehendebantur a Deo, nec puniebantur, ut solent aliquando contemptores; quin potius rebus secundis utebantur, et vivebant cum voluptate. Idcirco ægre ferentes, immensamque Dei benignitatem forte amplius cogitare nolentes, propemodum etiam ex desperatione clamabant : « Omnis qui facit malum, bonum in conspectu Domini, et in ipsis ipsi complacuit; » hoc est, forsitan et perpetrator malorum bonus est in conspectu Domini; et super adeo inhoneste viventibus lætatur. Nam si hoc verum non est, inquit, « Ubi est Deus justitiæ? » Oportebat enim, oportebat justitiæ dispensatorem non adeo tolerantem esse in sacerdotibus avaris, et altare polluentibus, et iniqua ac scelerata et legi pugnantia committere summo studio conantibus. Et hæc quidem crimina fuerint desperationis ipsorum incessentis animos. Sciendum autem, juxta propositum verborum sensum, irritare Deum, qui adeo imperitis vocibus utuntur. Ferme enim et increpare statuunt tolerantem Deum, qui errantium conversionem benignissime et eorum qui in peccatum prolapsi sunt, ad salutaria recursum exspectat. Divinus itaque Paulus super torpentibus et a pœnitentia refugientibus dolens : « Num divitias bonitatis ejus et patientiæ et longanimitatis contemnis, ignorans quia benignitas Dei ad pœnitentiam te ducit? Secundum duritiam autem et impœnitens cor tuum, thesaurizas tibi ipsi iram in die iræ et revelationis et justi judicii Dei [36]. » Itaque etiam atque etiam vehementerque Deum offendunt qui adeo inanibus dant manus et lingua effrenata ipsi conviliantur, et peccato tenebuntur qui morbi occasiones ipsis dederunt.

*Ἐν τῷ λέγειν ὑμᾶς· Πᾶς ποιῶν πονηρὸν, καλὸν ἐνώπιον Κυρίου, καὶ ἐν αὐτοῖς αὐτὸς εὐδόκησε, καὶ ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης;*

ΛΑ'. Φθάσας ἔφην, ὡς οὐ καθ' ἕνα τρόπον, κατὰ πολλοὺς δὲ μᾶλλον, ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐπὶ τοὺς ἐξ αἵματος τοῦ Λευὶ κατεπικραίνετο. Καὶ ταῖς τῶν ἱερουργῶν ἀθυμίαις ἐπισκήπτων, ἔφασκε· « Καὶ εἰσεφέρετε τὰ ἁρπάγματα, καὶ τὰ χωλὰ, καὶ τὰ ἐνοχλούμενα. » Προσεπῆγεν δὲ τούτοις· « Καὶ ἐλαμβάνετε πρόσωπον ἐν νόμῳ. » Τιμῶντες γὰρ, κατὰ τὸ εἰκὸς, καὶ δι' αἰδοῦς ἀκαίρου ποιούμενοι τῶν προσιόντων τινὰς, κατεδίκαζον μὲν οὐχ ὁσίως τῶν ἀσθενεστέρων, καὶ πλεονεξίας ἐπῆγόν τισιν, οὐ τὰ δίκαια κρίνοντες, κατά γε τὸν νόμον, ἀλλ' ἑτεραλκῆ καὶ ἄνισον τὴν ψῆφον ἐκφέροντες· ἢ τάχα που καὶ διαρπάζοντες τοὺς οὐδαμόθεν αὐτοῖς προσήκοντας κλήρους· ἐφηδόμενοι δὲ καὶ δωροδοκίαις, καὶ ταῖς τῆς ἱερωσύνης τιμαῖς καταχεχρημένοι, καὶ τῶν ὑπὸ χεῖρα κατεπαιρόμενοι. Ταύτην ἔχοντες τοῦ βίου τὴν ἀγωγὴν τὴν οὕτω δυσκλεᾶ καὶ ἐκνομωτάτην, καταθεώμενοί τινες τῶν τὰς ἀδικίας ὑπομεμενηκότων, μονονουχὶ κατεθήπεσαν. Οὐ γὰρ ἦν τις ἐπ' αὐτοῖς ἐπίπληξις παρὰ Θεοῦ καὶ τὰ ἐξ ὀργῆς, ἔσθ' ὅτε συμβαίνοντα τοῖς εἰωθόσι καταφρονεῖν· ἦσαν δὲ μᾶλλον ἐν εὐπαθείᾳ καὶ τρυφαῖς. Πρὸς δὴ τὰ τοιαῦτα δεδυσφορηκότες, καὶ τὴν ἀσύγκριτον ἡμερότητα τοῦ Θεοῦ τάχα που λοιπὸν εἰς νοῦν ἔχειν οὐκ ἀνεχόμενοι, μονονουχὶ καὶ κατακεκράγασιν ἐκ μικροψυχίας λέγοντες· « Πᾶς ποιῶν πονηρὸν, καλὸν ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτοῖς αὐτὸς ηὐδόκησε, » τουτέστι, τάχα που καὶ ἀγαθὸς ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ Θεοῦ ὁ τῶν πονηρῶν ἐργάτης· ἐφήδεται δὲ τοῖς οὕτως αἰσχρῶς διαβιοῦν ᾑρημένοις. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, φησὶν, ἀληθὲς, « Ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης; » Ἔδει γὰρ, ἔδει τῆς δικαιοσύνης τὸν πρύτανιν μὴ τοσοῦτον ἀνεξικακῆσαι πλεονεκτοῦσι ἱερουργοῖς, καὶ καταμιαίνουσι τὸ θυσιαστήριον, ἄδικά τε καὶ ἀνόσια καὶ τὰ ἔξω νόμου δρᾷν ὅτι μάλιστα διεσπουδακόσι. Καὶ ταυτὶ μὲν εἶεν ἂν τῆς ἐπισυμβάσης αὐτοῖς μικροψυχίας ἐγκλήματα. Ἰστέον δὲ ὅτι, κατά γε τὴν τῶν προκειμένων δύναμιν, παροτρύνουσι τὸν Θεὸν οἱ ταῖς οὕτως ἀπαιδεύτοις κεχρημένοι φωναῖς. Μονονουχὶ γὰρ καὶ ἐπιτιμᾷν ἐγνώκασιν ἀνεξικακοῦντι Θεῷ περιμένοντί τε καὶ μάλα χρηστῶς τῶν πεπλανημένων τὴν ἐπιστροφὴν, τῶν εἰς ἁμαρτίαν ὠλισθηκότων, τὴν εἰς τὰ ἀμείνω μεταδρομήν. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος τοῖς ὀκνοῦσί τε καὶ ἀναδυομένοις ἔτι τὴν μετάγνωσιν ἐπετίμα, λέγων· « Εἰ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει; κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ. »

Οὐκοῦν προσκρούουσι μὲν πάντη καὶ πάντως οἱ ταῖς οὕτω ψυχραῖς ἡττώμενοι καὶ ἀχάλινον ἐπὶ Θεῷ τὴν γλῶτταν ἀνέντες, ἔνοχοι δὲ πλημμελείας εἶεν ἂν οἱ τῆς ἀῤῥωστίας αὐτοῖς διδόντες τὰς ἀφορμάς.

Vivendum igitur sancte et recta via incedendum

Χρὴ δὴ οὖν ἄρα διαζῆν ἁγίως καὶ ὀρθοποδεῖν ἐν

[33] Malach. I, 13. [34] Malach. II, 9. [35] Deut. I, 16. [36] Rom. II, 4, 5.

Ἐκκλησίᾳ τοὺς ἀπολέκτους ἱερουργοὺς ἤτοι τοὺς A
κεκλημένους εἰς ἱερωσύνην. Ἔσονται γὰρ οὕτως εἰς ὑποτύπωσιν εὐκοσμίας καὶ ἁπάσης ἀρετῆς τοῖς ὑπὸ χεῖρα λαοῖς, οἳ καὶ τὸν τῶν ὅλων καταγεραίρουσι Θεὸν, τῆς τῶν ἱερέων πολιτείας τὸ λαμπρὸν καὶ ἐξαίρετον καταθεώμενοι κάλλος. Καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος φωνῆς ὀρθῶς εἰρημένον· « Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Ὥσπερ γὰρ σκανδαλίζονται λαοὶ, ζῆν ἑλομένων ἐκτόπως τῶν ἱερέων· οὕτω πλείστην τε ὅσην καὶ λίαν ἀμφιλαφῆ κερδανοῦσι τὴν ὄνησιν, εἰ δή που θεάσαιντο πληροῦντας τὸ ἀγαθὸν, καὶ διαζῆν ἡγουμένους ὡς ἁνδάνει Θεῷ.

In Ecclesia electis sacerdotibus sive ad sacerdotium vocatis. Sic enim subditis exemplo erunt et forma honestatis omnisque virtutis, qui et universorum Deo gratulantur, cum illustre et singulare decus eorum vitæ contemplantur. Et hoc est, ut puto, quod voce Salvatoris probe dictum legimus: « Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est [37]. » Quemadmodum enim **849** scandalizatur populus, cum sacerdotes parum innocenter vivunt, ita emolumentum longe maximum et amplam utilitatem consequitur, si bonitatis officio fungentes videt, et existimantes ita vivendum ut Deo placet.

B

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

*Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστελῶ ἄγγελόν μου, καὶ ἐπιβλέψεται ὁδὸν πρὸ προσώπου μου. Καὶ ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν ἑαυτοῦ Κύριος, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε, καὶ ὁ Ἄγγελος τῆς διαθήκης, ὃν ὑμεῖς θέλετε.*

ΛΒ'. Εὐαφόρμως λίαν ἐπὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον ὁ τῆς προκειμένης ἡμῖν προφητείας μεταπεφοίτηκε λόγος. Γέγονε γὰρ ἡμῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ Ἐμμανουὴλ « δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις, » καὶ ῥύπου παντὸς ἀποκάθαρσις, καὶ ἁμαρτιῶν ἀπόθεσις, καὶ τῶν αἰσχιόνων ἀποβολὴ, καὶ ὁδὸς εἰς τὰ ἀμείνω καὶ πρεπωδέστερα, καὶ θύρα τις ὥσπερ καὶ εἰσβολὴ πρὸς ζωὴν αἰώνιον, πᾶσά τε δι' αὐτοῦ γέγονεν ἐπανόρθωσις, καὶ πλεονεξίας ἀνα- C
τροπὴ, καὶ δικαιοσύνης εὕρεσις. Καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν τεθαυμασμένων δι' αὐτοῦ πεπλουτήκαμεν; « Ἰδοὺ τοίνυν, φησὶ, ἀποστελῶ τὸν ἄγγελόν μου, καὶ ἐπιβλέψεται ὁδὸν πρὸ προσώπου μου. » Ἔοικε δὲ διὰ τούτων τὴν τοῦ ἁγίου Βαπτιστοῦ ποιεῖσθαι προαναφώνησιν. Ἔφη γάρ που καὶ αὐτὸς ὁ Χριστός· « Οὗτός ἐστι περὶ οὗ γέγραπται· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστελῶ τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου. » Οὕτως ἡμῖν αὐτὸν καὶ ὁ θεσπέσιος Ἡσαΐας ἐσήμηνε, λέγων· « Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. » Οὗ δὴ γεγονότος, φησὶ, καὶ πρὸς βραχὺ δεδραμηκότος τοῦ ἀγγέλλειν τὰ τοιάδε προστεταγμένου, « Ἐξαίφνης ἥξει, φησὶ, εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ D
Κύριος, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε, καὶ ὁ ἄγγελος τῆς διαθήκης, ὃν ὑμεῖς θέλετε. » Διισχυρίζεται δὲ καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης, λέγων τοῖς ἐρχομένοις ἐπὶ τὸ τῆς μετανοίας βάπτισμα· « Ἐγὼ βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι· ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς ἵνα κύψας λύσω τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος αὐτοῦ· ἐκεῖνος ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. » Συνίης οὖν, ὅπως κατόπιν εὐθὺς καὶ μονονουχὶ κατὰ πόδας τοῦ προαγγέλλοντος ἐβάδιζεν ὁ Χριστὸς, ἑαυτὸν ἀφανῆ καθιστὰς τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἰουδαίαν, καὶ οἷον ἐξαίφνης καὶ ἀδοκήτως ἐπιφαινόμενος. Ἄγγελόν

## CAP. III.

VERS. 1. *Ecce ego mitto angelum meum, et speculabitur viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum Dominus, quem vos quæritis, et Angelus testamenti, quem vos vultis.*

XXXII. Perapposite ad Christi mysterium verba ista prophetica transierunt. Factus est enim nobis a Deo et Patre Emmanuel justitia, et sanctificatio et redemptio [37*], et omnis immunditiæ emundatio, peccatorumque depositio, et inhonestorum abjectio, et ad meliora ac decentiora quædam via, et ad æternam vitam ceu janua et ingressus, et per ipsum correcta sunt omnia, et eversus diaboli dominatus, et inventa justitia. Quibus enim mirabilibus per ipsum locupletati non sumus? Ait ergo: « Ecce ego mittam angelum meum, et speculabitur viam ante faciem meam. » Quibus verbis sanctum Baptistam videtur prænuntiare. Nam et Christus ipse alicubi: « Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mittam angelum meum ante faciem tuam, ut præparet viam tuam ante te [38]. » De eodem divinus Isaias: « Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri [39]. » Quo facto, inquit, et cum paululum cucurrerit qui ad ista nuntianda constitutus est: « Statim veniet ad templum suum Dominus, quem vos quæritis, et Angelus testamenti, quem vos vultis. » Confirmat idem et beatus Joannes, ad baptismum pœnitentiæ accipiendum confluentes sic compellans: « Ego baptizo vos in aqua, post me autem veniet vir, cujus non sum dignus ut procumbens solvam corrigiam ejus calceamenti: ille vos baptizabit in Spiritu sancto et igni [40]. » Perspicis igitur quomodo post statim et tantum non e vestigio Christus prænuntium secutus sit, se ipsum hactenus latentem sistens Judæis universis, **850** et quasi repentino ac de improviso apparens. Angelum autem nominatum sacrosanctum Baptistam dicimus, non propter naturam quidem, ex muliere enim natus homo proinde ut nos fuit, sed quoniam illi talia nobis prædicandi nun-

[37] Matth. v, 16. [37*] I Cor. i, 30. [38] Matth. xi, 10. [39] Isa. xl, 3; Matth. iii, 3. [40] Matth. iii, 11.

niandique munus est impositum. Ab officio igitur A
vocabulum inditur, nec naturam angelorum signifi-
cat. Venturum porro ad templum suum dicit, aut
quia Verbum caro factum est [41], et tanquam in
templo quod e castissimo sanctæ Virginis corpore
susceperat, habitavit : aut in homine perfecto, qui
ex corpore, inquam, et anima immediate et divina
providentia coagmentatus esse creditus est; aut
templum simpliciter nominat Jerusalem, utpote
sanctam et sibi dedicatam civitatem; aut Ecclesiam
velut in typo suo. Cæterum adventum seu præsen-
tiam suam compluribus mirandis operibus promul-
gavit, « Prædicans Evangelium regni, sanans om-
nes morbos et omnem languorem in populo, » ut
scriptum est [42]. Veniet igitur Dominus, inquit,
quem vos quæritis, ex pusillanimitate dicentes : B
« Ubi est Deus justitiæ ? » Veniet autem ac docebit
quæ supra legem et supra umbras ac typos sunt.
Erit quippe Angelus testamenti, quod olim voce
Dei et Patris prænuntiatum est. Quodam enim loco
sacrorum doctorem Mosen sic alloquitur : « Pro-
phetam illis suscitabo de fratribus ipsorum sicut te,
et ponam verba mea in ore ejus, et loquetur eis
secundum omnia quæ præcepero ei [43]. » Esse au-
tem Christum Novi Testamenti Angelum, testatur
et Isaias hunc in modum de illo loquens : « Quia
omnem stolam congregatam dolo, et vestimentum
cum commutatione restituent, et volent, si fuerint
igne combusti, quia puer natus est nobis, et filius
datus est nobis, cujus imperium factum est super
humerum ejus, et vocatur nomen ejus Angelus C
magni consilii [44], » sine dubio Dei et Patris.
Proinde etiam dicebat : « A meipso non loquor,
sed qui misit me Pater, ipse mihi præcepit quid
dicam et quid loquar [45]. » Non enim erat humanus
sermo Salvatoris, sed tanquam a Deo et Patre per
Filium naturalem ad nos fiebat. Verbum enim est
ejus qui genuit ipsum; et fidem faciet per Davidem,
« Eructavit cor meum verbum, bonum [46]. »

γε μὴν ὠνομᾶσθαι φαμεν τὸν θεσπέσιον Βαπτιστὴν
οὐ διά γε τὴν φύσιν (γεγένηται γὰρ ἐκ γυναικὸς καὶ
ἦν ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς), ἀλλ' ὅτι τὴν τοῦ τὰ τοιάδε
διακηρύττειν καὶ ἀπαγγέλλειν ἡμῖν ἐγκεχείρισται
λειτουργίαν. Οὐκοῦν ἀπὸ τοῦ πράγματος ἡ κλῆσις,
καὶ οὐκ οὐσίας ἀγγέλων ἔσται σημαντική. Ἥξειν γε
μὴν εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ φησι, ἢ ὅτι γέγονε σὰρξ ὁ
Λόγος, καὶ κατῴκησε καθάπερ ἐν ναῷ τῷ ἐκ τῆς
ἁγίας Παρθένου πανάγνῳ σώματι· ἤγουν ἀνθρώπῳ
τελείῳ, τῷ ἐκ ψυχῆς, λέγω, καὶ σώματος ἀμέσως τε
καὶ οἰκονομικῶς ἡνῶσθαι πεπιστευμένῳ· ἢ ναὸν
ἁπλῶς ὀνομάζει τὴν οἷον ἱερὰν καὶ ἀνακειμένην αὐτῷ
πόλιν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν Ἱερουσαλήμ· ἤγουν ὡς ἐν
τύπῳ τῷ πρὸς ἐκείνην τὴν Ἐκκλησίαν. Ἐποιεῖτο δὲ
τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας τὴν ἀνάῤῥησιν πολυτρόπως
τερατουργῶν, « Κηρύσσων τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασι-
λείας, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μα-
λακίαν ἐν τῷ λαῷ, » καθὰ γέγραπται. Ἥξει τοίνυν
ὁ Κύριος, φησὶ, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε, λέγοντες ἐκ μι-
κροψυχίας· « Ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης; »
Ἥξει δὲ διδάσκων τὰ ὑπὲρ νόμον καὶ τὰ ἐπέκεινα
σκιᾶς καὶ τύπων. Ἔσται γὰρ διαθήκης ἄγγελος, τῆς
πάλαι προηγγελμένης διὰ φωνῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πα-
τρός. Ἔφη γάρ που πρὸς τὸν ἱεροφάντην Μωσέα·
« Προφήτην αὐτοῖς ἀναστήσω ἐκ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν
ὥσπερ σέ; καὶ θήσω τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα
αὐτοῦ, καὶ λαλήσει αὐτοῖς κατὰ πάντα ὅσα ἐντείλω-
μαι αὐτῷ. » Ὅτι δὲ Καινῆς Διαθήκης ἄγγελος ἦν ὁ
Χριστὸς, σαφηνιεῖ λέγων καὶ ὁ μακάριος Ἡσαΐας
περὶ αὐτοῦ· « Ὅτι πᾶσαν στολὴν ἐπισυνηγμένην
δόλῳ, καὶ ἱμάτιον μετὰ καταλλαγῆς ἀποτίσουσι, καὶ
θελήσουσιν, εἰ ἐγενήθησαν πυρίκαυστοι. Ὅτι παι-
δίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἀρχὴ
ἐγενήθη ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα
αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος, » δῆλον δὲ ὅτι τῆς
τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν· « Ἀπ'
ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ, ἀλλ' ὁ πέμψας με Πατὴρ, αὐτός
μοι ἐντολὴν δέδωκε τί εἴπω καὶ τί λαλήσω. » Οὐ
γὰρ ἦν ἀνθρώπινος τοῦ Σωτῆρος ὁ λόγος· ἀλλ' ὡς
ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς δι' Υἱοῦ τοῦ κατὰ φύσιν γέγονε πρὸς ἡμᾶς. Λόγος γάρ ἐστι τοῦ γεγεννηκότος αὐτὸν,
καὶ πιστώσεται λέγων διὰ φωνῆς τοῦ Δαβίδ· « Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν. »

VERS. 2. *Ecce venit, dicit Dominus omnipotens,
et quis sustinebit diem introitus ejus? Aut quis sub-
sistet in visione ejus?*

*Ἰδοὺ ἔρχεται, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ
τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν εἰσόδου αὐτοῦ; Ἢ τίς
ὑποστήσεται ἐν τῇ ὀπτασίᾳ αὐτοῦ;*

**851** XXXIII. Huic simile et admodum affine D
est quod legitur apud Isaiam : « Confortamini, ma-
nus remissæ et genua dissoluta. Consolamini, pu-
sillanimes mente, confortamini, ne timeatis [47]. »
Et rursum alibi : « Ecce Deus noster cum domina-
tione [48]. » Nam ut plane ipsis adfuturum, imo jam præ-
sentem ostendens, clarissimis verbis pronuntiat tem-
pus adventus ejus in mundum hunc non diu dilatum
iri. Virtutem autem œconomiæ ejus quibusdam non
fore despicabilem, nec incredulis tolerabilem, docet
ita : « Et quis sustinebit diem introitus ejus? Aut
quis subsistet in visione ejus? » Introitum appellat
Unigeniti in hunc mundum cum carne ingressum :

ΛΓ'. Ὅμοιον τούτῳ καὶ μάλα προσεοικὸς, τὸ διὰ
φωνῆς Ἡσαΐας· « Ἰσχύσατε, χεῖρες ἀνειμέναι καὶ
γόνατα παραλελυμένα. Παρακαλέσατε, οἱ ὀλιγόψυχοι
τῇ διανοίᾳ, ἰσχύσατε, μὴ φοβεῖσθε. » Καὶ αὖθ' ἑτέρᾳ·
« Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν μετὰ κυρίας. » Ὡς γὰρ αὐτὸν
δὴ μάλα παρεσόμενον, μᾶλλον δὲ καὶ ἤδη παρόντα
δεικνὺς, ἀποφαίνεται σαφῶς ὅτι καὶ ὁ τῆς ἐπιδημίας
αὐτοῦ τῆς ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ καιρὸς οὐκ εἰς ἀνάβλη-
σιν ἔσται μακράν. Ὅτι δὲ τῆς οἰκονομίας ἡ δύναμις
οὐκ εὐκαταφρόνητος ἔσται τισὶν, οὐδ' ἂν γένοιτο
τοῖς ἀπειθοῦσιν οἰστὴ, διδάσκει λέγων· « Καὶ
τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν εἰσόδου αὐτοῦ; ἢ τίς ὑπο-
στήσεται ἐν τῇ ὀπτασίᾳ αὐτοῦ; » Καὶ εἴσοδον μὲν

[41] Joan. I, 14. [42] Matth. IV, 23. [43] Deut. XVIII, 18. [44] Isa. IX, 5, 6. [45] Joan. XII, 49. [46] Psal. XLIV, 2.
[47] Isa. XXXV, 34. [48] Isa. XL, 10.

ὀνομάζει τὴν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ μετὰ σαρκὸς εἰσβολὴν τοῦ Μονογενοῦς· ὀπτασίαν δὲ, τὴν οἷον ἐμφάνειαν. Ἀόρατος γὰρ κατὰ φύσιν ὑπάρχων, ὡς Θεὸς, γέγονεν ἐμφανὴς, τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ἀναλαβών. Προανακέκραγε δὲ τοῦτο σαφῶς καὶ ὁ Μελῳδὸς, ἐν πνεύματι λέγων· « Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται. »—« Γέγονε γὰρ σὰρξ ὁ Λόγος, καθά φησιν ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, » καὶ ἐν δούλου γέγονε μορφῇ. Καὶ τοῖς μὲν ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ φορτικὸς μὲν οὐδαμῶς· γέγονε δὲ μᾶλλον ἤπιός τε καὶ πρᾶος, καὶ ζωῆς τῆς εἰς αἰῶνα δοτήρ. Ἔφη δέ που περὶ αὐτοῦ καὶ ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ· « Ἰδοὺ ὁ Παῖς μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. Οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κραυγάσει, οὐδὲ ἀκουσθήσεται ἔξω ἡ φωνὴ αὐτοῦ. Κάλαμον συντεθλασμένον οὐ κατεάξει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει· ἀλλ' εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει κρίσιν. » Πλὴν τοῖς ἀτιμάζουσι τὴν δι' αὐτοῦ σωτηρίαν, καὶ τὴν διὰ πίστεως καθαίρεσιν οὐ προσιεμένοις συνέβη παθεῖν τὰ πάντα αἴσχιστα τῶν κακῶν. Διολώλασι γὰρ οἱ τάλανες. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε ταῖς Ἰουδαίων ἀγέλαις· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν μὴ πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι, ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἀποθανεῖσθε. » Ἔφη δέ που καὶ ὁ Ἰωάννης· « Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν, οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. » Προσεφώνει δὲ καὶ αὐτοῖς τοῖς ἐξ Ἰσραήλ· « Ἤδη δὲ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. Πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν ἐκκόπτεται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. » Οὐκοῦν τοῖς μὲν ἀπειθοῦσιν ἀφόρητος καὶ οὐ λίαν οἰστὸς τῆς τε εἰσόδου καὶ τῆς ὀπτασίας αὐτοῦ γέγονεν ὁ καιρός. Ἠλέγχοντο γὰρ, ὡς αὐτοὶ τὰς σφῶν διολλύντες ψυχὰς, καὶ ταῖς ἑαυτῶν ἁμαρτίαις ἐντεθνηξόμενοι, διά τοι τὸ μὴ ἑλέσθαι φρονεῖν ὀρθῶς προσήκασθαί τε εἰς νοῦν καὶ καρδίαν τὴν διὰ πίστεως κάθαρσιν. « Τίς τοίνυν ὑπομενεῖ, φησὶν, ἡμέραν εἰσόδου αὐτοῦ; Ἢ τίς ὑποστήσεται ἐν τῇ ὀπτασίᾳ αὐτοῦ; » Τουτέστι, τίς δὴ ἄρα τοσοῦτον ἔσται δεινός τε καὶ ἀπηνὴς, ὡς ἐν καιρῷ καὶ ἡμέρᾳ τῆς εἰς κόσμον εἰσβολῆς αὐτοῦ (δῆλον δὲ ὅτι τῆς μετὰ σαρκὸς, δι' ἧς ἂν γένοιτο καὶ ἁπτὸς, ἤγουν ὁρατὸς) ὑποστῆναί τε καὶ ἀθραύστως ἔχειν; Κολασθήσεται οὖν πάντη τε καὶ πάντως, καὶ πικρὰς τῆς ἀπονοίας ἀποτιεῖ δίκας.

*Διότι αὐτὸς εἰσπορεύεται ὡς πῦρ χωνευτηρίου καὶ ὡς πόα πλυνόντων. Καθιεῖται χωνεύων καὶ καθαρίζων, ὡς τὸ ἀργύριον καὶ ὡς τὸ χρυσίον, καὶ καθαρίσει τοὺς υἱοὺς Λευῒ, καὶ χεεῖ αὐτοὺς ὥσπερ τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον.*

ΛΔ'. Πεποίηται μὲν ἐν τούτοις ὡς ἐξ ὁμοιότητος τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων ὁ λόγος, ἀπόρρητον δὲ μυστηρίου δήλωσιν εἰσκομίσειεν ἂν τοῖς νουνεχεστέροις. Ἀργύρου μὲν γὰρ καὶ χρυσίου ποιοῦνται δοκιμασίαν οἱ ταῦτα σοφοὶ, πυρὶ κατατήκοντες πᾶν ὅσον ἐν αὐτοῖς ἐστι κίβδηλόν τε καὶ ἀκαλλέστερον. Πῦρ δὲ τὸ θεῖον καὶ οὐρανόθεν, τουτέστιν, ἡ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις, καθ' ἣν ἂν γένοιτο καὶ ζῶντας

visionem autem velut apparitionem. Nam cum secundum naturam sit inaspectabilis, ut Deus, nostri similitudine assumpta, aspectabilis evasit. Hoc item perspicue Modulator ante proclamavit, in spiritu dicens: « Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit [49]. » Nam, ut ait divinus Joannes, « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis [50], » et factum est in forma servi [51]. Ac diligentibus quidem manifestationem ejus minime onerosus; quinimo clemens et mansuetus fuit, et vitam æternam illis impertivit. De quo item Deus et Pater alicubi: « Ecce Filius meus dilectus, in quo complacui. Non contendet, neque clamabit, neque audietur foris vox ejus. Arundinem quassatam non confringet, et linum fumigans non exstinguet; sed in veritatem educet judicium [52]. » At enim salutem per ipsum adipiscendam aspernantibus, purgationemque per fidem rejicientibus, omnium malorum fœdissima perpeti contigit. Perierunt enim miseri. Quare etiam Judæorum turbis dicebat: « Amen dico vobis, nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris [53]. » Et alicubi Joannes: « Qui credit in Filium, non judicatur; qui autem non credit, jam judicatus est, quia non credidit in nomine unigeniti Filii Dei [54]. » Dixit Israelitis quoque: « Jam securis ad radicem arborum posita est. Omnis enim arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur [55]. » Incredulis ergo tempus introitus et visionis ejus intolerabile et parum ferendum accidit. Reprehendebantur enim, utpote qui ipsi suas animas perderent, et in peccatis suis morituri, quia bene sapere, et in animum atque cor purgationem per fidem admittere detrectarent. **852** « Quis igitur sustinebit, inquit, diem adventus ejus? Aut quis sustinebit in visione ejus? » Hoc est, quis adeo durus et immitis, ut tempore et die ejus in mundum ingressus (cum carne videlicet, per quam et tangi seu videri possit) subsistere infracto animo queat? Punietur itaque omnimodis, et acerbas vecordiæ suæ pœnas luet.

VERS. 3. *Quia ipse ingredietur quasi ignis conflatorii et quasi herba lavantium. Sedebit conflans et emundans, sicut argentum et sicut aurum: et emundabit filios Levi, et effundet eos sicut aurum et argentum.*

XXXIV. Ex similitudine rerum nostrarum sermo trahitur, et arcani cujusdam mysterii significationem complectitur, si quis dicta prudenter excutere norit. Argentum enim et aurum probant seu examinant rerum istarum periti artifices, igne colliquefacientes et consumentes quidquid in ipsis adulterinum et sordidum est. Divinus autem et cœlestis ignis, hoc est, gratia per Spiritum sanctum, qua

[49] Psal. XLIX, 3. [50] Joan. I, 14. [51] Philipp. II, 7. [52] Isa. XLII 1-3. Matth. XII, 18. [53] Joan. VIII, 24. [54] Joan. III, 18. [55] Matth. III, 10.

possimus etiam viventes nos in spiritu consummari, A si, Christo immittente, in mentem atque cor penetret, tunc, nimirum, tunc omnem peccati scoriam ex præteritis lapsibus contractam deterit. Atque ita purgatos etiam probatissimos reddit, et tantum non spirituali quodam modo aliter ad novitatem vitæ fabricat, et vasa deinceps insignia et sanctificata et in honorem comparata et magnæ domui, hoc est Ecclesiæ, utilia efficit [56]. » Hinc scilicet divinum et sub intelligentiam cadentem ignem sanctus Joannes significavit, cum diceret : « Ego baptizo vos in aqua. Post me veniet vir, cujus non sum dignus ut procumbens solvam corrigiam calceamenti ejus. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni [57]. » Meminimus et Christum dicere : « Ignem veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut accendatur [58] ? » Itaque, quo- B niam Israelitæ Levitarum immunditiam sive iniquitatem non leve fundamentum ponebant, imo per illos universorum Deum irritare non desinebant, contumeliose loquentes et dicere non verentes : « Omnis qui facit malum, bonum coram illo, et in illis ipse sibi complacuit, et ubi est Deus justitiæ [59] ? » prædicit utiliter quodam tempore affulsurum Christum, qui peccatum omne nostrum e medio tollit, **853** et sacerdotes suos purissimos reddit, eosque ut aurum aut argentum in igne probat, sive probatos et illustres reddit [60]. Tales enim Ecclesiæ sacerdotes universi debent esse, quibus liceat jure optimo usurpare illud Davidicum : « Probasti nos, Deus; igne nos examinasti ut examinari solet argentum [61]. » Filiis quidem Aaron gestamen erat stola legibus præscripta [62]. C Selectis autem in Christo et sacerdotio destinatis, indumentum splendidum, sacerdotale et sanctum, Christus ipse. Quamobrem et per lyram Psallentis Deus et Pater de Ecclesia ex gentibus aiebat : « Sacerdotes ejus induam salutem, et sancti ejus exsultatione exsultabunt [63]. » Sanctorum enim sacerdotum salus et indumentum admirabile Christus est; imo decens amictus omnium fidelium. « Quicunque enim, inquit, in Christo baptizati estis, Christum induistis [64]. »

ἡμᾶς ἀποτελεῖσθαι τῷ Πνεύματι, ὅταν εἰς νοῦν καθίκοιτο καὶ καρδίαν, ἐνιέντος Χριστοῦ, τότε δὴ, τότε πάντα μὲν τὸν ἐξ ἁμαρτίας διασμήχει ῥύπον, καὶ τὸν ἐκ τῶν ἤδη προεπταισμένων δαπανᾷ μολυσμόν. Κεκαθαρμένους τε οὕτω καὶ δοκιμωτάτους τοὺς ἔχοντας ἀποτελεῖ, καὶ μονονουχὶ μεταχαλκεύει νοητῶς πρὸς καινοτάτην ζωὴν, καὶ σκεύη λοιπὸν ἀποφαίνει λαμπρὰ καὶ ἡγιασμένα καὶ εἰς τιμὴν κατεσκευασμένα οἰκίᾳ τε τῇ μεγάλῃ χρήσιμα, τουτέστιν τῇ Ἐκκλησίᾳ. Τοῦτο δὴ τὸ θεῖόν τε καὶ νοητὸν κατεσήμανε πῦρ ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης, λέγων· « Ἐγὼ βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι. Ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς ἵνα κύψας λύσω τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ. Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. » Μεμνήμεθα δὲ καὶ αὐτοῦ λέγοντος τοῦ Χρι- B στοῦ· « Πῦρ ἦλθον βάλλειν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη; » Οὐκοῦν, ἐπείπερ οἱ ἐξ αἵματος τοῦ ἐξ Ἰσραὴλ τῆς τῶν Λευϊτῶν ἀκαθαρσίας, ἤγουν ἀδικίας, οὐ μετρίαν ἐποιοῦντο τὴν καταβολὴν, μᾶλλον δὲ δι' ἐκείνους παροτρύνοντες διετέλουν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, παλίμφημά τε λαλοῦντές τινα καὶ ἀποτολμῶντες λέγειν· « Πᾶς ποιῶν πονηρὸν, καλὸν ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτοῖς αὐτὸς ηὐδόκησε, καὶ ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης; » προαγορεύει χρησίμως ὅτι κατὰ καιροὺς ἐπιλάμψει Χριστὸς, ὁ πᾶσαν ἡμῶν τὴν ἁμαρτίαν ἐκ μέσου τιθεὶς, καὶ πανάγνους ἀποτελῶν τοὺς ἰδίους ἱερουργοὺς, καὶ οἷον χρυσὸν ἢ ἄργυρον ἐν πυρὶ δοκιμάζων αὐτοὺς, ἤτοι δοκίμους ἀποτελῶν καὶ λελαμπρυσμένους. Τοιοῦτοι γὰρ ὡς ἐπίπαν τῆς Ἐκκλησίας οἱ λειτουργοὶ, οἷς ἂν ἁρμό- C σειε, καὶ μάλα εἰκότως, ἐκεῖνο εἰπεῖν τὸ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβὶδ, ὅτι « Ἐδοκίμασας ἡμᾶς, ὁ Θεὸς, ἐπύρωσας ἡμᾶς ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον. » Φόρημα μὲν γὰρ τοῖς ἐξ Ἀαρὼν ἡ κατὰ νόμον στολή. Τοῖς γε μὴν ἀπολέκτοις ἐν Χριστῷ καὶ τεταγμένοις εἰς ἱερουργίαν ἄμφιόν ἐστι λαμπρὸν, ἱεροπρεπές τε καὶ ἅγιον, αὐτὸς ὁ Χριστός. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος λύρας ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ περὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας· « Τοὺς ἱερεῖς αὐτῆς ἐνδύσω σωτηρίαν, καὶ οἱ ὅσιοι αὐτῆς ἀγαλλιάσει ἀγαλλιάσονται. » Σωτηρία γὰρ αὐτὸς ὁ Χριστὸς τῶν ἁγίων ἱερουργῶν, ἄμφιον τὸ ἀξιάγαστον, μᾶλλον δὲ καὶ πρέπον τῶν πεπιστευκότων. « Ὅσοι γάρ, φησὶν, εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. »

VERS. 4. *Et erunt Domino offerentes sacrificium* D *in justitia. Et placebit Domino sacrificium Juda, et Jerusalem sicut dies sæculi et sicut anni priores.*

*Καὶ ἔσονται τῷ Κυρίῳ προσάγοντες θυσίαν ἐν δικαιοσύνῃ. Καὶ ἀρέσει τῷ Κυρίῳ θυσία Ἰούδα, καὶ Ἱερουσαλὴμ καθὼς αἱ ἡμέραι τοῦ αἰῶνος καὶ καθὼς τὰ ἔτη τὰ ἔμπροσθεν.*

XXXV. Consecrabuntur, inquit, Deo : hoc enim puto sibi velle, « Erunt Deo offerentes. » Consecrabimur Deo, si amplius nobis non vivamus, et modis omnibus charitatem erga illum excolamus, totisque viribus probe præstare cupiamus quæ ille vult. Tale quid etiam divinus Paulus de omnium nostrum Salvatore Christo : « Unus enim pro omnibus mortuus est, ut et qui vivunt jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit [65]. » Suæ

ΛΕ'. Ἀνακείσονται, φησὶ, τῷ Θεῷ· τοῦτο γὰρ οἶμαι τὸ, « Ἔσονται τῷ Κυρίῳ προσάγοντες. » Ἀνακεισόμεθα δὲ τῷ Θεῷ, ζῶντες μὲν ἑαυτοῖς οὐκέτι, προσκείμενοι δὲ ὁλοτρόπως καὶ τῇ εἰς αὐτὸν ἀγάπῃ, καὶ παντὶ δὴ σθένει κατορθοῦν ᾑρημένοι τὰ τοῖς θείοις αὐτοῦ δοκοῦντα νεύμασιν. Ἔφη τι τοιοῦτον καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ· « Εἷς γὰρ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ

[56] Rom. ix, 21, 22. [57] Matth. iii, 11. [58] Luc. xii, 49. [59] Malach. ii, 17. [60] Zachar. xiii, 9. [61] Psal. lxv, 10. [62] Levit. xvi, 32. [63] Psal. cxxxi, 16. [64] Galat. iii, 27. [65] II Cor. v, 15.

αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι. » Καταγράφων δὲ ἡμῖν ὥσπερ τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας τὸ κάλλος, καὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου τὴν δύναμιν ἐμφανῆ καθιστὰς, ἔφη πάλιν· « Χριστῷ συνεσταύρωμαι. Ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. Ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ Υἱοῦ Θεοῦ, τοῦ ἀγαπήσαντός με καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ. Οὐκ ἀθετῶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ. »—« Ἔσονται δὴ οὖν, φησὶ, προσάγοντες τῷ Κυρίῳ, » τουτέστι, τοῖς αὐτοῦ θελήμασι ἀνακείσονται, οὐ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες, οὐ τοὺς ἐκ τῆς ἀδικίας ἀγαπῶντες μολυσμοὺς, οὐ πλεονεξίαν τὴν κατά τινων τιμῆν ᾑρημένοι, προσάγοντες δὲ μᾶλλον θυσίας δικαιοσύνης. Καί μοι δοκεῖ σοφῶς δὴ λίαν ὁ Παῦλος εἰπεῖν· « Μετατιθεμένης γὰρ τῆς ἱερωσύνης, ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται. » Προσίεμεν γὰρ οἱ ἐν Χριστῷ κεκλημένοι ἱερουργίας, δι' αἱμάτων μὲν οὐκέτι καὶ καπνῶν, οὔτε μὴν ἀμνοὺς ἢ ἐρίφους προσκομίζομεν τῷ Θεῷ, πληροῦμεν δὲ μᾶλλον ἐν Ἐκκλησίᾳ τὴν ἐν Χριστῷ νοουμένην θυσίαν, τὴν ἁγίαν καὶ πνευματικὴν, καὶ αὐτὸν προθέντες εἰς ἁγιασμὸν καὶ μέντοι καὶ εἰς μετάληψιν τῆς εἰς αἰῶνα ζωῆς, καθάπερ ἐξαίρετόν τι θυμίαμα τὰς ἐξ ἔργων ἀγαθῶν προσκομίζομεν εὐωδίας. Καὶ θύοντες αὐτῷ τὴν δικαιοσύνην, ὅτι καὶ ἐσόμεθα δεκτοὶ τεθαρσήκαμεν. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Τίμα τὸν Κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων, καὶ ἀπάρχου αὐτῷ ἀπὸ σῶν καρπῶν δικαιοσύνης. » Εὐαρεστεῖται γὰρ οὐχ ἑτέραις, οἶμαι, θυσίαις πλὴν ὅτι τοιαύταις ὁ τῶν ὅλων Θεός. Ἔφη τοίνυν περὶ τῶν ἐν Χριστῷ κεκλημένων εἰς ἱερουργίαν, ὡς ἀμείνους ἔσονται τῶν πρώτων, οὐ μηλοσφαγοῦντες κατ' ἐκείνους, οὔτε μὴν βεβηλοῦντες τὸ θυσιαστήριον διὰ τὸ προσάγειν ἄρτους ἠλισγημένους· ἀλλ' ὡς ἐν τάξει θυμιαμάτων προσκομίζοντες τῷ Θεῷ τὴν δικαιοσύνην καὶ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας τὴν νοητὴν εὐκοσμίαν. Εὐπαράδεκτον δὲ οὕτως ἐπιτελέσουσι τὴν λατρείαν, ὡς κατὰ μηδένα τρόπον ἀπωθεῖν αὐτὴν τῶν πρεπουσῶν θυσιῶν ταῖς ἡμέραις τοῦ αἰῶνος, τουτέστιν, τῇ ζωῇ τῶν ἐν οὐρανοῖς ἁγίων πνευμάτων, οἳ διηνεκεῖς καὶ μακρὰς τρίβουσι ἡμέρας, ἤτοι χρόνους. Περισσοῦσθαι δὲ καὶ τοὺς χρόνους τοὺς ἔμπροσθεν, τουτέστι, τὰς τῶν ἁγίων λατρείας, αἳ κατὰ χρόνους γεγόνασι τοὺς ἔμπροσθεν. Γέγονε γὰρ ἐν ὑπακοῇ τοῖς ἀρχαιοτέροις εὐδοκίμησις. Οὕτως Ἀβραὰμ προσεκόμιζε τὸν υἱὸν τῷ Θεῷ, « Καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην, » καὶ φίλος ἐκλήθη Θεοῦ. Οὕτω καὶ Νῶε κατεσκεύασε τὴν κιβωτὸν εἰς σωτηρίαν τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καθὼς γέγραπται. « Οὐκοῦν ἀρέσει, φησὶν, ἡ θυσία τοῦ Ἰούδα, » τουτέστι, τοῦ λαοῦ τὴν ἐν καρδίᾳ καὶ ἐν πνεύματι περιτομὴν περιφέροντος, καὶ μέντοι τῆς Ἱερουσαλὴμ τῆς νοητῆς, τουτέστι τῆς Ἐκκλησίας· καθὼς καὶ ἡ τῶν ἐχόντων τὰς ἡμέρας τοῦ αἰῶνος, καὶ ἡ τῶν κατὰ τοὺς ἔμπροσθεν χρόνους γεγονότων ἁγίων, οἳ γεγόνασι εὐάρεστοι δι' ὑπακοῆς καὶ πίστεως. Ἀπαριθμεῖται δὲ καὶ τούτους ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ, πίστει λέγων δικαιοῦσθαι πολλούς

A autem conversationis bonitatem, et vim ac virtutem mysterii Christi quodammodo nobis describens, rursum inquit : « Christo confixus sum cruci. Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus. Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei, qui dilexit me et tradidit semetipsum pro me. Non abjicio gratiam Dei [66]. » Ait igitur, « Erunt Deo offerentes, » hoc est ejus voluntati consecrabuntur. Non terrena sapientes [67]; non ex iniquitate inquinamenta diligentes, non quibusdam præcellere affectantes, sed sacrificia potius justitiæ offerentes. Ac mihi quidem sapientissime Paulus dixisse videtur : « Translato enim sacerdotio, necessario et legis translatio fit [68]. » Nam qui in Christo vocati sumus, quamvis sacrificium per sanguinem et fumum non B admittamus, **854** nec agnos aut hircos offeramus, tamen in Ecclesia sacrificio, quod in Christo intelligitur, sancto et spirituali fungimur, et ipsum nobis ad sanctificationem et ad participationem vitæ æternæ proponentes, velut præstans quoddam thymiama bonorum operum fragrantias offerimus. Et justitiam ei sacrificantes, nos acceptos fore confidimus. Scriptum est enim : « Honora Dominum de tuis justis laboribus, et primitias da ei de tuis fructibus justitiæ [69]. » In nullis enim, opinor, aliis quam in istis sacrificiis universorum Deus acquiescit. Quare de his qui in Christo ad sacerdotium vocati sunt, meliores fore ait prioribus; non oves mactantes ut illi, nec altare contaminantes oblatione panum C pollutorum; sed ut pro thymiamatis sive incensis Deo justitiam et evangelicæ conversationis, quæ intelligi magis quam oculis cerni potest, moderationem offerentes. Qua quidem ratione cultum acceptabilem efficient, ut nullo modo distet a sacrificiis quæ decent dies sæculi, hoc est, a vita cœlestium sanctorumque spirituum, qui perpetuos et longos dies sive tempora degunt. Reditura item tempora quæ fuerint ante illos, hoc est, cultus ac religionem a sanctis olim Deo exhibitam. Priscorum enim gloria et celebritas fuit in obedientia. Sic Abraham obtulit filium Deo, « Et reputata est ei fides ad justitiam [70], » et amicus Dei appellatus est. Sic et Noe arcam fabricavit ad salutem domus suæ, ut Litteris proditum est [71]. « Itaque placebit, inquit, D sacrificium Juda, hoc est, populi in corde et spiritu circumcisionem circumferentis [72]; quin et Jerusalem, quam mens intuetur, id est Ecclesiæ : sicut et sacrificium possidentium dies sæculi, et sanctorum qui superioribus ætatibus in vita fuerunt, qui per obedientiam et fidem Deo placuerunt. Enumerat eos quoque divinus Paulus in Epistola ad Hebræos, fide multos justificatos esse testificans [73].

*Καὶ προσάξω πρὸς ὑμᾶς ἐν κρίσει, καὶ ἔσομαι*

VERS. 5. *Et accedam ad vos in judicio, et ero*

[66] Galat. II, 19, 21. [67] Philipp. III, 19. [68] Hebr. VII, 12. [69] Prov. III, 9. [70] Gen. XV, 6; Galat. III, 6. [71] Gen. 6, 1 seqq. [72] Rom. II, 29. [73] Hebr. XI, 1, 40.

*testis velox super veneficis, et super adulteras, et super eos qui jurant in nomine meo in mendacio, et super eos qui privant mercede mercenarium, et qui opprimunt per potentias viduam, et qui pugno percutiunt pupillos, et qui pervertunt judicium advenæ,* **855** *et qui non timent me, dicit Dominus omnipotens.*

XXXVI. Et hæc convenienter scopo rerum dicuntur. Sic enim loquebantur ignorantes Israelitæ: « Omnis qui facit malum, bonum est coram ipso, et in ipsis ipse complacuit sibi. Et ubi est Deus justitiæ [74]? » Quæ occasio hujus verbi tam protervi fuerit, jam explicavimus: nihilominus denuo explicabimus. Cum sacerdotes quidam et qui claritudine honorum fastigiis supra alios eminebant, licentius ad omne genus perversitatis et audaciæ sese darent, et videretur Deus plus æquo erga illos patiens (est enim bonus, clemens, et lenis, et benignus), ideo quidam summæ desperationis verba effutiebant. Cæterum aliquando sacerdotes fore integriores, transmutante eos Christo in novitatem vitæ, et ad disciplinam honestam et ad mores vitamque laudabilem transferente, dilucide commemorat. Asseclas autem nequitiæ tunc non recepturum, nec laudibus dignaturum, aut eorum rationem habiturum: quin judicaturum potius, et vitæ perperam actæ pœnas exacturum, declarat cum dicit: « Et accedam ad vos in judicio, » hoc est, judex accedam, « Et ero testis velox, » sponte mea et a nemine advocatus. Improbos enim ad supplicia sententia mea condemnabo. Et judicium super ipsis proferam, non alio quopiam eorum vitia detegente: sed sciens illa, ut Deus, manifesta et occulta, et hinc cuilibet scelerum suorum testis. Paulus quoque scribit aliquando manifestatum iri ante tribunal judicis mortales per orbem universos [75], invicem « cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die qua judicabit Deus occulta hominum, secundum Evangelium, per Jesum Christum [76]. » Perpende quomodo quique occulte, quique manifeste peccaverunt, in judicium adductum iri testatur. Primum quidem veneficas et adulteras nominat. Deinde jurantes in mendacio seu perjuros. Ista occulta sunt et clam perpetrata. Quis enim tandem palam veneficia exerceat? aut quomodo adulterium committens aspici ab aliquo sustineat? Existimo autem etiam pejerantes conari latere. Tales ut stultos reprehendit beatus David: « Intelligite, insipientes in populo, et stulti, aliquando sapite. **856** Qui plantavit aurem, non audit? aut qui finxit oculum, non considerat [77]? » Nihil est enim omnino quod Deus non videat, et solus occulta et aperta peccata videt: sed illa quidem clandestine et quasi in tenebris designata. Adjungit deinde illis manifesta quoque, privare, inquam, operarium mercede; avaritiam et tyrannidem, quam quidem adversus imbecilliores, viduas puta et orphanos,

A *μάρτυς ταχὺς ἐπὶ τὰς φαρμακοὺς, καὶ ἐπὶ τὰς μοιχαλίδας, καὶ ἐπὶ τοὺς ὀμνύοντας τῷ ὀνόματί μου ἐπὶ ψεύδει, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀποστεροῦντας μισθὸν μισθωτοῦ, καὶ τοὺς καταδυναστεύοντας χήραν, καὶ τοὺς κονδυλίζοντας ὀρφανοὺς, καὶ τοὺς ἐκκλίνοντας κρίσιν προσηλύτου, καὶ τοὺς μὴ φοβουμένους με, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.*

ΛϚ'. Κατὰ σκοπὸν τῶν πραγμάτων πρόεισι δὴ πάλιν καὶ ἐν τούτοις ἡμῖν ὁ λόγος. Ἔφασκον μὲν γὰρ ἀμαθαίνοντες οἱ ἐξ Ἰσραήλ· « Πᾶς ποιῶν πονηρὸν, καλὸν ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτοῖς αὐτὸς ηὐδόκησε. Καὶ ποῦ ἔστιν ὁ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης; » Καὶ τίς ἡ πρόφασις τῆς οὕτω δεινῆς ἀθυροστομίας, εἴρηται μὲν ἤδη· πλὴν εἰρήσεται πάλιν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀφυλάκτως τινὲς τῶν ἱερουργῶν, καὶ μέντοι τῶν ἄλ-
B λων, οἳ διαφανέστεροί τε ἦσαν καὶ ταῖς ἀνωτάταις τιμαῖς ἐμπρέποντες, ἐπὶ πάντα τρόπον σκαιότητος καὶ ἐγχειρημάτων ᾔεσαν, ἐφαίνετο δὲ πέρα μέτρου Θεὸς ἀνεξικακήσας αὐτοῖς (ἔστι γὰρ ἀγαθὸς, χρηστὸς, καὶ ἐπιεικὴς, καὶ φιλάνθρωπος), ταύτῃ τοι τινὲς τοὺς ἐξ ἀκράτου μικροψυχίας ἠρεύγοντο λόγους. Ἀλλ' ὅτι μὲν ἔσται κατὰ καιροὺς μεταφοίτησις εἰς τὸ ἄμεινον τῶν τεταγμένων εἰς ἱερουργίαν, μεταπλάττοντος αὐτοὺς εἰς καινότητα ζωῆς τοῦ Χριστοῦ, καὶ μετατιθέντος εἰς εὐκοσμίαν καὶ εἰς εὐκλεᾶ πολιτείαν καὶ ζωὴν, διαμεμήνυκεν ἐναργῶς. Ὅτι δὲ τοὺς τῆς φαυλότητος ἐπιτηδευτὰς οὐκ ἂν ἀποδέξοιτο τότε, οὐδ' ἂν ἀξιώσειεν ἐπαίνων τε καὶ λόγου, κρινεῖ δὲ μᾶλλον αὐτοὺς, καὶ τῶν ἐκτόπως βεβιωμένων ἐξαιτή-
C σει δίκας, διατρανοῖ λέγων· « Καὶ προσάξω πρὸς ὑμᾶς ἐν κρίσει, » τουτέστιν, ὡς κριτὴς προσενεχθήσομαι, « καὶ ἔσομαι μάρτυς ταχὺς, » αὐτόμολος δηλονότι καὶ ὑπ' οὐδενὸς κεκλημένος. Καταψηφιοῦμαι γὰρ τῶν πονηρῶν τὴν δίκην. Καὶ τὸ μὲν ἐπ' αὐτοῖς ἐξοίσω τὸ κρῖμα, οὐχ ἑτέρου τινὸς τὰ ἐν αὐτοῖς ἐγκαλύπτοντος, ἀλλ' εἰδὼς, ὡς Θεὸς, ἐμφανῆ τε καὶ κεκρυμμένα, καὶ διὰ τοῦ συνειδότος καταμαρτυρῶν ἑκάστου τῶν ἡμαρτηκότων. Ἔφη δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος, παραστήσεσθαι κατὰ καιροὺς τῷ κριτῇ τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν, μεταξὺ ἀλλήλων « τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπολογουμένων ἐν ἡμέρᾳ ᾗ κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Ἄθρει δὲ ὅπως τούς τε τὰ κρυπτὰ καὶ ἐμφανῆ πεπλημμεληκότας παρενεχθήσεσθαί φησιν εἰς κρίσιν.
D Πρώτας μὲν γὰρ ὀνομάζει φαρμακοὺς καὶ μοιχαλίδας, εἶτα τοὺς ὀμνύοντας ἐπὶ ψεύδει. Κεκρυμμένα δὲ ταῦτα καὶ λεληθότως δρώμενα. Τίς γὰρ ἂν ὅλως γοητεύσειεν ἐμφανῶς; ἢ πῶς ἂν ἕλοιτο μοιχαλὶς ὁρᾶσθαι πρός τινος; Ἐν σπουδῇ δὲ, οἶμαι, τὸ λαθεῖν καὶ τοῖς ψευδορκεῖν ᾑρημένοις. Ἀσυνετοῦντας δὲ τοὺς τοιούτους ἀπελέγχει λέγων ὁ μακάριος Δαβίδ· « Σύνετε δὴ, ἄφρονες ἐν τῷ λαῷ, καὶ μωροὶ, ποτὲ φρονήσατε. Ὁ φυτεύσας τὸ οὖς, οὐχὶ ἀκούει; ἢ ὁ πλάσας ὀφθαλμὸν, οὐχὶ κατανοεῖ; » Ἄποπτον γὰρ τῷ Θεῷ παντελῶς οὐδὲν, οἶδε δὲ μόνος τὰ κεκρυμμένα καὶ τὰ ἐμφανῆ τῶν κακῶν· ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν τὰ λεληθότως

[74] Malach. II, 17. [75] II Cor. V, 10. [76] Rom. II, 15, 16. [77] Psal. XCIII, 8, 9.

καὶ ὡς ἐν σκότει δρώμενα. Προσεπάγει γε μὴν αὐτοῖς καὶ τὰ ἐμφανῆ, τὸ ἀποστερῆσαί, φημί, μισθὸν μισθωτοῦ, πλεονεξίαν τε καὶ καταδυναστείαν, ἣν ἂν ποιοῖντό τινες κατὰ τῶν ἀσθενεστέρων, χηρῶν δή, λέγω, καὶ ὀρφανῶν. Προστίθησι δὲ τούτοις καὶ τοὺς διαστρέφοντας τὰ ὀρθὰ τῶν κριμάτων, καὶ τοὺς μὴ φοβουμένους αὐτόν. Οὗτοι δ' ἂν εἶεν καὶ οἱ καθ' ἕτερόν τινα τρόπον παρά γε τοὺς ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένους λυποῦντες Θεόν. Ἔσομαι τοίνυν, φησί, κριτής, καὶ μάρτυς ταχύς, καὶ αὐτόμολος ἐπὶ φαρμακοὺς καὶ μοιχαλίδας, καὶ τοὺς τῶν ἑτέρων κακῶν ἐπιτηδευτάς. Εἰκὸς δὲ δὴ τοιάδε κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τολμᾶσθαι παρά τισι, καὶ ἐπ' αὐτοῖς γενέσθαι κατὰ Θεοῦ τὴν τῶν πολλῶν γλωσσαλγίαν.

A adhiberent. His addit etiam pervertentes recta judicia, et non timentes eum. Tales erunt qui etiam alio modo quam nunc ostendimus Deum violant. Ait ergo : Ero judex, et testis velox, et voluntarius super veneficas et libidinosas, peccatorumque aliorum studiosos. Probabile est sane hujusmodi flagitia quosdam illa ætate ausos suscipere, et propter ipsos multos Deo maledixisse.

Δεῖ δὴ οὖν ἄρα παντὶ σθένει παραιτεῖσθαι τὰ πονηρά, καὶ τοῖς ἀμείνοσιν ἐπιτρέχειν, καὶ ἀποπεραίνειν ἐπείγεσθαι τὰ δι' ὧν ἂν γένοιτό τις ἐπαίνου παντὸς καὶ ἐπιεικείας ἔμπλεως. Ἀμοιρήσει γὰρ οὕτω καὶ τῶν ἐκ θείας ὀργῆς ἐποισθησομένων τοῖς εἰωθόσι πλημμελεῖν. Ἔσται δὲ ἔσω καὶ γερῶν καὶ δόξης, ὧν ἂν ἐπιδοίη Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

Quocirca opus est omni contentione refugere a pravis operibus, et ad proba festinare, et eniti ea præstare per quæ quis omni et bonitate et laude B cumuletur. Sic enim evadet supplicia quæ a Deo irato peccatoribus infliguntur. Capiet autem gloriam et præmia quibus Deus se diligentes muneratur.

*Διότι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, καὶ οὐκ ἀλλοιοῦμαι. Καὶ ὑμεῖς, οἱ υἱοὶ Ἰακώβ, οὐκ ἀπέχεσθε ἀπὸ τῶν ἀδικιῶν τῶν πατέρων ὑμῶν. Ἐξεκλίνατε νόμιμά μου, καὶ οὐκ ἐφυλάξασθε.*

VERS. 6. *Quoniam ego Dominus Deus vester, et non mutor. Et vos, filii Jacob, non abstinebatis ab iniquitatibus patrum vestrorum. Declinastis a legitimis meis, et non custodistis.*

ΛΖ'. Ἐξίστησι πάλιν αὐτοὺς ἀνοσίων ἐννοιῶν καὶ προσέτι ῥημάτων. Τὸ γὰρ οἴεσθαί πως ἢ μετατετράφθαι τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἀπό γε τοῦ θέλειν τὰ ἀγαθὰ πρὸς τὸ ἐναντίον, καὶ ἀγαπᾷν μὲν οὐκέτι τὴν δικαιοσύνην, ἀποδέχεσθαι δὲ τοὺς τῆς φαυλότητος ἐραστάς, πῶς οὐκ ἀμαθές, μᾶλλον δὲ ἀπηχὲς καὶ ἀνόσιον παντελῶς καὶ τῆς ἀνωτάτω δυσσεβείας μεμεστωμένον; Ὅταν τοίνυν ὑπὸ κρίσιν ἴδητε καλουμένους, φησί, τάς τε παρ' ὑμῖν φαρμακούς, ἤγουν ἐπῳδοὺς (γύναια δὲ πάντως ψιθυρά τε καὶ βωμολόχα ταυτί), καὶ τοὺς τῶν ἑτέρων κακῶν ἐπιτηδευτάς, τότε, φησίν, ἐπιγνώσεσθε διὰ πραγμάτων αὐτῶν ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, ὁ πάλαι τε καὶ νῦν ἀγαθός τε ὁμοῦ καὶ φιλάρετος. Οὐ γὰρ οἶδα τροπὴν ἢ ἀλλοίωσιν. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν εἰμὶ διαπαντὸς καὶ ἀμεταστάτως τοῦθ' ὅπερ εἰμί· ὑμεῖς δέ, φησί, καίτοι γεγονότες ἐξ Ἰακώβ, ἀνδρὸς φιλοθέου καὶ ἀγαθοῦ, καὶ μεμισηκότος ἀεὶ τὸ ἐξήνιον, καὶ Θεῷ δουλεύοντος, οὐ τῶν ἐκείνου τρόπων γεγόνατε ζηλωταί· μιμεῖσθε δὲ μᾶλλον τῶν καθ' ὑμᾶς πατέρων τὸ ἀπειθὲς καὶ δυσάγωγον. Οἳ καὶ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἀπῴχοντο μὲν αἰχμάλωτοι, τὴν ἐνεγκοῦσαν ἀφέντες, δεδουλεύκασι δὲ τοῖς ᾑρηκόσιν ἐχθροῖς. Ἐξεκλίνατε δὲ καὶ ὑμεῖς « ἐκ τῶν ἐμῶν νομίμων, καὶ οὐκ ἐφυλάξασθε. » Οὐκοῦν ὁ μὲν Θεὸς ἄτρεπτος ἀεί, καὶ οἱονεὶ πεπηγὼς εἰς τὸ ἀγαθόν, καὶ ἀκράδαντος εἰς δικαιοσύνην· οἱ δὲ γεγόνασι, μονονουχὶ τὸ ἄτρεπτον ἐν καρδίᾳ τετηρηκότες, καὶ τῆς τῶν πατέρων ἀνοσιότητος ἄριστοι μιμηταί.

XXXVII. Denuo ipsos ab impiis cogitationibus et verbis detorquet. Nam existimare esse immutatum universorum Deum a voluntate boni in contrarium, nec de cætero diligere justitiam, favereque consectatoribus improbitatis, quomodo non imperitiæ, imo absurditati, et summo sceleri, et extremæ impietati ascribendum est? Quando igitur, inquit, ad C judicium vocari videritis veneficas, seu incantatrices vestras (sunt autem mulierculæ istæ garrulæ et assentatrices), et aliis flagitiis affixos, tunc rebus ipsis cognoscetis quia ego sum Dominus Deus vester, et olim et nunc bonus simul et bonorum ac virtutis amans. Nescio enim mutationem aut vicissitudinem. Ego enim semper et citra mutabilitatem sum quod sum : vos autem, inquit, quamvis ex Jacob progenerati, homine pio et bono, et qui semper contumaciam odit ac Deo servivit, **857** illius mores exprimere non enixe studuistis; sed patrum vestrorum inobedientiam et pertinaciam imitari mavultis. Qui et hac de causa captivi patriæ finibus excesserunt, et hostibus a quibus erant subjugati, servitutem servierunt. « Declinastis porro et vos a D legitimis meis, et ea non custodistis. » Itaque Deus quidem et immutabilis semper, et velut in bono fixus ac firmatus et inconcussus in justitia : illi contra tantum non immutabilitatem in corde servarunt, et patrum scelera strenuissime sunt secuti.

Τοῦτό που Χριστὸς εὑρίσκεται λέγων. Ταλανίζει μὲν γὰρ εἰκότως τὸ ἀπαίδευτον τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων ἐργαστήριον. Ἔφη δὲ οὕτως· « Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι οἰκοδομεῖτε τοὺς τάφους τῶν προφητῶν, καὶ κοσμεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων, καὶ λέγετε· Εἰ ἦμεν ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν, οὐκ ἂν ἤμεθα κοινωνοὶ αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τῶν προφητῶν. Ὥστε μαρτυ-

Hoc Christus quodam loco dixit. Merito namque Scribarum et Pharisæorum stultam operam in ædificando lamentatur. Sic autem ait : « Væ vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia ædificatis sepulcra prophetarum, et ornatis monumenta justorum, et dicitis : Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine prophetarum. Itaque testimonio estis vobismetipsis,

quia filii estis eorum qui prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram patrum vestrorum [78-79]. » Quamobrem necesse est nos, si vere sanam mentem gerimus, et quod ratio postulat sentimus, majorum probatissimorum exempla nobis ad imitandum ante oculos ponere, et improborum repudiare. Aut si quis istud facere recusat, simpliciterque et citra inquisitionem majores sequitur, similis plane erit Græcis, quos si quis reprehenderit quod, relicta veritatis cognitione, et eo qui est natura Deus deserto, lapides adorent, semper suorum patrum consuetudinem in ore habent.

VERS. 7-9. *Revertimini ad me, et revertar ad vos, dicit Dominus omnipotens. Et dixistis : In quo revertemur? Non supplantabit homo Deum? Quia vos supplantatis me. Et dicitis : In quo supplantavimus te? Quia te decimæ et primitiæ nobiscum sunt. Et respicientes vos respicitis, et me vos supplantatis. Annus impletus est, et intulistis omnes fructus in thesauros, in domibus eorum rapina eorum.*

XXXVIII. Postquam eos a maledictis in se, prout dignum erat, coercuit, defensioneque congruenti in contrarium flexit, reos ad pœnitentiam vocat, consueta illis beneficia promptissime redditurum pollicens. Sicut enim vitam flagitiosam exigentibus pro delictorum ratione supplicium importat : ita
858 super iis qui velut retro pedem referunt a peccato, et in posterum quoque ab ea re abhorrent, lætatur revera ubique, et desperationem exitii causam præcidit. Unde advertere possis quam noxium morbum in vitam invehant, qui pœnitentiæ gratiam adulterant, et sibiipsis vere puritatis nomen ascribunt. Præstabat certe cogitare opinionem de sua puritate, qua carent, extremæ impuritatis crimen illis parere. Scriptum est enim : « Dic tu primus iniquitates tuas, ut justificeris [80]. » Psallit et divinus David : « Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper [81]. » — « Nemo enim mundus est a sorde, » ut scriptum est [82]. Quare hujusmodi imbecillitate ægrotis pœnitentiæ bonis et superna mansuetudine opus est, quæ contaminatum perfecte abluat, impiumque sanctificet. Ex benignitate igitur peccatores ad pœnitentiam invitat. Interrogantibus autem vicissim, et discere cupientibus quonam modo deliquissent : « Num supplantabit homo Deum, inquit, quia vos supplantatis

ρεῖτε αὐτοῖς, ὅτι υἱοί ἐστε τῶν φονευσάντων τοὺς προφήτας. Καὶ ὑμεῖς πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν. » Οὐκοῦν ἀναγκαῖον ἡμᾶς, εἴπερ ἐσμὲν ἀληθῶς ἀρτίφρονες καὶ ἐν νῷ καθήκοντι, ζηλοῦν ὅτι μάλιστα τοὺς τῶν προγόνων δοκιμωτάτους, ἀποσείεσθαι δὲ τῶν μὴ ἀγαθῶν τὴν μίμησιν. Ἢ εἰ μὴ τοῦτο δρᾷν ἕλοιτό τις, ἕποιτό γε μὴν ἁπλῶς καὶ ἀβασανίστως τοῖς ἐν χρόνῳ προειληφόσιν, ἔσται δὴ πάντως προσεοικὼς τῶν Ἑλλήνων παισὶν, οὓς εἴπερ τις καταμωμήσαιτο ὅτι, μεθέντες τῆς ἀληθείας τὴν γνῶσιν καὶ τὸν φύσει Θεὸν καταλελοιπότες, προσκυνοῦσι λίθοις, τὴν τῶν ἰδίων πατέρων ἀειλογοῦσι συνήθειαν.

*Ἐπιστρέψατε πρός με, καὶ ἐπιστραφήσομαι πρὸς ὑμᾶς, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. Καὶ εἴπατε· Ἐν τίνι ἐπιστρέψομεν; Μήτι πτερνιεῖ ἄνθρωπος Θεόν; Διότι ὑμεῖς πτερνίζετέ με. Καὶ ἐρεῖτε· Ἐν τίνι ἐπτερνίσαμέν σε; Ὅτι τὰ ἐπιδέκατα καὶ ἀπαρχαὶ μεθ' ὑμῶν εἰσιν. Καὶ ἀποβλέποντες ὑμεῖς ἀποβλέπετε, καὶ ἐμὲ ὑμεῖς πτερνίζετε. Τὸ ἔτος συνετελέσθη, καὶ εἰσηνέγκατε πάντα τὰ ἐκφόρια εἰς τοὺς θησαυρούς, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῶν ἡ διαρπαγὴ αὐτῶν.*

ΛΗ'. Ἀποστήσας εὖ μάλα τῆς καθ' ἑαυτῶν γλωσσαλγίας καὶ ταῖς καθηκούσαις ἀπολογίαις ἐκδυσωπήσας ὡς ἔνι, καλεῖ πρὸς μετάγνωσιν τοὺς ἡμαρτηκότας, τὴν συνήθη πάλιν αὐτοῖς χαριεῖσθαι λέγων, καὶ μάλα προθύμως. Ὥσπερ γὰρ τοῖς ἐκτόπως θέλουσι βιοῦν τὰς αὐτοῖς πρεπούσας ἐπιφέρει ποινάς· οὕτως ἀνόπιν ὥσπερ ἰοῦσι, καὶ μὴν παραιτουμένοις τὸ ἔτι πλημμελεῖν, ὡς ἀληθῶς ἐπιγάννυται πανταχοῦ, τὴν ἀπόγνωσιν ὡς ὀλέθρου πρόξενον ἀποκείρων. Ὅθεν ἰδεῖν ἔστιν ὡς δεινά τινα τῷ βίῳ τὴν νόσον εἰσφέρουσι, οἱ τὴν τῆς μετανοίας κιβδηλεύοντες χάριν, καὶ σφίσιν αὐτοῖς ἐπιφημίζοντες ἀληθῶς τὸ τῆς καθαρότητος ὄνομα. Καίτοι πῶς οὐκ ἄμεινον ἐννοεῖν, ὅτι τὸ οἴεσθαί τε καὶ χρῆναι καθαροὺς ἀκαθαρσίας αὐτοῖς τῆς ἐσχάτης ἐπίκλημα φέρει (1); Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Λέγε σὺ τὰς ἀνομίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῇς. » Ψάλλει δέ που καὶ ὁ θεῖος ἡμῖν Δαβὶδ, ὅτι « Τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ γινώσκω, καὶ ἡ ἁμαρτία μου ἐνώπιόν μού ἐστι διαπαντός. » — « Καθαρὸς γὰρ οὐδεὶς ἀπὸ ῥύπου, » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Δεῖ δὴ οὖν τοῖς οὕτως ἠῤῥωστηκόσι τὸ ἄναλκι τῶν ἐκ μετανοίας ἀγαθῶν καὶ τῆς ἄνωθεν ἡμερότητος, διανιπτούσης εὖ μάλα τὸν μεμολυσμένον, καὶ δικαιούσης τὸν ἀσεβῆ. Καλεῖ τοιγαροῦν εἰς μετάγνωσιν ἐξ ἡμερότητος τοὺς ἡμαρτηκότας. Ἐρομένοις δὲ αὖ καὶ ἀναμαθεῖν ἐθέλουσι τῆς πλημμελείας τὸν τρόπον, « Εἰ πτερνιεῖ, φησὶν, ἄνθρωπος

[78-79] Matth. XXIII, 29, 32. [80] Isa. XLIII, 26. [81] Psal. L, 5. [82] Job IV, 4.

(1) S. Cyrilli præclare contra Catharos disserentis comm. in Malach. n. 38, verba ut clara sint atque etiam sana, ad hunc fere modum constituantur et legantur : Ὅθεν ἰδεῖν ἔστιν, ὡς δεινήν τινα τῷ βίῳ τὴν νόσον εἰσφέρουσι οἱ τὴν τῆς μετανοίας κιβδηλεύοντες χάριν, καὶ σφίσιν αὐτοῖς ἐπιφημίζοντες οὐκ ἀληθῶς τὸ τῆς καθαρότητος ὄνομα· καί τοι πῶς οὐκ ἄμεινον ἐννοεῖν ὅτι τὸ οἴεσθαί τε καὶ χρηματισθῆναι καθαρούς, ἀκαθαρσίας αὐτοῖς τῆς ἐσχάτης ἐπίκλημα φέρει; Hoc est : *Unde cernere est illos gravem morbum in vitam invehere qui pœnitentiæ gratiam adulterant, et sibiipsis falso puritatis nomen ascribunt : quanquam quo modo non erat melius cogitare quod putare se et vocare puros, crimen illis infert extremæ impuritatis? Δεινὴν posui pro δεινά, οὐκ ἀληθῶς pro ἀληθῶς, et χρηματισθῆναι pro χρῆναι.* COTELERIUS, *Monum. Eccl. Gr. II*, 667.

A Θεὸν, διότι ὑμεῖς πτερνίζετέ με; » Τὸ δὲ *πτερνίζειν* ἐστὶ τὸ συναρπάζειν, ἢ φεναχίζειν, οἴεσθαί τε λαθεῖν ψευδομένους τυχὸν, ἢ καί τι δρῶντάς τινα τῶν ἐκτοπωτάτων. Καὶ γοῦν ἐνεκότει μὲν ὁ Ἡσαῦ τῷ Ἰακὼδ, τοῦ δὲ φθονεῖν τὴν πρόφασιν ἐξηγούμενος ἔφασκεν· « Ἐπτέρνισε γάρ με ἤδη δεύτερον τοῦτο, τά τε πρωτοτόκιά μου εἴληφε, καὶ νῦν εἴληφε καὶ τὴν εὐλογίαν μου. » Ἆρ' οὖν περιέσται, φησὶ, ἄνθρωπος Θεοῦ, ἤγουν συναρπάσει τὸν πάντα εἰδότα; Τί τοίνυν ὑμεῖς ἐμὲ πτερνίζετε; Χρῆναι δὲ ὑπολαμβάνω πρὸς ἀκριβῆ διασάφησιν τῶν προκειμένων ἡμῖν ἐννοιῶν ἅττα καὶ νῦν εἰπεῖν, ἃ καὶ ἐν τοῖς τοῦ Ἔσδρα γέγραπται Βιβλίοις. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπανῆκον εἰς τὴν Ἰουδαίαν τὴν Βαβυλωνίων ἀφέντες γῆν οἱ ἐξ Ἱερουσαλὴμ, κατῳκήκασι μὲν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις. Ἐγήγερται δὲ καὶ B ὁ θεῖος ναὸς, καὶ ἦν ἐν κόσμῳ λοιπὸν τὰ τῶν ἱερέων τάγματα, ᾠδοὶ, καὶ ἱεροψάλται, καὶ οἱ τοῖς πυλῶσιν ἐφεστηκότες. Εἶτα τί τὸ μετὰ τοῦτο; Ῥάθυμοι γεγόνασιν οἱ λελυτρωμένοι περί γε τὸ δεῖν τῶν θείων ἀντέχεσθαι θεσπισμάτων. Οὐ γὰρ τετηρήκασι τὸν νόμον, λελόγισται δὲ παρ' οὐδὲν αὐτοῖς τῆς ἀρχαίας ἐντολῆς ἡ παράβασις, καὶ παρεκόμιζον μὲν εἰς θυσίαν μόλις καὶ ὀκνηρῶς τὰ τυφλὰ, καὶ ἁρπάγματα, καὶ χωλὰ, καὶ τὰ ἐνοχλούμενα. Εἶτα κείραντες ἐν ἀγροῖς, ἐν ὥρᾳ, τὸν ἄσταχυν καὶ μὴν καὶ τὰ ἕτερα τῶν σπερμάτων, ἀποτρυγῶντες δὲ καὶ ἀμπέλους, καὶ τοὺς τῆς ἐλαίας καρποὺς ἐκθλίβοντες, οὐ δεκάτας προσῆγον, οὐ τὰς κατὰ νόμον ἀπαρχὰς, ἵνα ἔχοντα τὴν αὐτάρκειαν τὰ τῶν ἱερέων τάγματα, προσιζήσειαν μὲν ἀπερισπάστως ταῖς εἰς Θεὸν λατρείαις, προσμένωσι C δὲ ταῖς ἐκ νόμου τεταγμέναις αὐτοῖς λειτουργίαις. Οὐδενὸς τοιγαροῦν προσκεκομισμένου, κατεσκευάσθησαν οἱ τῶν θείων θυσιαστηρίων ἱερουργοὶ, ἔρημός τε οὕτως ἀπομεμένηκεν ὁ λαὸς, οὐ θυσίας τελουμένης, οὐχ ἑτέρου τινὸς δρωμένου τῶν εἰς δόξαν τελούντων Θεοῦ. Κατεφθείρετο δὴ οὖν ἅπαντα λοιπὸν τὰ ἐν ἀγροῖς, λιμῷ τε κατεπιέζοντο, καὶ δὴ καὶ εἰς τοῦτο κατώλισθον ἀνάγκης τε καὶ ἀπορίας, ὡς καὶ αὐτὰ βούλεσθαι τοῖς ἔχουσι τροφὰς ἀπεμπωλῆσαι τὰ τέκνα, μέχρις ἂν Ἔσδρας εἰς αἴσθησιν κεκλημένος τῆς θείας ὀργῆς, ἐπέσκηψε περὶ τούτων τοῖς ἡγουμένοις τοῦ Ἰσραήλ. Προσεκόμισάν τε οὕτω μόλις δεκάτας καὶ ἀπαρχὰς, καὶ λοιπὸν εἰσέδραμον ἱερουργοὶ, ἔστησάν τε τὰ συνήθη δρῶντες ἐν τῷ ναῷ. « Διὰ τί τοίνυν, φησὶν, ὑμεῖς ἐμὲ πτερνίζετε; » Τὸ D ἔτος συνετελέσθη, συνήχθησαν οἱ καρποὶ, καὶ παρ' ὑμῖν ἔτι τὰ ἐπιδέκατα, καὶ αἱ κατὰ νόμους ἀπαρχαί. « Καὶ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἔσται, φησὶν, ἡ διαρπαγὴ αὐτοῦ· » ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι· Συνεκομίσασθε μὲν ἐξ ἀγρῶν ἐν τοῖς οἴκοις τοὺς καρποὺς, τάχα που καὶ οἴεσθε σώζεσθαί τε ὑμῖν αὐτοὺς καὶ εὖ κεῖσθαι λίαν ἐν αὐταῖς ταῖς οἰκίαις. Ἀφανισθήσονται, καὶ οὐδὲν διαρπαγῆς διοίσει τὸ χρῆμα. Καταπιεσθήσεσθε γὰρ λιμῷ, καίτοι συνενεγκόντες, φησὶ, ἐν ἱδρῶτι μόλις τὰ εὑρημένα.

Εἰσόμεθα οὖν κἀντεῦθεν ἡμεῖς ὡς ἐν μεγάλαις αἰτίαις κείσεται τὸ μὴ προσάγειν Θεῷ τὰ εὐχαριστήρια καὶ ὃν ἂν χαρίσαιτο τὴν ἀρκοῦσαν ἀπονέμειν χώραν εἰς δόξαν αὐτοῦ. Ἀλλ' εἰ μὲν τοῦτο δρῴημεν, πάντη τε καὶ πάντως εὐλογήσει καὶ ἀμφιλαφῶς χαριεῖται τὰ ἀγαθά. Εἰ δὲ δὴ τὴν χεῖρα συστείλαν-

me? » *Supplantare* est diripere, aut decipere, et arbitrari fallaciam posse deceptos latere forsitan, quamvis quispiam insolentissima quædam commiserit. Itaque irascebatur Esau Jacob, et invidiæ occasionem enarrans dicebat: « Supplantavit enim me altera vice. Primogenita mea ante tulit, et nunc subripuit benedictionem meam [83]. » Num igitur homo erit superior Deo, inquit, aut diripiet omnia scientem? Quid ergo vos me supplantatis? Existimo autem ad pleniorem declarationem propositæ sententiæ quædam nunc quoque afferenda in medium, quæ in Libris Esdræ scripta exstant. Babylone in Judæam Hierosolymitæ reversi Hierosolymam habitarunt. Ædificatum est divinum templum, et florebant deinceps sacerdotum ordines, cantores, psaltæ et janitores. Quid postea? Servitute liberati in divinis oraculis exsequendis inertes evaserunt. Nec enim legem servabant, et vetus mandatum per ludum transgrediebantur, et ad sacrificium ægre cunctanterque cæca, rapta et debilia ministrabant. Deinde, suo tempore, in agris segetes aliaque legumina dementes, et uvas colligentes, et oleum exprimentes, nec decimas, nec, secundum legem, primitias persolvebant, **859** ut sacerdotum ordines quod satis esset haberent, cultumque divinum citra sollitudinem distractionemque celebrarent, atque in ministeriis lege institutis assiduo versarentur. Nullo igitur horum oblato, divinorum altarium ministri sacri delusi sunt, et populus ita destitutus mansit, cum nec sacra peragerentur, nec aliud quidpiam ad Dei gloriam præstaretur [84]. Hinc omnia in agris moriebantur, et fames sæviebat; quin eo necessitatis et inopiæ redigebantur, ut ipsos quoque liberos alimenta habentibus vendere non refugerent, donec Esdras, divina ira perspecta, super his principes Israel objurgavit. Atque ita demum, quanquam vix, decimæ et primitiæ oblatæ, et ex eo sacerdotes in templum regressi stare, et consueta munera obire cœperunt [85]. Inquit ergo, « Quare vos me supplantatis? » Annus consummatus est, fructus collecti, et apud vos adhuc sunt decimæ et primitiæ legibus debitæ. « Et in domo eorum erit, inquit, rapina eorum; » ac si dicat: Comportastis quidem in domos vestras fructus, et arbitramini forsitan vobis eos salvos et tuto in ædibus repositos fore. Evanescent, et a rapinis nihil different. Affligemini enim fame, tametsi inventa cum sudore collegistis.

Discemus hinc etiam nos magni criminis loco ducendum non offerre Deo quibus gratitudinem nostram ostendimus, et agrum quem ille victui ferendo sufficientem donaverit, ad gloriam Dei referre. Quod si faciamus, omnimodis benedicet et affatim bona largietur. Sin autem, manum contrahentes, nostro

[83] Gen. XXVII, 36. [84] II Esdr. XIII, 15 seqq. [85] II Esdr. V, 1 seqq.

tantummodo genio accepta reservabimus, nec alacriter aliis Dei dona communicaverimus.

Vers. 10-12. *Revertimini porro in hoc, dicit Dominus omnipotens. Si non aperiam vobis cataractas cœli, et effundam vobis benedictionem meam, donec sufficiat. Et dividam vobis in cibum. Et non disperdam vobis fructum terræ vestræ, et non infirmabitur vestra vinea in agro, dicit Dominus omnipotens. Et beatos dicent vos omnes gentes, quia eritis mihi vos terra desiderabilis, dicit Dominus omnipotens.*

**360** XXXIX. Iterum crimina remittit, et eos omni culpa absolvit, promittitque, contritis oblivione injuriis, optata donaturum, et eos supra quam dici possit munificentia sua recreaturum. Vult autem illos ipsa experientia et rebus discere fertilitatem utilitatis plenissimam. Et, si hoc facere non recusent, pluviarum abundantiam et benedictionem largam spondet, ut esculentorum satis et plusquam satis habeant, omninoque frugum terræ quantum velint percipiant. « Dividam enim, inquit, in cibum vobis. » Verbum *Dividam* interpretare, aut Separabo; aut quia quæ e terra gignuntur, unumquodque suum tempus habet quo vel crescit vel maturescit. Nihil porro detrimenti passurum terræ fructum, magnam item fore uvarum copiam, et vineam in agris luculentissimam, ut ad maturitatem perductis omnibus, pollicetur, et posthac beatos sit fore, ac velut terram desiderabilem nominatum iri, hoc est, amore dignam, propter fructuum ubertatem et fecunditatem.

Qui igitur habet viscera misericordiæ, talem plane experietur Deum, et cumulabit in cœlis, fructusque laborum suorum manducabit, ut scriptum est [86]. Nec illum immitem et amentissimum divitem imitabitur, quem in parabola evangelica Salvator villam suam implevisse narrat. Ille enim aiebat : « Quid faciam? Destruam horrea mea, et majora faciam, et dicam animæ meæ : Anima, habes multa bona reposita in annos plurimos, comede, bibe, lætare [87]. » Cogitanti autem talia et ignoranti futura, Deus : « Stulte, inquit, hac nocte repetent a te animam tuam : quæ autem parasti, cujus erunt [88]? » Quamobrem, ut dicebam, benedictione plenus est sua communicans. Talis etiam spirituales imbres cor ejus irrigantes et affatim exhilarantes accipiet, pietatisque fructus producet, alias aliter et velut divisim, partim charitate, partim benignitate et humanitate reciproca, fortitudineque et patientia excellens : eritque sicut terra beata frugibus et fecundissima, clarusque et celebris, et revera longe beatissimus. « Melius est enim nomen bonum quam divitiæ multæ, » ut scriptum est [89]

A τες, μόναις ταῖς ἑαυτῶν τρυφαῖς τὸ δοθὲν τηρήσομεν, οὔτ' ἂν ἐπιδοίημεν προθύμως τοῖς ἄλλοις εἰς μέθεξιν τὰ παρὰ Θεοῦ δωρήματα.

*Ἐπιστρέψατε δὴ ἐν τούτῳ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. Ἐὰν μὴ ἀνοίξω ὑμῖν τοὺς καταῤῥάκτας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐκχεῶ τὴν εὐλογίαν μου ὑμῖν, ἕως τοῦ ἱκανωθῆναι. Καὶ διαστελῶ ὑμῖν εἰς βρῶσιν. Καὶ οὐ μὴ διαφθαρῶ ὑμῖν τὸν καρπὸν τῆς γῆς, καὶ οὐ μὴ ἀσθενήσῃ ὑμῶν ἡ ἄμπελος ἡ ἐν τῷ ἀγρῷ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. Καὶ μακαριοῦσιν ὑμᾶς πάντα τὰ ἔθνη, διότι ἔσεσθε ὑμεῖς γῆ θελητή, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.*

ΛΘʹ. Πάλιν ἀνίησιν ἐγκλημάτων, καὶ ἀπαλλάττει μὲν αὐτοὺς ἀπάσης αἰτίας, ὑπισχνεῖται δὲ καὶ ἀμνησικάκως
B χαριεῖσθαι τὰ κατ' εὐχὴν, καὶ ταῖς ἐπέκεινα λόγου κατευφραίνειν φιλοτιμίαις. Βούλεται δὲ διὰ πείρας αὐτοὺς καὶ πραγμάτων ἀναμαθεῖν, ὡς ἔσται πάντως αὐτοῖς τὸ καρποφορεῖν ὀνησιφόρον. Καὶ, εἰ τοῦτο δρᾷν ἕλοιντο, καταδώσειν ἐπαγγέλλεται καὶ τὴν τῶν ὑετῶν ἄφθονον χορηγίαν, ἀμφιλαφῆ δὲ νεῖμαι τὴν εὐλογίαν, ὡς ἔχειν αὐτοὺς τῶν ἐδωδίμων ἄφθονον τὴν αὐτάρκειαν, καὶ ἁπαξαπλῶς τῶν ἐκ γῆς ἀγαθῶν τὴν ἀποχρῶσαν μέθεξιν. « Διαστελῶ γὰρ, φησὶν, ὑμῖν εἰς βρῶσιν. » Τὸ δὲ *διαστελῶ* νοήσεις ἢ Ἀφοριῶ, ἤγουν ὅτι τῶν ἐκ γῆς φυομένων ἕκαστον ἴδιον ἔχει καιρὸν, καθ' ὃν ἢ γίνεται τυχὸν ἢ πεπαίνεται. Ὅτι δὲ βλάβης ἁπάσης ἀμείνων ἔσται τῆς γῆς ὁ καρπὸς, πολύβοτρυς δὲ, καὶ εὐοινοτάτη λίαν ἡ ἐν
C ἀγροῖς ἄμπελος, ὑπισχνεῖται σαφῶς, ὡς εἰς πέρας ἐνηνεγμένων, μακαρίους τέ φησιν ἔσεσθαι λοιπὸν, καὶ οἷά τινα γῆν θελητὴν ὀνομάζεσθαι, τουτέστι, τὴν ἀξιέραστον διά τε τὴν εὐκαρπίαν, καὶ ὅτι γονιμωτάτη.

Οὐκοῦν εἴ τις ἔχει σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, τοιούτῳ δὴ πάντως περιτεύξεται τῷ Θεῷ, καὶ ἀποσωρεύσει μὲν ἐν οὐρανοῖς, φάγεται δὲ τοὺς καρποὺς τῶν ἰδίων πόνων, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Καὶ οὐκ ἔσται κατ' ἐκεῖνον τὸν ἀπηνῆ τε καὶ ἀνούστατον πλούσιον, ὃν τὴν χώραν ἐμπεφορηκέναι φησὶν ὁ Σωτὴρ ἐν παραβολαῖς εὐαγγελικαῖς. Ὁ μὲν γὰρ ἔφασκε· « Τί ποιήσω; Καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ μείζονας οἰκοδομήσω, καὶ ἐρῶ τῇ ψυχῇ μου· Ψυχὴ, ἔχεις ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλὰ, φάγε, πίε, εὐφραίνου. » Σκε-
D πτομένῳ δὲ τὰ τοιαῦτα καὶ ἀμαθαίνοντι, Θεὸς, « Ἄφρον, φησὶ, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ· ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται; » Οὐκοῦν, ὡς ἔφην, εὐλογίας ἔμπλεως ὁ κοινωνικός. Ὁ τοιοῦτος ἕξει καὶ νοητοὺς ὑετοὺς κατάρδοντας τὴν καρδίαν καὶ ἱκανῶς κατευφραίνοντας, καὶ τοὺς τῆς εὐσεβείας ἐκδώσει καρποὺς, ἄλλοτε ἄλλως καὶ οἱονεί πως διεσταλμένους, τοῦτο μὲν ἀγάπῃ, τοῦτο δὲ χρηστότητι καὶ φιλαλληλίᾳ, ἀνδρείᾳ τε καὶ ὑπομονῇ διαπρέπων· ἔσται δὲ οἷά τις εὔκαρπος καὶ γονιμωτάτη γῆ, λαμπρός τε καὶ διαβόητος καὶ τρισμακάριος ἀληθῶς. « Αἱρετὸν γὰρ ὄνομα καλὸν ἢ πλοῦτος πολὺς, » καθὼς γέγραπται.

[86] Psal. cxxvii, 2. [87] Luc. xii, 17-19. [88] Ibid. 20. [89] Prov. xxii, 1.

*Ἐβαρύνετε ἐπ' ἐμὲ τοὺς λόγους ὑμῶν, λέγει* A *Κύριος, καὶ εἴπατε· Ἐν τίνι κατελαλήσαμεν κατὰ σοῦ; Εἴπατε· Μάταιος ὁ δουλεύων Θεῷ, καὶ τί πλέον, ὅτι ἐφυλάξαμεν τὰ φυλάγματα αὐτοῦ, καὶ διότι ἐπορεύθημεν ἱκέται πρὸ προσώπου Κυρίου παντοκράτορος; Καὶ νῦν ἡμεῖς μακαρίζομεν ἀλλοτρίους, καὶ ἀνοικοδομοῦνται πάντες ποιοῦντες ἄνομα, καὶ ἀντέστησαν τῷ Θεῷ, καὶ ἐσώθησαν. Ταῦτα κατελάλησαν οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ. Καὶ προσέσχε Κύριος, καὶ εἰσήκουσε.*

Μ'. Ὅτε τινὰς τῶν γνωρίμων ὠλισθηκότας εἰς ἁμαρτίαν ἐπανορθοῦν ἐθέλῃ Θεὸς, παρακομίζει μὲν εἰς μέσον τὰ διεπταισμένα, διελέγχει δὲ σαφῶς, καὶ οἷον πλήττει μομφαῖς, ἵνα τοῖς ἰδίοις ἐπερυθριῶντες πλημμελήμασιν ἔχοιντό τε μεταφοιτᾷν ἐπὶ τὰ ἀμείνω B καὶ χρησιμώτερα, σωθεῖέν τε οὕτω, τὸν παρ' αὐτοῦ ζητήσαντες ἔλεον. Αἰτιᾶται τοίνυν καὶ ἐφ' ἑτέρῳ τινὶ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ κοινὴν ὥσπερ τινὰ καὶ τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐξυφαίνει τὴν ἐπίπληξιν, τὸ χρῆμα εἰδὼς ἐπωφελὲς ἅπασι καὶ σωτήριον. Ὅσα γὰρ τοῖς πρὸ ἡμῶν συμβέβηκε τυπικῶς, ταῦτα γέγραπται πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, καθά φησιν ὁ σοφώτατος Παῦλος. Αἰτιᾶται τοίνυν τοὺς ἀθυροστομοῦντας αὐτοὺς καὶ παλιμφήμοις ῥήμασι καταλαλεῖν ᾐρημένους. « Ἐβαρύνατε γὰρ, φησὶν, ἐπ' ἐμὲ τοὺς λόγους ὑμῶν. » Καὶ ποῖος ἦν ἄρα τῆς καταλαλιᾶς ὁ τρόπος; « Εἴπατε, φησί· Μάταιος ὁ δουλεύων Θεῷ, » καὶ ὅτι περιττὸν οὐδὲν ἐν τῷ βούλεσθαι τηρεῖν τὰ φυλάγματα αὐτοῦ, τουτέστι τὰ διὰ νόμου θεσπίσματα. C Εἰκαῖόν ἐστι πρὸς τούτῳ, φατὲ, καὶ τὸ ἱκετεύειν αὐτὸν, τουτέστι τὰς ὑπὲρ ὧν ἂν ἕλοισθε προσάγειν λιτάς. Καὶ ἀληθὴς μὲν πάντως ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, εἰ ταυτί τε λέγοι, καὶ καταιτιῷτο τοὺς ἐξ Ἰσραήλ. Τί δὲ δὴ τοῖς πεφλυαρηκόσιν ἡ τῆς ἁμαρτίας πρόφασις, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Μυρία μὲν γὰρ κατεβόσκετο γένη· ἀλλ' ἐκ πάντων ἓν τὸ ἐξ Ἰσραὴλ ἐπελέξατο ὁ Θεὸς, ὠνόμασται δὲ μερὶς, καὶ σχοίνισμα, καὶ κλῆρος αὐτοῦ. Οἰκειωσάμενος δὲ πεπαιδαγώγηκε νόμον, ὠφέλησε διὰ προφητῶν. Καὶ τί πρὸς ταῦτα πέπραχεν ὁ ἀπόπληκτος Ἰσραήλ; Προσκεχύνηκε τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, λελάτρευκεν εἰδώλοις, ἔφη τοῖς γλυπτοῖς· Ὑμεῖς ἐστε θεοὶ ἡμῶν. Ἀγανακτήσας εἰκότως ἐπὶ τοῖς οὕτω δεινοῖς ἀνοσιουργήμασιν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἐπαίδευε πολυτρόπως, καλῶν εἰς μετάγνωσιν λιμοῖς, D ἀνεμοφθορίαις, καρπῶν ἐνδείαις, ἀκρίσι, καὶ βρούχῳ, ἰκτέρῳ, καὶ κάμπαις. Οὔπω γὰρ πλήττειν ἤθελε χειρὶ στερεᾷ, μονονουχί τε καὶ μετασοβεῖν τοῖς δαίμοσι (1), καὶ συμμέτροις ἔτι κινήμασιν ἐπὶ τὸ δρᾷν ἑλέσθαι τὸ ὠφελοῦν, καὶ τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ἀγαπῆσαι Θεόν. Ἐπειδὴ δὲ οὐδεὶς ἦν αὐτοῖς οὐδὲ τοῦ συμμέτρου (2) πλήττεσθαι λόγος, ἀπῴχοντο δὲ ἀχαλίνως εἰς πᾶν εἶδος ἀκαθαρσίας, ἔπεμψεν εἰς αἰχμαλωσίαν, καὶ ὑπὸ χεῖρα πεσεῖν παρεσκεύασε τὴν

A VERS. 13-15. *Ingravabatis super me verba vestra, dicit Dominus, et dixistis : In quo oblocuti sumus contra te? Dixistis : Vanus qui servit Deo, et quid amplius,* **861** *quia custodivimus mandata ejus, et quia ambulavimus supplices ante faciem Domini omnipotentis? Et nunc nos beatos dicimus alienos, et exædificantur omnes qui faciunt iniqua et restiterunt Deo, et salvi facti sunt. Hæc oblocuti sunt qui timent Dominum, unusquisque ad proximum suum. Et attendit Dominus, et audivit.*

XL. Quando quosdam notos et amicos in peccatum prolapsos corrigere vult Deus, in medium adducit admissa, et aperte redarguit, et expostulando quodammodo ferit, ut delictis suis erubescentes ad B meliora et utiliora transire velint, et ita ejus misericordia exquisita, salutem obtineant. Accusat igitur et propter aliud Israelitas, et velut communem quamdam posteris quoque ipsorum increpationem contexit, cum sciret id commodum et salutare futurum omnibus. Quæcunque enim antiquis illis in figura contigerunt, ad nostram correptionem scripta sunt, sicut et sapientissimus Paulus ait [90]. Incusat ergo eos et lingua incontinentes et verbis maledictis deditos. Inquit enim : « Ingravastis super me verba vestra. » Quo autem modo illi obtrectarunt? « Dixistis, inquit : « Vanus est qui servit Deo, » et nihil facere lucri qui vult obtemperare mandatis ejus, hoc est, præceptis per legem divinitus traditis. Ad hæc inane est, dixistis, supplicare illi, id est, preces offerre C pro quibus libuerit. Est sane veracissimus universorum Deus, dum hæc dicit, et sic accusat Israelem. Quam autem blaterantes peccati sui excusationem prætendant, videndum est. Mille gentes regebat Deus : sed ex omnibus unam elegit, quæ vocata est pars, et funiculus, et hæreditas ejus [91]. Eam sibi vindicatam lege instituit, per prophetas eidem consuluit. Quid autem ad hæc insanus Israel? Adoravit militiam cœli, servivit idolis, dixit sculptilibus : Vos estis dii nostri [92]. Ast universorum Deus super tam nefariis sceleribus non immerito indignatus, multis modis in eos vindicabat, et ad pœnitentiam vocabat fame, corruptione aeris, fructuum penuria, locustis, et brucho, ictero et eruca. Nondum enim eos D manu valida ferire voluit, sed quodammodo terriculamentis, et ira temperata, adhuc ad persequenda ipsis conducibilia, atque ad verum et natura Deum diligendum adigere. **862** Quia vero mediocres plagas contemnebant, et impotenter in omne genus impuritatis ruebant, eos in captivitatem misit, manibusque Babyloniorum obtulit. Postquam autem, Deo miserante, in Judæam sunt revocati, et urbem reædificarunt, templumque excitarunt, denuo ad ignaviam revoluti, vota non impleverunt, nec legi

[90] II Cor. x, 11. [91] Deut. xxxii, 9. [92] IV Reg. xvii, 16.

(1) Corruptam puto vocem : forte legendum δείμασι.

(2) Cotelerius (*Monum. Eccl. Gr. II*, 562) legit συμμέτρως vel συν μέτρῳ, *quia vero nulla erat apud eos ratio, quod vel mediocres plagas acciverent.*

in decimis et primitiis offerendis paruerunt, sed A pigri, et vix ad sacrificium venientes, clauda, cæca et debilia mactabant; et cum hæc insolenter facerent, nihilominus Deus fame et sterilitate eos ulciscebatur. Qui, tametsi deberent, siquidem essent boni, et quæ sibi conducerent non ignorarent, mutatis in melius consiliis, Deum a se offensum colere ac venerari, imprudenter de illo conquerebantur. Cum enim viderent gentes vicinas et Deum nescientes sculptilia potius adorare, et gravissimo errore laborare, nihilominus tamen voluptariam vitam agitare, stulte dicebant: « Vanus est, qui servit Deo. Et quid emolumenti percepimus, quia mandata ejus custodivimus? » Nos enim legi obsequentes, sterilitatem et incommoda patimur. Discessimus etiam in captivitatem, tametsi assidue Domino omnipo- B tenti supplices advolveremur. Contra, qui horum nihil faciunt, non plagas sentiunt, non miserias. Quamobrem beatos numeramus alienos. « Et reædificantes qui faciunt iniqua restiterunt Deo et salvati sunt. » Repugnant enim profecto gloriæ Dei multipliciter qui errant, et conflatilibus sacrificant, « Et ligno dicunt: Deus meus es tu, et lapidi: Tu genuisti me [23]. Hæc oblocuti sunt, inquit, qui timent Dominum. » Habet autem accusatio nihil præter maledictum morbumque pestiferum evidenter demonstrat. Est enim ægrotæ mentis, et animi ebrii Deo invisum rejectamentum contra Deum quidquam loqui. Se autem tales sermones non obiter, sed studiose auscultare affirmate pronuntiat: « Et attendit Domi- C nus, et audivit. Quia Spiritus Domini replevit orbem terrarum, et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis [24]. » Quod si quid adversus divinam ejus gloriam dictum fuerit, id erit grave et prope intolerandum illi, quamvis tolerantissimus injuriarum esse soleat. Quocirca dicit: « Ingravabatis super me verba vestra. » Officium ergo nostrum est, quamvis laboribus et miseriis conflictemur, Deo nos ad utilitatem nostram corripiente, non usque adeo animo concidere, **863** nec putare virtutis tam amantem aspernari bonos, sed potius sollicite inquirere in quo apud Deum offenderimus, et ita eum mitigare, et misericordiam flagitare. Quod si etiam peccatores aliqui in voluptatibus mundanis ætatem habeant, temporaneis bonis fruantur, rationes patientiæ ipsius D erga illos ad arcanam providentiam referre æquum est.

Βαβυλωνίαν. Ἐπειδὴ δὲ κέκληνται πάλιν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, Θεοῦ κατοικτείροντος, ἀνετείχισάν τε τὴν πόλιν, καὶ ἀνεδείμαντο τὸν ναὸν, πάλιν ἐτράποντο πρὸς τὸ ῥᾴθυμον, οὐ πληροῦντες εὐχὰς, οὐχ ἑπόμενοι τοῖς διὰ νόμου θεσπίσμασι, προσάγοντες δεκάτας ἢ ἀπαρχάς· ἀλλ' ὀκνηροὶ, καὶ μόλις ἐπὶ τὸ θύειν ἐρχόμενοι, καὶ κατασφάξαντες τὰ χωλὰ, τὰ τυφλὰ, καὶ τὰ ἐνοχλούμενα, καὶ ταῦτα δρῶντας ἐκτόπως οὐδὲν ἧττον ἐπαίδευε Θεὸς λιμῷ τε καὶ ἀκαρπίᾳ. Οἱ δὲ, καίτοι δέον, εἴπερ ἦσαν ἀγαθοὶ καὶ τῶν συμφερόντων ἐπιστήμονες, ταῖς εἰς τὸ ἄμεινον ἀναδρομαῖς θεραπεύειν λελυπημένον τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ἀσύνετον ἐποιοῦντο τὴν καταβοήν. Ἐπειδὴ γὰρ ἑώρων τὰ περίοικα τῶν ἐθνῶν καὶ τὸν Θεὸν οὐκ εἰδότα, προσκυνοῦντα δὲ μᾶλλον τοῖς γλυπτοῖς, καὶ τὴν ἐσχάτην νοσοῦντα πλάνησιν, ἐν εὐπαθείαις ὄντα καὶ τρυφαῖς, ἔφασκον ἀσυνέτως· « Μάταιος ὁ δουλεύων Θεῷ. Καὶ τί πλεῖον ὅτι ἐφυλάξαμεν τὰ φυλάγματα αὐτοῦ; » Ἡμεῖς γὰρ, φησὶν, οἱ νομοφύλακες ἐν ἀπορίαις ἐσμὲν καὶ πληγαῖς. Ὠχήμεθα δὲ καὶ αἰχμάλωτοι, καίτοι προσπίπτοντες ἀεὶ καὶ ἱκέται γινόμενοι τῷ Κυρίῳ παντοκράτορι. Οἱ δὲ τῶν τοιούτων δρῶντες οὐδὲν, οὐ πληγὴν ἔχουσιν, οὐ πόνον. Οὐκοῦν μακαρίζομεν ἀλλοτρίους. « Καὶ ἀνοικοδομοῦντες ποιοῦντες ἄνομα, ἀντέστησαν Θεῷ, καὶ ἐσώθησαν. » Ἀντιπράττουσι γὰρ κατὰ ἀλήθειαν τῇ τοῦ Θεοῦ δόξῃ κατὰ πολλοὺς τρόπους οἱ πλανώμενοι, καὶ τοῖς χωνευταῖς προσάγοντες τὰς θυσίας, « Καὶ τῷ ξύλῳ λέγοντες· Θεός μου εἶ σὺ, καὶ τῷ λίθῳ· Σὺ ἐγέννησάς με. » — « Ταῦτα, φησὶ, κατελάλησαν οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον. » Δυσφημίας δὲ πάντως τὸ ἔγκλημα, καὶ τῶν ἐσχάτων ἀρρωστημάτων ἀπόδειξις ἐναργής. Νοσούσης γὰρ διανοίας οἱ λόγοι, καὶ μεθύοντος νοῦ θεοστυγὲς ἀπόδρασμα τὸ φάναι τι κατὰ Θεοῦ. Ὅτι δὲ τῶν τοιούτων ἐπακροᾶται λόγων οἷον οὐ παρέργως, ἀλλ' ἐν σπουδῇ, πεπληροφόρηκεν εἰπών· « Καὶ προσέσχε Κύριος, καὶ εἰσήκουσεν. » — « Ὅτι πνεῦμα Κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην, καὶ τὸ συνέχον τὰ πάντα γνῶσιν ἔχει φωνῆς. » Εἰ δὲ δή πού τις γένοιτο κατὰ τῆς θείας αὐτοῦ δόξης λόγος, οὗτος ἔσται βαρὺς καὶ οἷον ἀφόρητος, καίτοι λίαν ἀνεξικακεῖν εἰωθότι. Ταύτῃ τοι καὶ ἔφασκεν· « Ἐβαρύνατε ἐπ' ἐμὲ τοὺς λόγους ὑμῶν. » Δεῖ δὴ οὖν ἔτι, κἂν ὦμεν ἐν πόνοις, χρησίμως ἡμᾶς παιδεύοντος τοῦ Θεοῦ, μὴ λίαν ἀκηδιᾷν, μήτε μὴν οἴεσθαι τὸν οὕτω φιλάρετον ἀφειδῆσαι τῶν ἀγαθῶν· περιεργάζεσθαι δὲ μᾶλλον τὰ ἐφ' οἷς προσκεκρούκαμεν, ἐκμειλίσσεσθαί τε οὕτω, καὶ τὸν ἔλεον αἰτεῖν. Εἰ δὲ δὴ καί τινες τῶν φιλαμαρτημόνων ἐν εὐπαθείαις εἶεν κοσμικαῖς, τὴν τῶν προσκαίρων ἀπόλαυσιν ἔχοντες, ἀπονέμειν ἀκόλουθον ταῖς ἀποῤῥήτοις οἰκονομίαις τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἀνεξικακίας τοὺς λόγους.

VERS. 16, 17. *Et scripsit librum monumenti in conspectu suo his qui timent Dominum, et qui reverentur nomen ejus. Et erunt mihi, dicit Dominus omnipotens, in diem quam ego facio in acquisitionem, et eligam eos sicut eligit homo filium suum servientem sibi.*

*Καὶ ἔγραψε βιβλίον μνημοσύνου ἐνώπιον αὐτοῦ τοῖς φοβουμένοις τὸν Κύριον, καὶ εὐλαβουμένοις τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ ἔσονταί μοι, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, εἰς ἡμέραν, ἣν ἐγὼ ποιῶ εἰς περιποίησιν, καὶ αἱρετιῶ αὐτοὺς, ὃν τρόπον αἱρετίζει ἄνθρωπος τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν δουλεύοντα αὐτῷ.*

[23] Jerem. II, 27. [24] Sap. I, 7.

**ΜΑʹ.** Κατακερτομούντων αὐτὸν τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ ἀνόσια κατ' αὐτοῦ πεφλυαρηκότων προσέσχε μὲν καὶ εἰσήκουσεν. Εἶτα δέον τοῖς ἡμαρτημένοις τὴν πρέπουσαν ἐπαρτῆσαι δίκην, καὶ τοὺς τῆς ἀθυροστομίας πράττεσθαι λόγους, πάρεισι μὲν ὡς Θεὸς ἀμνησικάκως καὶ τοῦτο. Γράφει δὲ βιβλίον μνημοσύνου τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν, περὶ ὧν, οἶμαί που, καὶ αὐτὸς ἔφασκεν ὁ Δαβὶδ πρὸς τὸν γράφοντα βιβλίον· «Καὶ ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται.»

Εὑρήσομεν δὲ αὐτὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τοῖς ἁγίοις λέγοντα μαθηταῖς· «Μὴ χαίρετε ὅτι τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεται ὑμῖν· χαίρετε δὲ μᾶλλον ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφησαν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.» Ἐπαρᾶται δὲ σφόδρα εἰκότως ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, τοῖς Ἰουδαίων δήμοις ἀπεκτονόσι Χριστὸν, οὕτω λέγων· «Ἐξαλειφθήτωσαν ἐκ βίβλου ζώντων, καὶ μετὰ δικαίων μὴ γραφήτωσαν.» Γράφεται τοίνυν τὸ τοῦ μνημοσύνου βιβλίον τοῖς φοβουμένοις Θεὸν, οὓς καὶ οἰκείους ἔσεσθαί φησιν ἑαυτῷ καὶ γνωριμωτάτους κατά γε τὸν τῆς περιποιήσεως καιρὸν, ὅτε καθιεῖται μὲν ὁ Χριστὸς ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, δορυφορούντων ἀγγέλων· «Καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων, καὶ ἐρεῖ τοῖς ἐκ δεξιῶν· Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.» Τότε γὰρ αὐτοὺς αἱρετιεῖ, τουτέστιν αἱρετοὺς ποιήσεται, παραχωρῶν οὐδὲν εἰς φιλοστοργίαν τοῖς καθ' ἡμᾶς πατράσιν, οἳ τοῖς ἰδίοις ἐπιγάνυνται τέκνοις, ὅταν εἶεν μάλιστα σοφὰ καὶ εὐήνια, καὶ διὰ πλείστης αἰδοῦς ποιοῦνται τοὺς φύσαντας;.

*Καὶ ἐπιστραφήσεσθε, καὶ ὄψεσθε ἀνὰ μέσον δικαίου, καὶ ἀνὰ μέσον ἀνόμου, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ δουλεύοντος τῷ Θεῷ, καὶ τοῦ μὴ δουλεύοντος.*

**ΜΒʹ.** Τότε δὴ, τότε, φησὶ, τῆς οὕτω λαθραίας εἰκαιομυθίας ἀποπαυσάμενοι, καὶ τὴν ἀκρατῆ καὶ ἀπαίδευτον ἀνακόπτοντες γλῶσσαν, διαλοιδορήσεσθε μὲν οὐχ ἔτι τῷ φιλαρέτῳ Θεῷ, μονονουχὶ δὲ τὴν μέθην ἀποπεμψάμενοι, καὶ οἷον ἐπιστρέφοντες ἐκ πλάνης, εὖ μάλα καταθρήσετε τότε καὶ ὅσον ἐστὶ τὸ μεταξὺ δικαίου καὶ ἀνόμου, τοῦ δουλεύοντος Θεῷ καὶ τοῦ μὴ δουλεύοντος. Οἱ μὲν γὰρ ἄνομοί τε καὶ ἐξήνιοι, καὶ τὸν τῆς ὑπ' αὐτῷ δουλείας ἀποσειόμενοι ζυγὸν οἰχήσονται πρὸς ἀπώλειαν καὶ εἰς ἀτελεύτητον κόλασιν. «Ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων,» καθὰ γέγραπται. Οἱ δὲ ἀγαθοὶ καὶ φιλόθεοι, καὶ τῶν θείων νόμων ἐπιστήμονες, καὶ ἁπάσης ἀρετῆς ἐπιμεληταὶ, λαμπροὶ, καὶ ἡγιασμένοι, τὸν τῆς ἀφθαρσίας ἀναδήσονται στέφανον, καὶ ἐν ταῖς ἄνω γεγονότες μοναῖς, συνδιαιτήσονται μὲν ἁγίοις ἀγγέλοις, κοινωνοὶ δὲ τῆς δόξης ἀποφανέντες Χριστοῦ, τοῖς εἰς μακραίωνα βίον ἐντρυφήσουσιν ἀγαθοῖς, «Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη,» κατὰ τὸ

A **XLI.** Israelitas sese criminantes, et impie blaterantes attendit et audivit Deus. Deinde cum in reos pœnam æqualem constituere oporteret, et verborum petulantium rationem reposcere, hoc etiam injuriæ ut Deus immemor prætermittit. Scribit autem librum monumenti timentibus ipsum, de quibus, ni fallor, et ipse David scribenti librum hunc: «Et in libro tuo omnes scribentur [95].»

Dixit etiam ipsemet Dominus noster Christus discipulis suis: «Nolite gaudere quia dæmonia subjiciuntur vobis: gaudete autem potius quia nomina vestra scripta sunt in cœlis [96].» Male precatur quoque, et quidem justissime, divinus David Judæorum
B populis Christi interfectoribus his verbis: «Deleantur de libro viventium, et cum justis non scribantur [97].» Scribitur ergo liber monumenti timentibus Dominum, quos item sibi domesticos et familiarissimos tempore acquisitionis fore affirmat, quando scilicet sedebit Christus super thronum gloriæ suæ, stipantibus angelis: «Et statuet oves a dextris, hædos autem a sinistris, et dicet his qui a dextris erunt: Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est a constitutione mundi [98].» Tunc enim eos eliget, hoc est electos faciet, philostorgia et amore ille singulari nihil cedens patribus nostris, qui super filiis exsultant, cum sunt quam sapientissimi et morigeri: et quorum satu progenerati sunt, eos summa observantia pro-
C sequuntur.

VERS. 18. *Et convertimini, et videbitis quid sit inter justum et injustum, et inter* **864** *servientem Deo, et non servientem ei.*

**XLII.** Tunc, tunc, inquit, ab ista clandestina vaniloquentia desinentes, et incontinentem ac stultam linguam compescentes, Deo bonitatis amanti non amplius obloquemini, et propemodum ebrietate repudiata, et quasi pede ab errore revocato, intuebimini clarissime quod et quantum inter justum et injustum sit discrimen, inter servientem Deo et non servientem. Improbi enim, et rebelles, et jugum ejus re-
D jectantes, in perditionem et extrema supplicia amandabuntur. «Ibi erit fletus et stridor dentium» juxta Scripturam [99]. Boni contra et Dei amantes, divinarumque legum gnari, virtutibusque dediti, splendidi, et sanctificati, immortalitatis corona induentur, et in supernas mansiones recepti [1], cum angelis fruentur ævo sempiterno, et participes facti gloriæ Christi, in longa sæcula suaviter carpent bona, «quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt,» ut scriptum est [2]. Verumtamen cernentes in hac vita homines improbitati amicos, rebus secundis beatos ac florentes, cogitatione distracti

[95] Psal. CXXXVIII, 16. [96] Luc X, 20. [97] Psal. LXVIII, 29. [98] Matth. XXV, 33, 34. [99] Matth. VIII, 12. [1] Joan. XIV, 2. [2] I Cor. II, 9.

fuerunt sanctorum nonnulli, quamvis non nescirent vitam illorum in exitium desituram. Proinde ita sanctus Jeremias: « Justus es, Domine, quia respondebo ad te: verumtamen judicium loquar ad te. Quid est quod via impiorum prosperatur? Abundaverunt omnes prævaricatione prævaricantes? Plantasti eos et radicem egerunt: filios generaverunt, et fecerunt fructum. Prope es tu ori eorum, et longe a renibus eorum. Et tu, Domine, cognoscis me, probasti cor meum coram te [5]. » Et rursum: « Sanctifica eos ad diem occisionis eorum. Quousque lugebit terra [6]. » Cernis quomodo in cogitationes perplexas inciderit, cum tamen finem impiorum haud ignoraret. « Omnis caro fenum, et omnis gloria ejus, ut flos feni, » sicut scriptum est [7].

A γεγραμμένον. Πλὴν εὐημεροῦντας βλέποντες ἐν τῷδε τῷ βίῳ τοὺς τῆς φαυλότητος ἐραστὰς, γεγόνασι μὲν ἐν λογισμοῖς τῶν ἁγίων τινὲς, οὐχ ἠγνόησαν δὲ ὅτι τὸ τοῦ βίου πέρας ἕξουσιν εἰς ἀπώλειαν. Καὶ γοῦν ὁ μακάριος Ἱερεμίας οὕτω πώς φησι· « Δίκαιος εἶ, Κύριε, ὅτι ἀπολογήσομαι πρὸς σὲ, πλὴν κρίματα λαλήσω πρὸς σέ. Τί ὅτι ὁδὸς ἀσεβῶν εὐοδοῦται; Εὐθήνησαν ἅπαντες οἱ ἀθετοῦντες ἀθετήματα; Ἐφύτευσας αὐτοὺς, καὶ ἐῤῥιζώθησαν· ἐτεκνοποίησαν, καὶ ἐποίησαν καρπόν. Ἐγγὺς εἶ σὺ τοῦ στόματος αὐτῶν, καὶ πόῤῥω ἀπὸ τῶν νεφρῶν αὐτῶν. Καὶ σὺ, Κύριε, γινώσκεις με, ἐδοκίμασας τὴν καρδίαν μου ἐναντίον σου. » Εἶτα πάλιν φησί· « Ἅγνισον αὐτοὺς εἰς ἡμέραν σφαγῆς αὐτῶν. Ἕως πότε πενθήσει ἡ γῆ; » Ὁρᾷς ὅπως ἐμπέπτωκεν εἰς λογισμῶν δυσχέρειαν, οὐχ ἠγνόηκε δὲ τῶν δυσσεβούντων τὸ πέρας. « Πᾶσα σὰρξ χόρτος καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπων, ὡς ἄνθος χόρτου[ς], » κατὰ τὸ γεγραμμένον.

B

## CAP. IV.

Vers. 1. *Quia ecce dies venit ardens sicut clibanus et comburet eos, et erunt omnes alienigenæ, et universi qui faciunt iniqua, stipula; et succendet eos dies veniens, dicit Dominus omnipotens, et non relinquetur de eis radix neque germen.*

**865** XLIII. Diem judicii in igne futurum reputare secum consentaneum est, « in quo cœli magno impetu transient, elementa vero calore solventur, terra autem et quæ in ipsa sunt opera exurentur omnia. Novos vero cœlos, et novam terram secundum promissa ipsius exspectamus [8]; » sic enim quidam sanctorum discipulorum dixit. Inquit ergo, Veniet ut clibanus dies Domini, et omnes quidem alienigenas comburet, nihilominus etiam facientes iniqua assumet; unum enim et illi et hi supplicium subibunt. Vide autem hic festivitatem. Nunc meminit alienigenarum. Postquam enim eos beatos prædicarunt, dicentes: « Et nunc nos beatos dicimus alienos, et reædificantur omnes qui faciunt iniqua, Deo restiterunt, et salvi facti sunt, » hic eos combustum iri autumat, ut qui gloriam Dei oppugnaverint, et creaturam quam Creatorem adorare maluerint [9]. »

Ratiocinabimur et aliter, alienigenas appellatos esse idololatras, et alio quodam modo alienatos a sacra et electa gente: hæreticos, inquam, de quibus appositissime dicitur: « Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum [10]. » Hi namque, divina nobilitate abjecta, et a gente sancta atque electa separati quæ facta est in acquisitionem [11] (per fidem utique in Christum), cibus erunt ignis omnia devorantis. Eodem loco apud Deum erunt qui faciunt iniqua, tametsi admisti fuerint fortasse credentibus et electis, et eum qui natura ac veritate Deus est, cognoverint. Non enim hoc illis ad ablutionem peccatorum sufficit:

## ΚΕΦΑΛ. Δ'.

*Διότι ἰδοὺ ἡμέρα ἔρχεται καιομένη ὡς κλίβανος, καὶ φλέξει αὐτοὺς, καὶ ἔσονται πάντες οἱ ἀλλογενεῖς, καὶ πάντες οἱ ποιοῦντες ἄνομα καλάμη, καὶ ἀνάψει αὐτοὺς ἡμέρα ἡ ἐρχομένη, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ οὐ μὴ ὑπολειφθῇ ἐξ αὐτῶν ῥίζα οὐδὲ κλῆμα.*

ΜΓ'. Ἐν πυρὶ γὰρ ἔσεσθαι τὴν τῆς κρίσεως ἡμέραν ἐννοεῖν ἀκόλουθον, « Ἐν ᾗ οἱ οὐρανοὶ μὲν ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται, γῆ δὲ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαήσεται πάντα. Καινοὺς δὲ οὐρανοὺς, καὶ καινὴν γῆν κατὰ τὰ ἐπαγγέλματα αὐτοῦ προσδοκῶμεν· » ἔφη γάρ ὧδέ τις τῶν ἁγίων μαθητῶν. Ἥξει τοίνυν, φησὶν, C ὡς κλίβανος ἡ ἡμέρα Κυρίου, καὶ καταφλέξει μὲν ἅπαντας τοὺς ἀλλογενεῖς, προσθήσει δὲ τούτοις καὶ τοὺς ποιοῦντας τὰ ἄνομα· μία γὰρ ἔσται τοῖς κατ' ἀμφοῖν ἡ δίκη. Ἄθρει δὲ οὕτως ἀστειότητα. Νυνὶ διαμέμνηται τῶν ἀλλογενῶν. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοὺς ἐμακάριζον, λέγοντες· « Καὶ νῦν ἡμεῖς μακαρίζομεν ἀλλοτρίους, καὶ ἀνοικοδομοῦνται ποιοῦντες ἄνομα, καὶ ἀντέστησαν Θεῷ, καὶ ἐσώθησαν, » ταύτῃ καταφλεχθήσεσθαί φησιν αὐτοὺς, ὡς τῇ τοῦ Θεοῦ δόξῃ πεπολεμηκότας, καὶ προσκυνεῖν ἑλομένους τὴν κτίσιν παρὰ τὸν κτίσαντα.

Λογιούμεθα καὶ ἑτέρως ἀλλογενεῖς ὀνομάζεσθαι τοὺς εἰδωλολάτρας, καὶ τοὺς καθ' ἕτερόν τινα τρόπον ἠλλοτριωμένους τοῦ ἱεροῦ τε καὶ ἀπολέκτου D γένους, οἷόν τί φημι τοὺς αἱρετικοὺς, περὶ ὧν ἂν λέγοιτο, καὶ μάλα εἰκότως· « Ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν. Εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, μεμενήκεσαν ἂν μεθ' ἡμῶν. » Οὗτοι τὴν θείαν εὐγένειαν ἀποβεβληκότες, ἀπονοσφιζόμενοί τε τοῦ ἱεροῦ καὶ ἀπολέκτου γένους τοῦ γεγονότος εἰς περιποίησιν (διὰ πίστεως δὲ δηλονότι τῆς ἐν Χριστῷ), πυρὸς ἔσονται τοῦ παμφάγου τροφή. Ἐν ἴσῃ δὲ μοίρᾳ κείσονται παρὰ Θεῷ καὶ οἱ ποιοῦντες ἄνομα, κἂν εἰ ἐγκρίνοιντο τυχὸν τοῖς πεπιστευκόσι καὶ ἐξειλεγμέ-

[5] Jerem. XII, 1, 2. [6] Ibid. 3, 4. [7] Isa. XL, 6. [8] II Petr. III, 10. [9] Rom. I, 25. [10] I Joan. II, 19. [11] I Petr. II, 9.

νοις, καὶ τὸν φύσει δὲ καὶ ἀληθῶς εἰδόσι Θεόν. Οὐ A γὰρ ἀπόχρη τοῦτο αὐτοῖς πρὸς ἀπόνιψιν ἁμαρτίας, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὡς « ἡ πίστις χωρὶς ἔργων νεκρά ἐστι. » Δικαιοῖ μὲν γὰρ ἡ πίστις ἡ εἰς Χριστὸν, καὶ τῆς τῶν προεπταισμένων ἀπαλλάττει κηλῖδος. Εἰ δὲ δή τις μετὰ τοῦτο ῥᾴθυμός τε καὶ ἀναπεπτωκὼς εὑρίσκοιτο πρός τε τὰ σαρκὸς καὶ τὰ τοῦ κόσμου πάθη, νενέκρωκεν οἱονεί πως ἐν ἑαυτῷ τὴν πίστιν, προστιθεὶς μὲν οὐδὲν τῶν ἐπαινουμένων, παλινδρομήσας δὲ μᾶλλον ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν τοῦ βίου σκαιότητα. Περὶ τῶν τοιούτων φησὶ καὶ ὁ θεσπέσιος μαθητής· « Κρεῖσσον γὰρ ἦν αὐτοῖς μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, ἢ ἐπιγνοῦσιν εἰς τὰ ὀπίσω ἀνακάμψαι ἀπὸ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἁγίας ἐντολῆς. Συμβέβηκεν γὰρ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς Παροιμίας· « Κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα, καὶ B ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου. » Οὐκοῦν ἐν ἴσῳ τοῖς ἀλλογενέσι καὶ οἱ ποιοῦντες ἄνομα, οἳ καὶ ἔσονται καλάμη, καταφλεχθήσονται δὲ οὕτως ὡσανεὶ κἀκείνη πυρὸς ἐπενηνεγμένου. Συνάγεται γὰρ ὁ σῖτος εἰς ἀποθήκην, καθὰ καὶ ὁ Σωτήρ φησι περὶ τῶν ἁγίων θεριστῶν· τὸ δὲ ἄχυρον κατακαίεται πυρὶ ἀσβέστῳ. « Καὶ οὐ μὴ ὑπολειφθῇ αὐτοῖς ῥίζα, οὐδὲ κλῆμα· » τουτέστιν, οὐδεμίαν ἕξουσιν ἐλπίδα τοῦ καὶ αὖθις ἀναφυῆναι πρὸς ζωὴν, ζωὴν δέ φημι τὴν ἀξιέραστόν τε καὶ ὡς ἐν δόξῃ τῇ παρὰ Θεῷ, τὴν ὡς ἐν ἁγιασμῷ καὶ μακαριότητι νοουμένην. Ῥίζης μὲν γὰρ οὐκ εἰσάπαν ἐκκεκομμένης, οὔτε μὴν κλήματος οἷον ἐκ βάθους ἐξῃρημένου, σώζεταί τις ἐλπὶς τοῦ καὶ ἀναφύναι πάλιν· « Ἔστι γὰρ δένδρῳ ἐλπὶς, » C κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἐὰν γὰρ ἐκκοπῇ, πάλιν ἐπανθήσει, καὶ ὁ ῥάδαμνος δὲ αὐτῆς οὐ μὴ ἐκλ[ε]ίπῃ. Εἰ δὲ δὴ κάτωθεν καὶ ἐξ αὐτῆς ῥίζης εἰσάπαν ἀναμοχλεύοιτο, καὶ ἀγρίαν τῶν κλημάτων ὑπομένοι τομὴν, συνδιολεῖται πάντως αὐτῷ καὶ ἐλπὶς ἅπασα τὸ καὶ εἰσαῦθις ἀναφυῆναι δύνασθαι πρὸς ζωήν. Οὐκοῦν ὡς ἐξ ὁμοιότητος τῆς τῶν φυτῶν ἐξῃρῆσθαί φησιν ἅπασαν τῶν φιλαμαρτημόνων ἐλπίδα. Καὶ τοῦτο σαφῶς ὁ θεσπέσιος Ἡσαΐας ἐπαγγέλλει, λέγων· « Ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί. »

siquidem verum illud : « Fidem sine operibus mortuam esse [10]. » Justificat enim fides in Christum [11], præteritorumque peccatorum maculam abstergit. At si quis post hæc socors exstiterit, et in ea quæ carnis et mundi sunt, reciderit, is in seipso fidem quasi occidit, dum nihil laudabilium factorum ei adjungit, sed ad veterem potius vitæ pravitatem recurrit. De talibus divinus item discipulus : « Melius enim erat illis non cognovisse viam justitiæ, quam post agnitam retro converti ab eo quod traditum est illis sancto mandato. Contigit enim illis illud veri Proverbii : Canis reversus ad vomitum, et sus lota in volutabro luti [12]. » **866** Quare qui iniqua faciunt ejusdem farinæ sunt cum alienigenis, qui etiam erunt stipula, et perinde comburentur ut illa igne injecto comburitur. Triticum enim congregatur in horreum, quemadmodum Salvator sanctis messoribus ait : Palea vero comburitur, igne inexstinguibili [13]. » Nec relinquetur ipsis radix neque germen. » Hoc est, nullam spem ad vitam renascendi habebunt; loquor autem de ea vita, quæ expetenda est, et ad gloriam Dei dirigitur, et in sanctificatione ac beatitudine intelligitur. Radice enim non prorsus excisa, nec germine velut ab imo evulso, spes renascendi manet. « Est enim spes arbori, » ut scriptum est [14]. Si enim amputata fuerit, reflorescet, et germen ejus non deficiet. Quod si ab imo et ab ipsa radice penitus emota fuerit, germinibus quoque crudeliter amputatis, una omnino etiam spes omnis cum ipsa peribit posse ad vitam in posterum repullulare. Ex similitudine igitur stirpium spem omnem iis qui peccandi delectatione ducuntur, ademptam autumat. Id quod perspicue Isaias divinus nuntiat, cum dicit : « Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur, et erunt in visionem omni carni [15]. »

*Καὶ ἀνατελεῖ ὑμῖν τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά μου Ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἴασις ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ. Καὶ ἐξελεύσεσθε καὶ σκιρτήσετε ὡς μοσχάρια ἐκ δεσμῶν ἀνειμένα. Καὶ καταπατήσετε ἀνόμους, διότι ἔσονται σποδὸς ὑποκάτω* D *τῶν ποδῶν ὑμῶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἐγὼ ποιῶ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.*

VERS. 2, 3. *Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol justitiæ, et sanitas in alis ejus. Et egrediemini, et salietis sicut vituli de vinculis relaxati. Et conculcabitis iniquos, quia erunt cinis sub pedibus vestris, in die qua ego facio, dicit Dominus omnipotens.*

ΜΔ'. Ἐπέλαμψε μὲν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος τοῖς ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ὁμοίωσιν ὑποδὺς, « Γέγονε σὰρξ ὁ Λόγος, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, » ἐν ἀχλύϊ δὲ ὄντας καὶ σκότῳ, καθάπερ τις ἥλιος ταῖς οἰκείαις περιαστράπτων μαρμαρυγαῖς, καὶ τὴν τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας ἀκτῖνα λαμπρὰν ταῖς τῶν πιστευόντων ψυχαῖς ἐνιεὶς, καθαροὺς ἀπέφηνε, καὶ σοφοὺς, καὶ ἁπάσης ἀγαθουργίας ἐπιστήμονας. Ἔδειξε δὲ ἡμῖν ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα, καὶ διὰ τῆς

XLIV. Illuxit sane unigenitum Dei Verbum hunc mundum incolentibus, et similitudine nostri suscepta, « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis [16], » et in caligine ac tenebris positos, velut sol quidam propriis splendoribus circumfulgens, et veræ cognitionis Dei clarum radium credentium animabus immittens, puros, sapientes, omniumque bonorum operum scientes reddidit. Ostendit autem nobis in semet Patrem, perque arcanam mystago-

[10] Jac. II, 20. [11] Galat. II, 16. [12] II Petr. II, 21, 22. [13] Matth. III, 12. [14] Daniel IV, 23. [15] Isa. LXVI, 24. [16] Joan. I, 14.

giam felicissimos ac sapientes, mentemque ejus cognitione plenam habentes effecit. Verum etiam ad hunc splendorem adducti, « Et divites facti, juxta verbum beati Pauli, in omni sermone, et in omni scientia [17], videmus nunc in speculo et in ænigmate, et cognoscimus ex parte [18]. **867** Veniet autem aliquando quod perfectum est [19], » et tum plenissime Christum cognoscemus, cum iterum de cœlo nobis illucebit, « et evacuabit quod ex parte est [20], » et cognitionem in speculo et ænigmate, et tanquam perfectiores illuminabit, et divina quadam atque ineffabili luce mentem replebit, et Spiritus sancti effusione exhilarabit. Ait enim divinus Paulus : « Sive prophetiæ evacuabuntur, et scientiæ cessabunt [21]. Non putamus autem nos a cognitione ex parte ad nihil prorsus sciendum processuros, multum abest. Alioqui quomodo futuræ spei tempus sanctorum animabus non detrimentosum erit, si penitus etiam quæ habemus amittere oportebit, non meliora acquirendo, non ad quiddam sublimius mentem extollendo, sed vendendo potius etiam jam et non citra defatigationem aliquando acquisita? Evacuabuntur autem et prophetiæ, et cessabit scientia, cum nimirum animabus nostris illa superexcellens se insinuaverit. Quemadmodum enim si quis una in domo lucente lucerna, et modicum ipsam intuentibus lumen fundente lampadem intulerit, necesse erit omnino lumen illud prius tantum non otiosum ac nullum esse, cedens videlicet immensitati majoris : et sicut sole mundum illustrante imbecillus stellarum fulgor relinquitur, sic lucidiore nobis scientia apportata, minor aliquando evacuabitur. Ait et Christus sanctis apostolis : « Hæc in proverbiis locutus sum vobis. Venit hora, quando non jam in proverbiis loquar vobis, sed palam de Patre meo annuntiabo vobis [22]. » Quamobrem sanctis qui nomen Dei eximie timuerunt, et adhuc corporum inclusi compagibus in omni genere virtutis sedulo elaborarunt, instar solis cujusdam justitiæ Christus illucebit, perfectissimæ scientiæ radios immittens, et quacunque animæ imbecillitate ac languore eos levans, et a pristina tribulatione longissime disjungens. Hoc enim est quod ait : « Sanitas est in alis, seu pennis ejus : » quasi de aquilis et pullis earum loqueretur, juxta illud sine dubio, quod per Mosen sapientissimum de Deo, et de liberatis ab Ægypto prolatum est : « Sicut aquila cooperiet nidum suum. Expandens alas suas suscepit eos [23]. » Erit igitur, inquit, « sanitas in pennis ejus. » In hoc enim sæculo exsultantes in nobis carnis motus magnopere sentimus, qui mentem ad inconcessas **868** voluptates exsuscitant, et sævit in membris nostris peccati lex [24], quamvis Christo adjuvante sanctorum moderatione interdum

A ἀπορρήτου μυσταγωγίας εὐτυχεστάτους (1) ἀπέφηνε καὶ σεσοφισμένους, ἐμπλεών τε τὸν νοῦν τῆς περὶ αὐτοῦ γνώσεως ἔχοντας. Πλὴν καὶ εἰς τοῦτο φαιδρότητος παρενηνεγμένοι, « πεπλουτισμένοι τε, καθά φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, ἐν παντὶ λόγῳ, καὶ ἐν πάσῃ γνώσει, καὶ ἐν πάσῃ σοφίᾳ, βλέπομεν ἄρτι ἐν ἐσόπτρῳ καὶ αἰνίγματι, καὶ γινώσκομεν ἐκ μέρους. Ἥξει δὲ κατὰ καιροὺς τὸ τέλειον, » καὶ ἐν πληρεστάτῃ λοιπὸν ἐσόμεθα γνώσει Χριστοῦ, πάλιν ἡμῖν ἐξ οὐρανῶν ἐπιλάμψαντος, « καὶ καταργοῦντος μὲν τὸ ἐκ μέρους, » καὶ τὴν ἐν ἐσόπτρῳ καὶ αἰνίγματι γνῶσιν, καταλάμποντος δὲ ὥσπερ τοῖς τελειωτέροις, καὶ θείου τινὸς καὶ ἀπορρήτου φωτὸς ἀναπιμπλάντος τὸν νοῦν, καὶ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χύσει καταφαιδρύνοντος. Ἔφη μὲν γὰρ ὁ θεσπέσιος Παῦλος· B « Εἴτε δὲ προφητεῖαι καταργηθήσονται, καὶ γνώσεις παύσονται. » Φαμὲν δὲ οὐκ ἀπὸ τοῦ γινώσκειν ἐκ μέρους ἐπὶ τὸ μηδόλως εἰδέναι τι βαδιούμεθα, πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Ἐπεὶ τίνα τρόπον ὁ τῆς μελλούσης ἐλπίδος καιρὸς οὐ πρὸς ζημίας ἔσται ταῖς τῶν ἁγίων ψυχαῖς, εἰ χρὴ πάντως καὶ ὧν ἂν ἔχοιμεν ἀπολισθεῖν οὐ τὰ ἀμείνω κερδαίνοντας, οὐκ ἐπί τι τῶν ὑπερκειμένων ἱέντας τὸν νοῦν· ἀπεμπωλοῦντας δὲ μᾶλλον καὶ τὸ ἤδη πεπορισμένον οὐκ ἀταλαιπώρως ἔσθ' ὅτε; Καταργηθήσονται καὶ προφητεῖαι, πεπαύσεται δὲ καὶ γνῶσις, ἐπεισκρινομένης δηλονότι ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς τῆς ἄγαν ὑπερκειμένης. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἑνὸς ἐν οἴκῳ φαίνοντος λύχνου, καὶ μετρίαν ἐν τοῖς αὐτὸν ὁρῶσιν ἱέντος αὐγὴν, εἰσκομίσειε λαμπάδα, πᾶσά πως ἀνάγκη μονονουχὶ καὶ ἀπρακτεῖν τὸ ἐκείνου C φῶς τὴν τῇ τοῦ μείζονος ἀμετρίᾳ παραχωροῦν· καὶ ὥσπερ ἡλίου τὴν ὑπ' οὐρανὸν καταυγάζοντος, ἀδρανὴς ἤδη πως ἡ τῶν ἀστέρων ἀπολέλειπται λαμπρότης· οὕτω φαιδροτέρας ἡμῖν εἰσκεκομισμένης γνώσεως καταργηθήσεταί πως ἡ μείων. Ἔφη δέ που καὶ ὁ Χριστὸς τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις· « Ταῦτα ἐν παροιμίαις λελάληκα ὑμῖν. Ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὐκέτι ἐν παροιμίαις λαλήσω πρὸς ὑμᾶς· ἀλλ' ἐν παῤῥησίᾳ περὶ τοῦ Πατρὸς ἀναγγελῶ ὑμῖν. » Οὐκοῦν τοῖς ἁγίοις, οἳ καὶ σφόδρα πεφόβηνται τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ, καὶ ἁπάσης ἀρετῆς ἐπιμεληταὶ γεγόνασιν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ Χριστὸς ἀναλάμψει, καθάπερ τις δικαιοσύνης ἥλιος τῆς τελειοτάτης γνώσεως τὰς αὐγὰς ἐνιεὶς, καὶ ἁπάσης αὐτοὺς ἀπαλλάττων ψυχικῆς D ἀῤῥωστίας, καὶ θλίψεως τῆς ἀρχαίας ὡς ἀποτάτω τιθείς. Τοῦτο γάρ ἐστι τό· « Ἴασις ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ· » οἷον ὡς ἐπ' ἀετοῦ καὶ νεοττῶν εἰρημένον, κατ' ἐκεῖνό που πάντως, τὸ διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως λελεγμένον περὶ Θεοῦ, καὶ τῶν ἐξ Αἰγύπτου λελυτρωμένων· « Ὡς ἀετὸς σκεπάσει νοσσιὰν ἑαυτοῦ· διεὶς τὰς πτέρυγας αὐτοῦ, ἐδέξατο αὐτούς. » Ἔσται τοίνυν, φησὶ, « καὶ ἴασις ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ. » Ἐν μὲν γὰρ τῷ αἰῶνι τούτῳ δεινά πώς ἐστιν ἐν ἡμῖν τῆς σαρκὸς τὰ σκιρτήματα· καταθήγει γὰρ τὸν

[17] I Cor. I, 5. [18] I Cor. XIII, 12. [19] Ibid. 10. [20] Ibid. [21] Ibid. 8. [22] Joan. XVI, 25. [23] Deut. XXXII, 11. [24] Rom. VII, 23.

(1) Cotelerius (*Monum. Eccl. Gr. II*, 619) conjicit ἐντεχνεστάτους vel εὐτεχνοτάτους, *doctissimos*. EDIT.

νοῦν εἰς ἐκτόπους ἡδονὰς, ἀγριαίνει δὲ ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν τῆς ἁμαρτίας ὁ νόμος, ἢ καὶ νικᾶται τυχὸν διὰ τῆς τῶν ἁγίων ἐπιεικείας ἐπαμύνοντος τοῦ Χριστοῦ. Καταμεθύει δέ πως ὁ νοῦς, καὶ καθ' ἕτερον τρόπον πειραζόμενος ὑπὸ παθῶν· ἀλαζονεῖαί τε γὰρ ἐπισκήπτουσι, καὶ φιλοδοξίαι κοσμικαὶ, ὀργαὶ, καὶ φιλοκέρδειαι, καὶ τὰ ἕτερα τῶν κακῶν. Ἐπειδὴ δὲ τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος διὰ Χριστοῦ πεπλουτήκαμεν, εἰθίσμεθά τε κατευμεγεθεῖν τῶν παθῶν, πλὴν ἱδρῶτος οὐ δίχα, κατὰ δέ γε τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα πλήρη τῆς θεογνωσίας ἔχοντες τὴν αὐγὴν, καὶ τὴν τελειοτάτην τῆς δωρεᾶς τοῦ ἁγίου πλουτοῦντες Πνεύματος, ἀποδυσάμενοί τε τὴν φθορὰν καὶ τὰ τῆς σαρκὸς πάθη, Θεῷ λατρεύομεν ὁλοτρόπως, οὐ μεριζόμενοι πρὸς ἁμαρτίαν, οὔτε μὴν ὑπό του τῶν πάλαι παθῶν ἐνοχλούμενοι, ἀλλ' ἐν ἴσῃ τάξει τοῖς ἁγίοις B ἀγγέλοις τὸν καθαρὸν καὶ ἀπήμονα βιοῦντες βίον. Γέγραπται γὰρ περὶ τῶν ἁγίων, ὅτι ἐπιλήσονται τὴν θλῖψιν αὐτῶν, καὶ οὐκ ἀναβῇ αὐτῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν. « Ἔσται δὲ, φησὶ, καὶ εὐφροσύνη αἰώνιος ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτῶν, αἴνεσις, καὶ εὐφροσύνη, καὶ ἀγαλλίαμα καταλήψεται αὐτοὺς, ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη, καὶ στεναγμός. » Ταύτῃ τοι φησὶν ὁ προφήτης, ἤτοι Θεὸς ὁ τούτων ἐργάτης καὶ δοτὴρ, ὅτι « Ἐξελεύσεσθε, καὶ σκιρτήσεσθε ὡς μοσχάρια ἐκ δεσμῶν ἀνειμένα. » Ὥσπερ γὰρ τὰ μοσχάρια τὰ ὑπότιτθα δεσμῶν ἀνιέμενα κατασκαίρουσι τῶν ἀγρῶν, ἐν εὐανθεῖ τῇ πόᾳ ἀποπηδῶντά τε καὶ διαμυκώμενα· οὕτω κατὰ καιροὺς οἱ ἅγιοι μονονουχὶ δεσμῶν ἀνειμένοι τῆς ἐν τῷδε τῷ βίῳ θλίψεως, φροντίδος, ἱδρῶτός τε καὶ πόνων, εἰς C τὴν τοῖς ὁσίοις πρέπουσαν εὐθυμίαν ἐκθήσονται, πατοῦντες ἀνόμους, οὐ μαχομένους ἔτι καὶ ἀνθεστηκότας, πεσόντας δὲ ἤδη καὶ νενικημένους, καὶ οἷον ὑπὸ πόδας κειμένους, τῷ καὶ ἀνῃρῆσθαι παντελῶς τὸν παρ' αὐτῶν πόλεμον. « Οὐ γὰρ ἔσται ἐκεῖ λέων, οὐδὲ τῶν θηρίων τῶν πονηρῶν οὐδὲν μὴ ἀναβῇ ἐκεῖ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἔσται δὲ μᾶλλον ὁδὸς καθαρὰ, καὶ ὁδὸς ἁγία κληθήσεται. » Ἀπόλεμος γὰρ καὶ ἁπάσης κηλῖδος ἀπηλλαγμένη κατ' ἐκεῖνο μάλιστα τοῦ καιροῦ τῶν ἁγίων ἔσται ζωή.

A vincatur. Inebriatur autem quodammodo mens, et alio modo a passionibus irritata: irruunt enim arrogantiæ, et amor vanæ ac mundanæ gloriæ, iræ, lucri aviditas, et aliæ demum pestes. Postquam autem pignore Spiritus per Christum ditati sumus [25], domitas habere cupiditates, quamvis haud citra sudorem, consuevimus, et secundum sæculum futurum plena luce divinæ cognitionis præditi, perfectione doni Spiritus sancti divites sumus, et corruptionem passionesque carnis exuimus, Deo servimus omnimodis, non divisi propter peccatum, neque a veteribus passionibus agitati, sed instar sanctorum angelorum puram et innocentem vitam ducimus. Scriptum est enim de sanctis, quod obliviscentur tribulationis suæ et non ascendet in cor eorum. « Erit autem, B inquit, lætitia sempiterna super capita eorum, laus, et lætitia, et exsultatio comprehendet eos, fugiet dolor, tristitia, et gemitus [26]. » Idcirco ait propheta, sive Deus horum effector atque dator: « Egrediemini, et salietis sicut vituli teneri vinculis soluti. » Sicut namque vituli adhuc subrumi, seu lactentes, vinculis demptis per agros exsiliunt, et in herba virenti subsultant et mugiunt; ita olim sancti hujus vitæ tribulationis, curarum, sudoris, laborum quasi vinculis exsoluti, in jucunditatem sanctis congruentem ingredientur, et iniquos, non jam pugnantes et resistentes, sed prostratos, et victos, et tanquam sub pedibus jacentes conculcabunt, quod etiam belli materia et metus omnis ab ipsis ablatus sit. « Non C enim erit ibi leo, neque ulla malarum bestiarum ascendet illic, ut scriptum est; sed erit potius via pura, et via sancta vocabitur [27]. » Exsors enim pugnæ, et omnis maculæ pura illo potissimum tempore sanctorum vita erit.

*Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστελῶ ὑμῖν Ἠλίαν τὸν Θεσβίτην, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ, ὃς ἀποκαταστήσει καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱὸν, καὶ καρδίαν ἀνθρώπου πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἔλθω, καὶ πατάξω τὴν γῆν ἄρδην.*

VERS. 5, 6. *Ecce ego mittam vobis Eliam Thesbiten, antequam veniat dies Domini magnus et illustris, qui restituet cor patris ad filium, et cor hominis ad proximum suum, ne veniam, et percutiam terram penitus.*

ΜΕ'. Ἀπόδειξις ἡμερότητος καὶ ἀνεξικακίας Θεοῦ, τὸ καὶ Ἠλίαν ἡμῖν τὸν Θεσβίτην προαναλάμ- D ψαι κατὰ καιροὺς, ὅτι πάρεσται λοιπὸν ὁ κριτὴς, τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην προαγγέλλοντα. Καταβήσεται γὰρ κριτὴς ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, δορυφορούντων ἀγγέλων, « Καὶ καθιεῖται μὲν ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, κρίνων τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, ἀποδώσει δὲ πάντως ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ. » Ἐπειδὴ δὲ ἐν πλείσταις ἐσμὲν ἁμαρτίαις, προβαδίζει χρησίμως ὁ θεσπέσιος προφήτης, εἰς ὁμοψυχίαν ἄγων τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ἵνα δὴ σύμπαντες εἰς ἑνότητα τὴν διὰ πίστεως συνηγμένοι, καὶ τῶν εἰς φαυλότητα σπουδασμάτων ἀποπαυσάμενοι, πληροῦν ἕλοιντο τὸ ἀγαθὸν, οὕτω τε σωθεῖεν καταφοιτήσαντος τοῦ κριτοῦ. Φθάσας μὲν οὖν ὁ μακάριος Βαπτιστὴς

XLV. Argumentum mansuetudinis et tolerantiæ Dei, quod Elias Thesbites quoque nobis prius olim D affulsurus est, qui omnibus **869** mortalibus affuturum judicem prænuntiet. Descendet enim judex in gloria Dei et Patris, comitantibus angelis, « Et sedebit in sede majestatis suæ [28], judicans orbem terrarum in justitia [29], et reddet plane unicuique secundum opera sua [30]. » Quoniam autem multis peccatis obstricti sumus, utiliter præcedit divinus propheta, homines per terras in concordiam reducens, ut omnes in unitatem fidei congregati et a perversorum operum studiis quiescentes, quod bonum est, efficere velint, atque ita veniente judice salventur. Prius igitur venit beatus Baptista Joannes « in spiritu et virtute Eliæ [31]. » Sed quemadmodum

[25] I Cor. I, 5. [26] Isa. XXXV, 10. [27] ibid. 8, 9. [28] Matth. XXV, 31. [29] Psal. IX, 5. [30] Matth. XVI, 27; Rom. II, 6. [31] Luc. I, 17.

ipse prædicabat : « Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri [32] ; » ita et divinus Elias vicinum jam tunc prædicabit, et jam jam affuturum, « ut judicet orbem in justitia. » Ac nunc quidem fortasse dissident quidam, et divisus est pater in filium, filius autem in patrem suum [33]. Hic enim credidit in Christum, ille in apostolis numeratur; alii dissident charitate mutua, divisi propter odium, et perpetuas iras, et contentiones super quocunque mundi negotio. Restituet autem propheta, et olim discrepantes ad unam fidem revocans, « et convertens hominem ad proximum suum, ne veniam, inquit, et percutiam terram penitus, » hoc est, omni ratione et omnimodis. Vides igitur lenitatem Domini omnium. Prius auctor est mortalibus, et propemodum protestatur per vocem Eliæ, se judicem venturum, ut conversi ad meliora et vitam suam emendantes qui tunc vixerint in terris, in rigidum judicem ne incidant, a quo in flammas « et in tenebras exteriores mittantur [34]; » audiant autem potius : « Venite, benedicti Patris mei, percipite paratum vobis regnum a constitutione mundi [35]. »

A Ἰωάννης προῆλθεν « ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου. » Ἀλλ' ὥσπερ αὐτὸς διεκήρυττε λέγων· « Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· » οὕτω καὶ ὁ θεσπέσιος Ἠλίας ἐγγὺς ὄντα διακηρύξει τότε, καὶ ὅσον οὐδέπω παρεσόμενον, « ἵνα κρίνῃ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ. » Καὶ νῦν μὲν ἴσως διχονοοῦσί τινες, καὶ μεμέρισται μὲν πατὴρ πρὸς υἱὸν, υἱὸς δὲ ὡς πρὸς πατέρα. Ὁ μὲν γὰρ πεπίστευκεν εἰς Χριστὸν, ὁ δὲ τοῖς ἀποστόλοις ἐστὶν ἐνάριθμος· ἕτεροι δὲ διεστήκασι τῆς ἀλλήλων ἀγάπης, διεσχισμένοι πρὸς ἔχθραν καὶ ἀκαταλήκτους ὀργὰς καὶ τὰς ἐφ' ὁτῳοῦν τῶν ἐν κόσμῳ πραγμάτων φιλονεικίας. Ἀποκαταστήσει γε μὴν ὁ προφήτης, καὶ εἰς μίαν συνάγων πίστιν πάλαι διῃρημένους, « καὶ ἀποκαθιστὰς ἄνθρωπον πρὸς τὸν B πλησίον αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἔλθω, φησὶ, καὶ πατάξω τὴν γῆν ἄρδην, » τουτέστιν ὁλοτρόπως καὶ παντελῶς. Ὁρᾷς οὖν ἄρα τὴν ἡμερότητα τοῦ πάντων Δεσπότου. Προαναπείθει τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ μονονουχὶ διαμαρτύρεται διὰ τῆς Ἠλίου φωνῆς, ὅτι παρέσται κριτὴς, ἵνα ταῖς εἰς τὸ ἄμεινον μεταδρομαῖς τὸν οἰκεῖον ἐπανορθοῦντες βίον οἱ τὸ τηνικάδε ζῶντες ἐπὶ τῆς γῆς, μὴ πικρῷ περιτύχοιεν δικαστῇ, πέμποντι πρὸς φλόγα, « καὶ εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. » Ἀκούσειαν δὲ μᾶλλον· « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. »

VERS. 4. *Mementote legis Mosi servi mei, sicut præcepi ei in Horeb ad omnem Israel præcepta et judicia.*

*Μνήσθητε νόμου Μωσῆ τοῦ δούλου μου, καθότι ἐνετειλάμην αὐτῷ ἐν Χωρὴβ πρὸς πάντα τὸν* C *Ἰσραὴλ προστάγματα καὶ δικαιώματα.*

XLVI. Rursum suadet prophetæ sermones legentibus uti cogitent, non novam aut inconsuetam super Christo prædicationem esse factam, neque a solo Malachia prænuntiatam, sed ab antiquis et primis temporibus, ut ita dicam, quibus ad Dei notitiam Israel vocatus est, quando leges in Oreb divinitus **870** latæ sunt. Descendit enim universorum Deus in specie ignis super montem Sina, apparuitque fumus, et flammæ in sublimi micantes, et aspicientibus multum terrorem incutientes. Erant item tenebræ, et caligo, et procella, et sonitus tubæ ingens [35*]. Tunc, tunc perculsi timore filii Israel, accedebant dicebantque mediatori et institutori, Mosi videlicet : « Loquere, tu, nobis, et non loquatur nobis Dominus, ne moriamur [36]. » Ad quæ Deus : « Bene, inquit, omnia quæcunque locuti sunt. Excitabo illis prophetam de fratribus ipsorum, sicut te, et dabo verbum meum in ore ejus, et loquetur eis secundum omnia quæ mandavero ei [37]. » Vides quomodo jam a vetustissimis temporibus Christum sacra Scriptura prænuntiavit? Sed et si quis umbras ipsas legis examinare voluerit, Christum in iis et mysterium ejus scriptum deprehendet. Itaque dicebat Judæis : « Si crederetis Mosi, crederetis forsitan et mihi : de me enim ille scripsit [38]. » Plenitudo enim legis et prophetarum Christus, per quem, et cum quo Deo et Patri gloria, cum sanctissimo Spiritu in omnem æternitatem. Amen.

ΜϚ΄. Ἀναπείθει πάλιν ἐννοεῖν τοὺς ἐντευξομένους τοῖς τοῦ προφήτου λόγοις ὅτι μὴ καινὸν ἢ ἀσύνηθες τὸ ἐπὶ Χριστῷ γέγονε κήρυγμα, μήτε μὴν μόναις ταῖς Μαλαχίου φωναῖς προαπηγγελμένον· ἀλλὰ γὰρ ἄνωθέν τε καὶ ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἐκ πρώτων, ἵνα οὕτως εἴπωμεν, χρόνων, καθ' οὓς κέκληται πρὸς θεογνωσίαν ὁ Ἰσραὴλ, ὅτε τοὺς ἐν Χωρὴβ κεχρησμῴδηκε νόμους. Καταβέβηκε μὲν γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐν εἴδει πυρὸς ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ, ἐφαίνοντο δὲ καπνοὶ μὲν, καὶ φλόγες ὑψοῦ τε διάττουσαι, καὶ πολὺ τοῖς θεωμένοις ἐμποιοῦσαι τὸ δεῖμα. Σκότος δὲ ἦν, καὶ γνόφος, καὶ θύελλα, καὶ φωνὴ τῆς σάλπιγγος, ἠχούσης μέγα. Τότε δὴ, τότε περίφοβοι γεγονότες υἱοὶ Ἰσραὴλ προσῄεσαν λέγοντες τῷ μεσίτῃ καὶ παιδαγωγῷ D (Μωσῆς οὗτος ἦν)· « Λάλει σὺ πρὸς ἡμᾶς, καὶ μὴ λαλείτω πρὸς ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ ἀποθάνωμεν. » Καὶ δὴ πρὸς ταῦτα Θεός· « Ὀρθῶς, φησὶ, πάντα ὅσα ἐλάλησαν. Προφήτην αὐτοῖς ἀναστήσω ἐκ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ὥσπερ σὲ, καὶ θήσω τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ λαλήσει αὐτοῖς κατὰ πάντα ὅσα ἐντέλωμαι αὐτῷ. » Ὁρᾷς ὅπως ἐκ μακρῶν τῶν ἄνωθεν χρόνων προανεφώνει Χριστὸν τὸ Γράμμα τὸ ἱερόν; Ἀλλὰ καὶ αὐτὰς εἰ δὴ βούλοιτό τις τὰς τοῦ νόμου βασανίζειν σκιὰς, Χριστὸν εὑρήσει γραφόμενον, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον. Καὶ γοῦν ἔφασκεν Ἰουδαίοις· « Εἰ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν καὶ ἐμοί· περὶ ἐμοῦ γὰρ ἐκεῖνος ἔγραψε. » Πλήρωμα γὰρ νόμου καὶ προφητῶν ὁ Χριστός· δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡ δόξα, σὺν τῷ παναγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

[32] Isa. XL, 3; Matth. III, 13. [33] Matth. X, 35. [34] Matth. XXII, 3. [35] Matth. XXV, 34. [35*] Exod. XIX, 18, seqq. [36] Exod. XX, 19. [37] Deut. XVIII, 17, 18. [38] Joan. V, 46.

# SUPPLEMENTUM AD EDITIONEM J. AUBERTI.

—

# SANCTI CYRILLI

## COMMENTARIORUM IN MATTHÆUM

### QUÆ SUPERSUNT

*Ex Corderii et Possini catenis excerpta, intermistis fragmentis quæ recentius ex codice Coisliniano J. A. Cramerus, et ex Vaticanis Ang. Maius ediderunt.*

—

(1) Εὐαγγέλιόν ἐστι λόγος περιέχων ἀγαθῶν ἀγγελίαν πραγμάτων κατὰ τὸ εὔλογον καὶ διὰ τὸ ὠφελεῖν εὐφραίνων τὸν ἀκούοντα, ἐὰν παραδέξηται τὸ ἀπαγγελλομένον · ἢ λόγος περιέχων ἀγαθῶν παρουσίαν, ἢ λόγος ἀπαγγέλλων προσδοκώμενον. A

*Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

*Κυρίλλου Ἀλεξανδρέως.* *Ἰαὼ* τὴν σωτηρίαν Ἑβραῖοι ἔλεγον. *Χριστοῦ* δὲ εἶπε διὰ τὸ τοὺς παλαιοὺς βασιλεῖς τε καὶ ἱερεῖς τῷ ἐλαίῳ χρίεσθαι διὰ τοῦ κέρατος · ὁ δὲ ἡμέτερος Ἰησοῦς Χριστὸς οὐ διὰ τὸ τῷ κέρατι χρισθῆναι προ [σ] ηγορεύθη Χριστὸς, ἀλλὰ διὰ τὸ τῷ θείῳ Πνεύματι · ἀληθῶς γὰρ καὶ κυρίως αὐτὸς εἶχε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

*Υἱοῦ Δαβὶδ υἱοῦ Ἀβραάμ.*

Ἀβραὰμ ἐν ἀκροβυστίᾳ ὢν, ἐπίστευσε τῷ Θεῷ · B
εἶτα δεξάμενος τὰς ὑποσχέσεις καὶ περιτμηθεὶς ἀλώβητον τὴν πίστιν διετήρησεν. Εἰκότως τοίνυν ἀναχθήσεται τὸ ῥητὸν εἰς ἕτερόν τι θεώρημα περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας τῆς τε ἐκ περιτομῆς καὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν. Τύπος γὰρ ἦν, ὡς εἰκὸς, τῶν δύο λαῶν τῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότων. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν προτέρα ἡ ἀκροβυστία τῆς περιτομῆς. Φύσεως γὰρ ἔργον ἡ ἀκροβυστία, ἐντολῆς δὲ καὶ νόμου ἡ περιτομή· διὰ τοῦτο ἐκείνη ταύτης προηγήσατο· καὶ μετὰ ταῦτα εἰς αὐτὴν ἡ περιτομὴ ἀνακάμπτει · ἐπεὶ καὶ βέλτιόν ἐστι φύσις ἅμα καὶ νόμος, ἢ τὸ διεστηκέναι ἀπ' ἀλλήλων χωρίς. Ἀλλὰ καὶ Δαβὶδ τύπος ἦν τοῦ Χριστοῦ · τοῦ γὰρ Σαοὺλ ἐκβληθέντος ἀντεισήχθη Δαβίδ · οὕτω καὶ τοῦ Ἀδὰμ διὰ τὴν παρακοὴν τῆς Ἐδὲμ διωχθέντος ὁ δεύτερος ἀντεισήχθη Ἀδὰμ, ὡς C
ἂν πρὸς τὴν ἀρχαίαν τάξιν τὸν Ἀδὰμ τὸν πρῶτον ἀποκαταστήσῃ.

*Τοῦ δὲ Ἰησοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν · Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ*

1 Evangelium est sermo continens annuntiationem rerum juxta Evangelium in utilitatem audientis, gaudio eum afficiens postquam acceperit quod ei fuerat annuntiatum; aut sermo bonorum indicans præsentiam; aut sermo exspectationis interpres.

I, 1. *Jesu Christi.*

*Cyrilli Alexandrini. Iao* salutem Hebræi dicebant. *Christi* vero dixit propterea quod antiquos reges et sacerdotes oleo inungi solemne erat, effusa in eos corneola pyxide. Noster vero Jesus Christus non idcirco quod cornu inunctus sit appellatus est Christus, sed quod divino Spiritu delibutus: vere enim et proprie ipse habuit Spiritum sanctum.

*Filii David filii Abraham.*

Abraham cum adhuc in præputio esset credidit Deo. Deinde promissionibus acceptis et circumcisus inviolatam custodivit fidem. Quod haud absurde referri potest ad accommodationem quamdam significationis mysticæ de Christi Ecclesia, quæ ex circumcisione et quæ ex gentibus congregata est. Verisimile quippe est in illis quæ de Abrahamo dicta sunt figuram duorum populorum præcessisse qui in Christum crediderunt. Sed illic quidem prius circumcisione præputium est. Opus enim hoc naturæ; circumcisio vero præcepti et legis. Propterea merito illud hanc præcessit. Ad extremum porro in præputium circumcisio reversa est. Sane enim erat melius convenire naturam et legem, quam dissidere ambas ab invicem. Cæterum et David figura erat Christi. Saule siquidem ejecto suffectus est David: sic et Adamo propter inobedientiam ex Edem exterminato, secundus in locum ejus suffectus est Adam. Utique ut in pristinum locum primum Adam restitueret.

I, 18. *Christi autem generatio sic erat: Cum esset desponsata mater ejus Maria Joseph, antequam con-*

(1) Catena Crameri, p. 5. — Hoc fragmentum, antea lacunosum, restituitur ex catena Vaticana (ap. Mai *B. N.* III, 102), in qua Origeni tribuitur.

*venirent, inventa est in utero habens de Spiritu* A *sancto.*

Post desponsationem concepit, ut ex illo ipsa concepisse videretur, filius autem ex illo genealogiam duceret, ipsumque adjutorem haberet contra insidias.

**2** II, 9. *Et ecce stella quam viderant in oriente, antecedebat eos.*

Immota stella constitit, non tamen relicto cœlo propius se terræ admovit, aut in domus tecto vel culmine fixa est. Diversam nimirum ab astris aliis incompertamque rationem motus habuit hæc stella.

II, 18. *Vox in Rama audita est.*

Verumtamen notatu dignum est Nazaret sitam esse in finibus Judææ, quam cum inhabitaret B Christus, propter Judæos homicidas Judæam se derelicturum declarat, et ad gentes migraturum, ut doceri cupientibus fidei in Christum daret occasionem.

II, 20. *Surge et accipe puerum, et matrem ejus, et vade in terram Israel; defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri.*

Non amplius, inquit, *fuge*, sed *vade*, remissionem post tentationem insinuans; animam autem pueri dicens, opinionem Apollinarii evertit, dicentis, suscepisse Dominum carnem mentis animæque expertem. In œconomico itaque Christi in Ægyptum descensu, ac inde rursus in Judæam reditu, capitulatim populi captivitatem recenset Deus, ac C insidiis eum liberat, ad ea quæ propria sunt reducens.

**3** II, 23. *Et veniens habitavit in civitate quæ vocatur Nazareth.*

In extremis finibus Judææ sita erat Nazareth. Porro Christus relicta Judæa profectus Nazareth, manifeste præsignavit se Judæos aliquando relicturum et religionem ad gentes translaturum; simul etiam, se cupidis sciendi fidem daturum qua in ipsum credant.

III, 9. *Et ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham; dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.*

Dixerit utique aliquis fructus pœnitentiæ esse D præcipue quidem fidem in Christum, post hanc vero evangelicum regimen, quod in novitate vitæ consistit, et Scripturæ crassitie liberum est. Ne igitur solitas, inquit, obtrudatis excusationes, Abraham, Isaac et Jacob, progenitorum nobilitatem: hæc autem dicebat prohibens illis fidere, de virtute quæ animi propria est minime sollicitos, et ea, quæ in animo habebant, in medium adducens, ac futura prænuntians; videntur enim postea dixisse: « Nos patrem habemus Abraham, ac nemini un-

*Ἰωσήφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα, ἐκ Πνεύματος ἁγίου.*

Μετὰ τὴν (1) μνηστείαν συνέλαβεν, ἵνα δόξῃ ἐξ αὐτοῦ κεκυηκέναι· καὶ ἵνα ἐξ αὐτοῦ γενεαλογηθῇ, καὶ σχῇ καὶ κηδεμόνα ἐν ταῖς ἐπιβουλαῖς.

*Καὶ ἰδοὺ ὁ ἀστὴρ ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ προῆγεν αὐτούς.*

Ἀκίνητος ἦν ὁ ἀστὴρ καὶ ἑστηκώς, ἀλλ' οὐ τὸν οὐρανὸν καταλιπὼν πλησίον τῆς γῆς ἐπορεύετο· οὔτ' ἐπὶ τῆς οἰκίας ἐστήρικτο· οὐ γὰρ τὴν αὐτὴν κίνησιν τοῖς λοιποῖς ἄστροις ἐποιεῖτο, ἀλλὰ ξένην τινὰ καὶ ἀλλόκοτον.

*Φωνὴ ἐν Ῥαμᾶ ἠκούσθη.*

Πλὴν ἐπισημήνασθαι ἄξιον, ὅτι ἡ Ναζαρὲτ ἐν τοῖς τῆς Ἰουδαίας ἔκειτο τέρμασιν, εἰς ἣν κατοικήσας Χριστός, δηλοῖ ὅτι διὰ τὸ τῶν Ἰουδαίων μιαιφόνον ἔμελλε τὴν Ἰουδαίαν καταλιπεῖν, καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη μετέλαβεν, ἕνεκεν τοῦ τοῖς φιλομαθέσιν ἀφορμὴν δεδωκέναι τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως.

*Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ πορεύου εἰς γῆν Ἰσραήλ· τεθνήκασι γὰρ οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου.*

Οὐκέτι φησί, *φεῦγε*, ἀλλὰ *πορεύου*, ἄνεσιν μετὰ τὸν πειρασμὸν αἰνιττόμενος· τὴν ψυχὴν δὲ τοῦ παιδίου εἰπών, τὴν δόξαν Ἀπολιναρίου ἀνατρέπει, σάρκα λέγοντος εἰληφέναι τὸν Κύριον ἄνουν καὶ ἄψυχον. Ἐν μέντοι τῇ οἰκονομικῇ τοῦ Χριστοῦ καθόδῳ εἰς Αἴγυπτον, καὶ τῇ ἐκεῖθεν αὖθις εἰς Ἰουδαίαν ἀναστροφῇ ἀνακεφαλαιοῦται τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ ὁ Θεός, καὶ λυτροῦται αὐτὸν ἐξ ἐπιβουλῆς ἐπὶ τὰ ἴδια πάλιν ἀνάγων.

*Καὶ ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρέτ.*

Ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῆς Ἰουδαίας ἔκειτο ἡ Ναζαρέτ. Καταλιπὼν δὲ ὁ Χριστὸς τὴν Ἰουδαίαν καὶ ἀπελθὼν εἰς Ναζαρέτ, ἀριδήλως ἐδήλωσεν ὡς Ἰουδαίους καταλείψει, καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη μεταβιβάσει τὸ σέβας. Ἅμα δὲ καὶ τοῖς φιλομαθέσιν αἰτίαν δώσει τοῦ πιστεῦσαι εἰς αὐτόν (2).

*Καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς· Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ· λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ.*

Φαίη δὲ ἄν τις καρποὺς μετανοίας εἶναι προηγουμένως μὲν τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, πρὸς δὲ ταύτῃ καὶ τὴν εὐαγγελικὴν πολιτείαν, τὴν ἐν καινότητι οὖσαν ζωῆς, καὶ ἀπηλλαγμένην τῆς τοῦ γράμματος παχύτητος. Μὴ τοίνυν, φησί, τὰς εἰωθυίας προβάλλεσθε προφάσεις, τὸν Ἀβραάμ, τὸν Ἰσαάκ, τὸν Ἰακώβ, τῶν προγόνων τὴν εὐγένειαν. Ταῦτα δὲ ἔλεγε κωλύων μὴ τούτοις θαῤῥεῖν, τῆς κατὰ ψυχὴν ἀρετῆς ἀμελοῦντας, καὶ τὰ κατὰ διάνοιαν εἰς μέσον ἐμφέρων, καὶ τὰ μέλλοντα προφητεύων· φαίνονται γὰρ μετὰ ταῦτα λέγοντες· « Ἡμεῖς πατέρα ἔχομεν τὸν

(1) *Μετὰ τὴν — ἐπιβουλαῖς.* Cramer p. 10.

(2) Catena Crameri, p. 19, brevius: Ἡ Ναζαρὲτ ἐν τοῖς τῆς Ἰουδαίας ἔκειτο τέρμασι, δι' οὗ δηλοῦται ὅτι ὁ Χριστὸς διὰ τῶν Ἰουδαίων μιαιφόνον ἔμελλε τὴν Ἰουδαίαν καταλιπεῖν, καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη μετελθεῖν, ἕνεκεν τοῦ τοῖς φιλομαθέσιν ἀφορμὴν δοῦναι τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως.

Ἀβραὰμ, καὶ οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν πώποτε.» Ἐπεὶ οὖν τοῦτο ἦν ὃ μάλιστα αὐτοὺς εἰς ἀπόνοιαν ἦρε, καὶ ἀπώλεσε, πρῶτον καταστέλλει. Ὅρα δὲ πῶς μετὰ τῆς εἰς τὸν πατριάρχην τιμῆς, τὴν ὑπὲρ τούτων ποιεῖται διόρθωσιν· εἰπὼν γάρ· «Μὴ δόξητε λέγειν, ὅτι Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραὰμ,» οὐκ εἶπεν· Οὐδὲν γὰρ ὑμᾶς ὁ πατριάρχης ὠφελῆσαι δυνήσεται· ἀλλ' ἡμερώτερόν πως τοῦτο ᾐνίξατο, εἰπών· «Δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ.» Τινὲς μὲν οὖν φασιν ὅτι περὶ τῶν ἐθνῶν ταῦτα λέγει, λίθους αὐτοὺς μεταφορικῶς καλῶν. Ἐγὼ δὲ καὶ ἑτέραν ἔννοιαν τὸ εἰρημένον φημὶ ἔχειν. Ποίαν δὲ ταύτην; Μὴ νομίσητε, φησὶν, ὅτι ἐὰν ὑμεῖς ἀπόλησθε, ἄπαιδα ποιήσετε τὸν πατριάρχην· οὐκ ἔσται· τῷ γὰρ Θεῷ δυνατὸν καὶ ἀπὸ λίθων ἀνθρώπους τούτῳ δοῦναι, καὶ εἰς συγγένειαν ἐκείνου ἀγαγεῖν, ἐπεὶ καὶ ἐξ ἀρχῆς οὕτως ἐγένετο. Τὸ γὰρ, ἐκ λίθων ἀνθρώπους γενέσθαι, ὅμοιόν ἐστι τῷ, ἀπὸ τῆς μήτρας Σάῤῥας ἐκείνης τῆς στείρας προελθεῖν παιδίον. Ὅπερ οὖν καὶ ὁ προφήτης αἰνιττόμενος ἔλεγεν· «Ἐμβλέψατε εἰς τὴν στερεὰν πέτραν ἐξ ἧς ἐλατομήθητε, καὶ εἰς βόθυνον τοῦ λάκκου ἐξ οὗ ὠρύχθητε. Ἐμβλέψατε εἰς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ὑμῶν, καὶ εἰς Σάῤῥαν τὴν ὠδίνουσαν ὑμᾶς.» Ταύτης τοίνυν τῆς προφητείας αὐτοὺς ἀναμιμνήσκει, δεικνὺς ὅτι εἰ ἐξ ἀρχῆς αὐτὸν οὕτω θαυμαστῶς ἐποίησε πατέρα, ὡσανεὶ ἐκ λίθων αὐτὸν ἐποίησε, δυνατὸν καὶ νῦν τοῦτο γενέσθαι. Καὶ ὅρα πῶς καὶ φοβεῖ, καὶ ἐκκόπτει. Οὐ γὰρ εἶπεν ὅτι ἤγειρεν ἤδη, ἵνα μὴ ἀπογνῶσιν ἑαυτῶν, ἀλλ' ὅτι δύναται ἐγεῖραι. Καὶ οὐκ εἶπεν ὅτι ἀνθρώπους δύναται ποιῆσαι ἀπὸ λίθων, ἀλλ' ὃ πολλῷ μεῖζον ἦν, καὶ συγγενεῖς ἢ παῖδας τοῦ Ἀβραάμ. Εἶδες πῶς τέως ἀπέστησεν αὐτοὺς τῆς περὶ τὰ σωματικὰ φαντασίας, καὶ τῆς εἰς τοὺς προγόνους καταφυγῆς, ἵνα ἐν τῇ οἰκείᾳ μετανοίᾳ καὶ σωφροσύνῃ τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἔχωσιν.

Ὥσπερ γὰρ τὴν γυναῖκα τοῦ Λὼτ ἀπελίθωσεν, οὕτω; δυνατὸν αὐτῷ καὶ ἐκ λίθων ἀνθρώπους ποιῆσαι, ὥσπερ καὶ τὸν Ἀδὰμ ἐκ τῆς γῆς. Σκόπει τοίνυν καὶ διὰ τῶν ἑξῆς ὡς αὔξει τούτων τὸν φόβον, καὶ ἐπιτείνει τὴν ἀγωνίαν. Εἰπὼν γὰρ, «Ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραὰμ,» ἐπήγαγεν·

*Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται.*

Εἰ δὲ βούλει, ἀξίνην νόησον τῆς ἀθεραπεύτου ψυχῆς τὴν ἐκτομήν. Ἡ ἀξίνη αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὁ τομώτερος μαχαίρας διστόμου, ὁ μέλλων ἐκκόπτειν τοὺς ἀπίστους Ἰουδαίους, ἀπὸ τῆς τῶν πατριαρχῶν τιμῆς καὶ κοινωνίας, ὡς ἀπὸ ῥίζης τινὸς, ἐγκεντρίζειν δὲ εἰς ταύτην τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντας (1).

A quam servivimus [1].» Cum igitur hoc esset, quod maxime eos in superbiam efferebat, ac perdebat, primum prohibet: vide autem quomodo cum honore patriarchæ, de hisce correctionem instituat; dicens enim: «Nolite dicere quia Patrem habemus Abraham;» non dixit, Nihil enim vos patriarcha juvare potest, sed mitius hoc quodammodo insinuat dicens: «Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.» Quidam igitur aiunt, hæc ipsum de gentibus dicere, lapides eos metaphorice vocantem. Ego vero etiam alium sensum aio dicto huic subesse. Quem autem hunc? Ne existimetis inquit, si vos perieritis, facturos patriarcham sine liberis; non ita est, nequaquam hoc erit; Deo enim possibile est ei vel e lapidibus filios dare, B et in cognationem illius adducere, quandoquidem etiam ab initio ita factum sit. Homines enim nasci ex lapidibus simile est huic, de vulva Saræ sterilis illius puerum prodire; quemadmodum etiam propheta insinuans, dixit: «Intuemini in solidam petram ex qua excisi estis, et in scrobem laci, ex quo effossi estis. Intuemini in Abraham patrem vestrum, et in Saram genitricem vestram [2].» Hanc igitur prophetiam illis in memoriam revocat, demonstrans, quod si ipsum ab initio adeo mirabili modo patrem effecit, quasi ex lapide ipsum fecisset, posse et nunc id fieri. Et vide, quomodo etiam terreat et exscindat. Non enim dixit quod jampridem excitarit, ne desperent, sed quod possit C suscitare; neque dixit, homines se posse facere ex lapidibus, sed quod multo majus est, etiam cognatos et filios Abrahæ. Vides quomodo huc usque abduxerit eos a corporea imaginatione, et a recursu ad progenitores, ut in propria pœnitentia, et emendatione spem salutis haberent.

Quemadmodum enim uxorem Lot in lapidem convertit, ita ex lapidibus homines producere poterat, ut Adamum e terra. Animadverte igitur etiam ex sequentibus, quomodo horum augeat timorem, et certamen intendat; dicens enim, Quoniam potens est Deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ,» subjungit:

*Jam enim securis ad radicem arborum posita* D *est.*

Sin vero vis, securim intellige immedicabilis animæ excisionem. Securis est ipse Christus gladio ancipite acutior, qui excisurus est infideles Judæos a patriarcharum honore ac communione, quemadmodum a radice aliqua, in eam fideles gentium inserturus.

[1] Joan. VIII, 33. [2] Isa. LI, 1, 2.

(1) Aliter Catena Corderii tom. II, p. 39, etiam sub nomine Cyrilli: Τίνα λέγει ἀξίνην; Οὐδὲν ἄλλο ἢ τὴν μέλλουσαν κόπτειν ἀπὸ τῶν πατριαρχῶν τοὺς μάτην καυχησαμένους, καὶ μηδέν τι ἐργασαμένους ἀγαθόν· δεῖ γὰρ τοὺς ἀπὸ τῶν τοιούτων ἀκάρπους γεγονότας ἐκκόπτειν τε καὶ εἰς πῦρ βάλλειν. *Quam dicit securim? Non aliam quam quæ excisura est a patriarchis posteros eorum, frustra et supra modum de prosapia sua gloriantes, cum illorum imitationem negligant, et nihil ipsi boni agant. Æquissimum enim est ex tam fructiferis truncis ortos ramos, proprio vitio steriles excidere, et in ignem jacere.*

§ III, 11. *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni.*

Conjunxit autem Baptista Spiritus significationi illam ignis, non in igne omnino baptizandos nos dicens *per Christum*, sed vivificam Spiritus efficacitatem per significationem *ignis* insinuans.

III, 12. *Cujus ventilabrum in manu sua, et permundabit aream suam, et congregabit triticum suum in horreum.*

Justos rapit in civitatem supernam, peccatores autem igni urendos tradit.

IV, 1. *Tunc Jesus ductus est in desertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo.*

Consentiens ducebatur a diabolo.

IV, 3. *Et accedens tentator, dixit ei, Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.*

Non obtemperavit Christus diabolo convertendis in panes lapidibus: propterea quod utile ipsi petenti postulatum hoc miraculum non erat futurum. Non enim ut crederet sicque in amissam angelicam dignitatem postliminio rediret, hoc petebat, pœnitentiæ siquidem incapax est, sed ut in elationem vanam Christum traheret. Quod intelligens Salvator non est obsecutus illi.

IV, 12. *Cum autem audisset Jesus quod Joannes traditus esset, secessit in Galilæam.*

Haud metu secessit, sed ut nos per ea quæ faciebat erudiret cedere locum persecutoribus. Secedit autem ex Judæa ad gentes, demonstrans quod non nunc potissimum cum Judæi in ipsum Deum contumeliosi sunt, recedit ab illis, verum etiam cum adversus sanctos prophetas peccant. Porro lux magna, Christus est Dominus noster, cujus claritas prædicatio evangelica esse dignoscitur. Ergo legem lucerna veluti repræsentabat; ideoque perpetua lucerna in tabernaculo accendebatur, ob significandum exiguum splendorem legis, quæ nonnisi intra fines Judaicos lucem suam expandere poterat. — Jesu secessio, magisterium nostrum est: manifeste enim docet hic Scriptura, neminem ad magisterium accedere debere, nisi antea baptizatus sanctumque Spiritum adeptus fuerit, et perfecte jejunaverit, atque omne tentationis genus superaverit: quod reapse, veritatis typus, Christus inquam, initium agendi fecit.

IV, 16. *Populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam.*

Tenebras hic non has sensibiles dicit, sed errorem et idololatriam. Idcirco addit: «Sedentibus in regione et umbra mortis lux affulsit.» Mox ut demonstret, quod non ipsi quærendo invenerint, sed Deus eisdem superne se obtulerit, «Ipsa lux oborta est,

(1) *Συνέδησε... σημαίνων.* Hæc iisdem fere verbis leguntur infra ad Luc. III, 16. EDIT.

(2) *Τοὺς δικαίους — κατακαῆναι.* Cramer. p. 24.

(3) *Ὑπὸ — συγχώρησις.* Cramer. p. 25

A *Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί.*

Συνέδησε δὲ ὁ Βαπτιστὴς τῇ τοῦ πνεύματος σημασίᾳ τὴν τοῦ πυρὸς, οὐκ ἐν πυρὶ πάντως βαπτισθήσεσθαι λέγων ἡμᾶς *διὰ Χριστοῦ*, ἀλλὰ τὴν τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν τὴν ζωοποιὸν, διὰ τῆς τοῦ πυρὸς σημασίας σημαίνων (1).

*Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ. Καὶ συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ εἰς τὴν ἀποθήκην.*

Τοὺς δικαίους (2) ἁρπάζει εἰς τὴν ἄνω πόλιν, τοὺς δὲ ἁμαρτωλοὺς εἰς τὸ κατακαῆναι.

*Τότε ὁ Ἰησοῦς ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου.*

Ὑπὸ τοῦ (3) διαβόλου ἤγετο κατὰ συγχώρησιν.

B *Καὶ προσελθὼν αὐτῷ ὁ πειράζων, εἶπεν· Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται.*

Οὐχ ὑπήκουσεν ὁ Χριστὸς τοῦ διαβόλου ὥστε ποιῆσαι τοὺς λίθους ἄρτους· διότι οὐ πρὸς ὠφέλειαν αὐτοῦ ἦν· οὐ γὰρ ἵνα πιστεύσῃ καὶ γένηται ὡς πρότερον ἦν ἄγγελος, τοῦτο ᾐτεῖτο (ἀμετανόητος γάρ), ἀλλ' ἵνα εἰς κενοδοξίαν ἑλκύσῃ τὸν Χριστόν· ὅπερ εἰδὼς ὁ Σωτὴρ οὐχ ὑπήκουσεν αὐτοῦ.

*Ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν.*

(4) Οὐ διὰ δειλίαν ὑπεχώρησεν, ἀλλ' ἡμᾶς δι' ὧν
C ἐποίει διδάσκων ὑποχωρεῖν τοῖς διώκουσιν· ἀναχωρεῖ δὲ ἐκ τῆς Ἰουδαίας ἐπὶ τὰ ἔθνη, δεικνὺς ὅτι μόνον ὅτε εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν ἐνυβρίζουσιν οἱ Ἰουδαῖοι, ἀφίσταται αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ ὅτε εἰς τοὺς ἁγίους προφήτας ἁμαρτάνουσι· φῶς δὲ μέγα ἐστὶ Χριστὸς ὁ Κύριος ἡμῶν, καὶ ἡ φαιδρότης τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος. Οὐκοῦν ὁ νόμος ὡς λύχνῳ ἦν ἀπεικασθείς· διὸ καὶ ἀεὶ ἐν τῇ σκηνῇ λύχνος ἐκαίετο, διὰ τὸ βραχὺ τῆς τοῦ νόμου αὐγῆς, ἄχρι μόνον τῶν Ἰουδαϊκῶν ὅρων ἰσχύων ἐκπέμψαι τὸ ἴδιον φῶς. — Διδασκαλίας ἐστὶν τὸ ἀναχωρεῖν τὸν Ἰησοῦν· σαφῶς λόγος διδάσκει ὅτι οὐ χρή τινα ἐπὶ τὸ διδασκαλεῖον ἐλθεῖν, εἰ μὴ πρότερον βαπτισθῇ, ἢ τύχῃ Πνεύματος ἁγίου, καὶ νηστεύσῃ ὁλοκλήρως, καὶ νικήσῃ πᾶν εἶδος πειρασμοῦ, ὡς ὁ τύπος τῆς ἀληθείας ἤρξατο,
D καὶ διὰ Χριστοῦ γίνεται.

*Ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, εἶδε φῶς μέγα.*

(5) Σκότος ἐνταῦθα οὐ τὸ αἰσθητὸν καλεῖ, ἀλλὰ τὴν πλάνην καὶ τὴν ἀσέβειαν· διὸ καὶ ἐπήγαγε· «Τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς ἔλαμψεν αὐτοῖς.» Εἶτα δεικνὺς ὅτι οὐχ αὐτοὶ ζητήσαντες εὗρον, ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτοῖς ἄνωθεν ἐφάνη, φη-

(4) *Οὐ διὰ — Χριστοῦ γίνεται.* Mai. *B. N.* III, 128.

(5) *Σκότος — ἀπαλλάττεσθαι.* Ibid.

σίν· « Αὐτὸ τὸ φῶς ἀνέτειλε καὶ ἔλαμψεν. » Οὐκ αὐτοὶ πρότερον τῷ φωτὶ προσέδραμον· καὶ γὰρ ἐν σκότει τὰ ἀνθρώπινα ἦν πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας· οὐδὲ γὰρ ἐβάδιζον ἐν σκότει, ἀλλ' ἐκάθηντο, ὅπερ σημεῖον ἦν τοῦ μὴ ἐλπίζειν αὐτοὺς ἀπαλλάττεσθαι.

*Καὶ ἐξῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν Συρίαν· καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας, ποικίλαις νόσοις καὶ βασάνοις συνεχομένους, καὶ δαιμονιζομένους καὶ σεληνιαζομένους καὶ παραλυτικούς, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς. Καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, καὶ Δεκαπόλεως, καὶ Ἱεροσολύμων καὶ Ἰουδαίας, καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου.*

Νοήσεις δὲ καὶ τὰ ψυχικὰ πάθη θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν τὰ ἐκκωφοῦντα πρὸς τὴν εὐαγγελικὴν πολιτείαν τοὺς ἀνθρώπους. Εἰ δέ τις ἐρωτᾷ, τίς ἡ διαφορὰ νόσου καὶ μαλακίας, ἀποκρινούμεθα, ὅτι μαλακία μέν ἐστιν ἡ πρόσκαιρος ἀνωμαλία τοῦ σώματος, νόσος δὲ ἀσυμμετρία τῶν ἐν τῷ σώματι στοιχείων. Χρὴ δὲ καὶ τοῦτο ἐπισημήνασθαι, ὅτι ἡ κληρουχία τῆς φυλῆς τοῦ Ζαβουλὼν, καὶ Νεφθαλεὶμ ἄχρι Σιδῶνος ἐθνικῆς πόλεως παρετέτατο, καὶ ἀναμὶξ τοῖς ἔθνεσιν Ἰουδαῖοι κατῴκουν λοιπόν. Ἑρμηνεύεται δὲ Ζαβουλὼν μὲν *εὐοδία καὶ εὐλογία*, Νεφθαλεὶμ δὲ *στέλεχος ἀνειμένον*, ἤγουν *φυτὸν παρατεινόμενον*. Γεγόνασι δὲ ταῦτα οἱ εἰς Χριστὸν πιστεύσαντες· εὐόδως γὰρ πορευόμενοι τῆς θείας εὐλογίας ἠξιώθησαν, καὶ τοῖς καλοῖς ἅπασιν ἐνεπλατύνθησαν οἱ πρὶν ἐν Γαλιλαίᾳ ὄντες, ἥτις καλεῖται *κατακυλιστὴ*, τουτέστιν οἱ κατακυλιόμενοι κατὰ τῶν βαράθρων τῆς ἀπωλείας.

*Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί.*

Εἰρηνοποιοί εἰσι καὶ οἱ τοὺς ἀπίστους μεταπείθοντες πιστεῦσαι, ὡς τοὺς πάλαι ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ εἰρηνοποιοῦντες αὐτῷ (1).

*Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου.*

(2) Πάλιν τοῦ κόσμου, οὐκ ἔθνους ἑνὸς, οὐδὲ εἴκοσι πόλεων, ἀλλὰ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης· καὶ φῶς νοητὸν, καὶ τῆς ἀκτῖνος πολὺ βέλτιον· ὥσπερ οὖν καὶ ἅλας πνευματικὸν, καὶ πρότερον ἅλας, καὶ τότε φῶς· ἵνα μάθῃς ἡλίκον τῶν καταστυφόντων τὸ κέρδος, καὶ τῆς σεμνῆς διδασκαλίας τὸ ὄφελος· καὶ γὰρ στύφει, καὶ οὐκ ἀφίησι διαῤῥεῦσαι, καὶ διαβλέψαι ποιεῖ πρὸς ἀρετὴν χειραγωγοῦσα. Τὸ δὲ, « Οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι, » καὶ τὰ ἑξῆς, τοῦτο δηλοῖ, ὅτι Οὕτω ἔσεσθε, φησὶν, πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ καταφανεῖς, ὥσπερ πόλις ὑπεράνω κορυφῆς ὄρους κειμένη, καὶ ὥσπερ λύχνος ἐπὶ τῆς λυχνίας φαίνων (3).

*Ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς.*

Ἅλας (4) καλεῖ τὴν φρόνησιν.

*Ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου.*

A ait, ac splenduit,» non ipsi priores ad lucem accurrerunt (5). Nempe res humanæ ante Christi adventum in tenebris versabantur : non enim ambulabant homines in tenebris, sed sedebant ; quod satis innuit, non sperasse eos conditionis suæ mutationem.

6 IV, 24, 25. *Et abiit opinio ejus in totam Syriam, et obtulerunt ei omnes male habentes variis languoribus et tormentis comprehensos, et qui dæmonia habebant, lunaticos et paralyticos, et curavit eos. Et secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, et Decapoli, et de Hierosolymis, et de Judæa, et de trans Jordanem.*

Perpendes autem naturales etiam passiones, iram ac cupiditatem, ad Evangelicum regimen surdos B homines facere. Si quis vero interrogarit, quænam inter morbum ac infirmitatem sit differentia, respondebimus infirmitatem quidem esse temporariam corporis inæqualitatem, morbum vero elementorum in corpore disproportionem. Illud vero etiam declarandum est, hæreditatem tribus Zabulon et Nephtalim usque ad Sidonem civitatem gentilem pertigisse, eosque deinceps mistim cum Judæis habitasse. Interpretatur autem Zabulon *via felicitatis et benedictio* ; Nephtalim, *truncus resolutus*, sive *frutex extensus*. Facti sunt autem hæc qui in Christum crediderunt ; recte enim ambulantes Dei benedictione digni habiti sunt, ac bonis omnibus cumulati sunt qui prius in Galilæa exsiste- C bant, quæ vocatur *devoluta*, id est devoluti ad barathrum perditionis.

V, 9. *Beati pacifici.*

Pacifici sunt illi etiam qui infideles ad fidem convertunt ; quia nempe Dei olim inimicos eidem conciliant.

V, 14. *Vos estis lux mundi.*

Rursus mundi dicit eos lucem, non autem gentis unius vel civitatum viginti, sed totius qui habitatur orbis. Et quidem lux denotatur intellectualis, quæ radiis solaribus multo est præstantior. Sal quoque spiritale intelligitur; imo prius (v. 13) salis mentio fuit, deinde lucis; ut cognoscas quantus sit acerbarum rerum quæstus, sacræque doctrinæ utilitas. Quippe hæc vim constringendi habent, neque D diffluere sinunt, atque ad virtutem spectare suadent.—Verba autem « Non potest civitas abscondi, » et reliqua, hoc denotant, quod nempe, Sic universo mundo conspicui eritis, sicuti urbs in fastigio montis collocata, et sicuti lucerna in candelabro relucens.

V, 13. *Vos estis sal terræ.*

Sal, id est sapientia.

V, 18. *Iota unum aut unus apex non præteribit a lege.*

(1) Catena Corderii, brevius, Εἰρηνοποιοὶ λέγονται καὶ οἱ πείθοντες τοὺς ἀπίστους πιστεύειν τῷ Θεῷ.
(2) *Πάλιν.* — Mai *B. N.* III, 128 et 134.
C Quia enim Deus ineffabiliter incarnatus erat, solus ipse bonum noscebat, humanaque malitia carebat, quod utique excelsæ præ omnibus substantiæ proprium est: nam quod naturaliter, firmiter atque immutabiliter bonum est, id ei unice proprieque convenit. « Nam nemo bonus nisi solus Deus, » juxta ipsius Servatoris effatum [26]. Cave igitur, ne ut infantulum tantummodo **128** in præsepi jacentem spectes, sed potius divitem in paupertate nostra Deum, ejusque rei causa a sanctis ipsis angelis decantatum; cujusmodi ille hymnus erat: « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, inter homines bona voluntas [27]. » Profecto angeli, cunctæque sanctæ virtutes, quæ attributum sibi ordinem retinuerunt, pacem quoque cum Deo conservant, D nullatenus voluntatem ejus transgrediuntur, sed in stabili justitia ac sanctitate manent. Nos vero miseri, qui Domini mandatis cupiditates nostras opposuimus, hostium instar apud illum evasimus. Verumtamen ea res per Christum destructa fuit, qui nostra pax est, nosque Patri Deo conjunxit, causam odii peccatum de medio tollens, fide justificans, sibique proximos faciens qui longe aberant, alioqui etiam condens duos populos in unum novum hominem, pacem faciens, duosque illos in uno corpore Patri reconcilians [28]. Placuit enim

[24] Isa. VIII, 3. [25] Deut. XXXII, 43 sec. Gr. [26] Marc. X, 18. [27] Luc. II, 14. [28] Ephes. II, 15.

(1) Haud scio an Cyrillus hoc loco innuere videatur famigeratam illam lectionem psalmi XCV, 10: *Dominus regnavit a ligno*, de qua tot verba a philologis sacrisque criticis facta sunt

Deo Patri cuncta in Christo instaurare, et cum superioribus infima copulare, atque unum gregem efficere, cœlestes atque terrestres [29]. Factus est itaque Christus pax nobis et bona voluntas.

V. 10. *Dixitque illis angelus*, etc.

Credendum est archangelum hunc fuisse, pastoribus gaudii nuntium, qui cum exercitu suo, cœlo descendit ad salutis humanæ felicem notitiam perferendam : solus tamen pastores alloquens, quorum oculis agmen ab ipso ductum non apparebat, propter angelicæ naturæ invisibilitatem.

V. 22. *Et postquam impleti sunt dies purgationis ipsorum secundum Moysis legem.*

Nunc igitur ex nuper lectis cognovimus illum Moysis legibus obedientem ; imo vero legislatorem ipsum ac Deum, quatenus homo est, decretis propriis obsequentem. Rei vero causam docebit nos sapientissimus Paulus dicens : « Cum parvuli essemus, sub elementis mundi eramus servientes. At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, **129** factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret [30]. » Ergo de legis maledicto redemit eos Christus, qui sub lege erant, non tamen illos qui eam observaverant. Quomodo autem redemit? nempe eam ipse adimplens. Vel, ut paulo aliter dicamus, ut Adami transgressionis crimen solveret, obedientem se docilemque præbuit pro nobis in omni re Patri Deo. Scriptum est enim, quod « Sicut per unius hominis inobedientiam, peccatores constituti sunt multi, ita per unius hominis obeditionem justi constituentur multi [31]. » Cervicem itaque legi æque ac nos supposuit, prudente consilio hoc ipsum agens : decebat enim ipsum implere omnem justitiam. Igitur adveniente die octava, qua mos erat circumcisionem carnis peragere ex legis placito, circumciditur et ipse qui legem Moysi dederat, et ante hunc Abrahamo. Nomen etiam suscipit, Jesus scilicet, quod Salus populi interpretatur. Sic enim voluit Deus Pater Filium suum nominari, genitum carnaliter ex muliere. Factus est enim tunc salus populi, neque unius tantummodo sed omnium gentium universæque terræ. Eodem itaque tempore circumcisio perficiebatur, et nomen is suscipiebat.

[29] Ephes. I, 10. [30] Galat. IV, 3, 4. [31] Rom. V, 19.

A ρήνην, καὶ ἀποκαταλλάττων ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι πρὸς τὸν Πατέρα· εὐδόκησε γὰρ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν αὐτῷ, συνεῖραί τε τοῖς ἄνω τὰ κάτω, καὶ ἀγέλην ἀποφῆναι μίαν, τούς τε ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς· γέγονεν οὖν ἡμῖν εἰρήνη τε καὶ εὐδοκία Χριστός.

*Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ ἄγγελος, κ. τ. λ.*

(B f. 24 b) Ἔστι νοεῖν ὡς ἀρχάγγελος ἦν, ὁ τοῖς ποιμέσι τὴν χαρὰν εὐαγγελισάμενος, ἅμα τῇ ὑπ' αὐτὸν στρατιᾷ κατιὼν ἐπὶ τὰ τῆς σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων εὐαγγέλια· κἂν τέως μονώτατος αὐτοῖς διελέγετο, μὴ ὑποπιπτούσης ταῖς αὐτῶν ὄψεσι τῆς ὑπ' αὐτὸν στρατιᾶς, διὰ τὸ τῆς φύσεως ἀόρατον.

*Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ*
B *αὐτῶν κατὰ τὸν νόμον Μωϋσέως.*

(A f. 33 b, E f. 89, H f. 96) Τέως οὖν ἴδομεν αὐτὸν, διὰ τῶν ἀρτίως ἀνεγνωσμένων, τοῖς διὰ Μωϋσέως εἴκοντα νόμοις· μᾶλλον δὲ τὸν νομοθέτην αὐτὸν καὶ Θεὸν, ὡς ἄνθρωπον τοῖς ἑαυτοῦ θεσπίσμασιν ὑποκείμενον· καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν, διδάξει λέγων ὁ σοφώτατος Παῦλος· « Ὅτε ἦμεν νήπιοι, ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ἦμεν δεδουλωμένοι· ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον (1) ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ (2). » Οὐκοῦν τῆς τοῦ νόμου κατάρας ἐξεπρίατο Χριστὸς τοὺς ὄντας μὲν ὑπὸ νόμον, οὐ μὴν ἔτι [E sine ἔτι] καὶ τετηρηκότας αὐτόν. Ἐξεπρίατο δὲ πῶς; Πληρώσας αὐτόν. Καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον· Ἵνα λύσῃ τῆς
C ἐν Ἀδὰμ παραβάσεως τὰ ἐγκλήματα, εὐπειθῆ καὶ εὐήνιον πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἑαυτὸν παρέστησεν ὑπὲρ ἡμῶν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί· γέγραπται γὰρ, ὅτι « Ὥσπερ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ, οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς, δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί. » Ὑφῆκε τοίνυν τῷ νόμῳ μεθ' ἡμῶν τὸν αὐχένα, οἰκονομικῶς καὶ τοῦτο πράττων· ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. Ἐνστάσης δὴ οὖν τῆς ὀγδόης, ἐν ᾗ σύνηθες ἦν τὴν ἐν σαρκὶ τελεῖσθαι περιτομὴν, κατά γε τὸ δοκοῦν τῷ νόμῳ, περιτέμνεται καὶ αὐτὸς ὁ τὸν νόμον δοὺς τῷ Μωϋσῇ, καὶ πρὸ τούτου τῷ Ἀβραάμ. Δέχεται καὶ τὸ ὄνομα, τουτέστι τὸ, Ἰησοῦς· ἑρμηνεύεται δὲ τοῦτο, Σωτηρία λαοῦ· οὕτω
D γὰρ ἠθέλησεν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ὀνομάζεσθαι τὸν ἴδιον Υἱὸν γεννηθέντα κατὰ σάρκα ἐκ γυναικός· γέγονε γὰρ τότε σωτηρία λαοῦ, καὶ οὐχ ἑνὸς, μᾶλλον

(1) Aubertus γεννώμενον hic et mox. Idem tamen initio fragmenti melius habet ἴδομεν *cognovimus*, quam nostri codices ἴδωμεν *cognoscamus*.

(2) Tractus hic Cyrilliani commentarii de circumcisione Domini, ejusque in templo oblatione, exstat partim in homilia edita Cyrilli ejusdem de hypapante Opp. t. V, part. II, [*nov. ed., t. X*] (quæ in codice H, f. 103, dicitur homilia 27). Ego igitur partem hanc meo more, utpote notam, omisissem, nisi in nostris codicibus; præsentique editione, non pauca interponerentur, quæ ab edita homilia absunt; et nonnulla etiam editoris Auberti manifesta et gravia sphalmata corrigerentur, ut animadversiones nostræ demonstrant; quarum præcipua esto hæc : quod nempe initio fragmenti (pag. 128) pro rectissima codicum nostrorum lectione νομοθέτην Θεὸν, ὡς ἄνθρωπον τοῖς ἑαυτοῦ θεσπίσμασιν ὑποκείμενον, Aubertus scribit νομοθέτην, ὡς Θεὸν (omisso ἄνθρωπον) τοῖς ἑαυτοῦ, etc., *legislatorem, ut Deum, suis legibus subditum;* qui palmaris in theologia error est. Et quidem ex nostris codicibus inferius etiam p. 132, *col.* 501 habemus : νομοθέτης ἦν ὡς Θεὸς, καὶ ὑπὸ νόμον ὡς ἄνθρωπος, *Legislator erat uti Deus, et legi subditus uti homo.*

δὲ παντὸς ἔθνους, καὶ πάσης τῆς ὑπ' οὐρανόν· ἐν ταύτῃ τοιγαροῦν τὸ τῆς περιτομῆς ἐτελεῖτο χρῆμα, καὶ τὴν κλῆσιν ἐδέχετο.

A Καὶ τί τὸ αἴνιγμα, φέρε δὴ πάλιν ἴδωμεν. Ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος· « Ἡ περιτομὴ οὐδέν ἐστι, καὶ ἡ ἀκροβυστία οὐδέν ἐστιν. » Ἆρ' οὖν τὸ μηδὲν τηρεῖσθαι προστέταχε διὰ τοῦ πανσόφου Μωϋσέως ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, καὶ κόλασιν ἐπαρτήσας τοῖς παραβαίνουσιν αὐτήν; Ναὶ, φαίην ἄν· ὅσον μὲν γὰρ ἧκεν εἰς τὴν τοῦ πράγματος φύσιν, οὐδέν ἐστιν παντελῶς· ὠδίνει δὲ μυστηρίου τύπον· κατὰ γὰρ τὴν ὀγδόην ἡμέραν ἀνεβίω Χριστὸς ἐκ νεκρῶν, καὶ δέδωκεν ἡμῖν τὴν ἐν πνεύματι περιτομήν. Προστέταχε γὰρ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Τελεῖσθαι δέ φαμεν τὴν ἐν πνεύματι περιτομὴν ἐν καιρῷ μάλιστα τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ὅτε καὶ μετόχους ἡμᾶς ἀποφαίνει Χριστὸς τοῦ ἁγίου
B Πνεύματος.—(E f. 89 b) Καὶ τούτου πάλιν εἰς τύπον ἦν ὁ ἀρχαῖος (1) ἐκεῖνος Ἰησοῦς, ὁ μετὰ Μωϋσέα στρατηγήσας· διεβίβασε γὰρ πρότερον τὸν Ἰορδάνην τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ· εἶτα καθίσας εὐθὺς μαχαίραις περιέτεμε πετρίναις. Οὐκοῦν ὅτε διαβῶμεν τὸν Ἰορδάνην, τότε Χριστὸς ἡμᾶς περιτέμνει τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος· οὐ σάρκα καθαίρων, ἀποκείρων δὲ μᾶλλον τὸν ἐν ψυχαῖς (2) μολυσμόν. (3) Ἐν ὀγδόῃ τοιγαροῦν περιτέμνεται Χριστὸς, καὶ τὴν κλῆσιν, ὡς ἔφην, λαμβάνει. Τότε γὰρ, τότε σεσώσμεθα παρ' αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ· « Ἐν ᾧ γὰρ, φησὶ, περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῆς σαρκὸς, ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ, συνταφέντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι, ἐν ᾧ καὶ συνηγέρ-
C θητε. » Οὐκοῦν ὁ θάνατος αὐτοῦ ὑπὲρ ἡμῶν γέγονε, καὶ ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ περιτομή· ἀπέθανε γὰρ, ἵνα ἡμεῖς οἱ συναποθανόντες αὐτῷ, αὐτοῦ ἀποθανόντος τῇ ἁμαρτίᾳ, μηκέτι ζήσωμεν τῇ ἁμαρτίᾳ. Διὸ εἴρηται· « Εἰ συναπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν » Ἀποθανεῖν δὲ λέγεται τῇ ἁμαρτίᾳ, οὐχ ὅτι ἥμαρτεν (« Οὐδὲ γὰρ ἁμαρτίαν ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ »), ἀλλὰ διὰ τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν. Ὥσπερ οὖν συναπεθάνομεν αὐτῷ ἀποθνήσκοντι, καὶ συναναστῶμεν αὐτῷ.

Πάλιν ἐπειδὴ γέγονεν μεθ' ἡμῶν ὁ Υἱὸς, καίτοι Θεὸς ὢν φύσει καὶ τῶν ὅλων Κύριος, ταύτῃ τοι καὶ τὸ καθ' ἡμᾶς οὐκ ἀτιμάζει μέτρον, ἀλλὰ μεθ' ἡμῶν ὑπὸ τὸν αὐτὸν νόμον γέγονε, καίτοι νομοθέτης ὢν
D αὐτὸς ὡς Θεός· περιτέμνεται ὀκταήμερος μετὰ Ἰουδαίων, ἵνα τὴν συγγένειαν βεβαιώσῃ, ὅπως μὴ ἀρνήσωνται αὐτόν· ἐκ σπέρματος γὰρ Δαβὶδ προσεδοκᾶτο ὁ Χριστός· καὶ ἔδειξε τὸ τεκμήριον τῆς συγγενείας. Εἰ γὰρ καὶ περιτμηθέντος αὐτοῦ ἔλεγον, Τοῦτον οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν· εἰ μὴ περιετμήθη κατὰ σάρκα, καὶ τὸν νόμον ἐφύλαξεν, ἔσχεν ἂν πρό-

A Quid autem hic lateat arcani, denuo dispiciamus. Beatus ait Paulus: « Circumcisio nihil est, et præputium nihil est [32]. » Ergone rem, quæ nulla est, observari omnium Deus per sapientissimum Moysen mandavit, pœna transgressoribus simul indicta? Aio enimvero. Nam circumcisio, si rei **130** ipsius natura spectetur, nihil omnino est; sed mysterii typum continet. Namque octava hebdomadæ die et resurrexit Christus a mortuis, et spiritalem nobis fecit circumcisionem. Præcepit enim sanctis apostolis: « Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti [33]. » Fieri vero dicimus spiritalem circumcisionem tempore potissimum sancti baptismatis, quo nimirum participes nos efficit
B Christus sancti Spiritus. Cujus rei typus item fuit priscus ille Jesus, qui post Moysen gessit ducatum. Is enim primus filios Israelis trans Jordanem tulit: deinde ibi subsistens, statim eos lapideis gladiis circumcidit. Ergo postquam Jordanem trajecimus, tunc Christus nos circumcidit Spiritus sancti virtute, haud carnem quidem purgans, sed animarum potius maculas eluens. Octava igitur die circumciditur Christus, et nomen, ut dixi, sumit. Tunc enim, tunc prorsus ab ipso et per ipsum salvati fuimus: « In quo, inquit (Paulus), circumcisi estis circumcisione non manufacta in exspoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi: consepulti ei in baptismo, in quo et conresurrexi-
C stis [34]. » Ergo mors ejus nostri gratia accidit, nec non resurrectio et circumcisio. Mortuus est enim, ut nos cum eo pariter mortui, postquam ipse semel peccato mortuus est, haud ulterius peccato vivamus. Quare dictum est: « Si commortui sumus, et convivemus. » Is autem non ideo mortuus peccato dicitur, quia peccaverit: etenim « peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus [35]; » sed propter peccatum meum mortuus est. Sicut ergo cum eo moriente mortui pariter sumus, ita et cum ipso resurgemus [36].

Rursus quia Filius nobiscum versari voluit, quanquam Deus natura suapte erat et omnium Dominus, idcirco modulum nostrum non respuit, sed nobiscum legi semet **131** subjecit, legislator licet
D ac Deus. Circumciditur octava a nativitate die cum Judæis, ut generis cognationem affirmet, neque eum postea velint negare. Namque ex Davidis stirpe Christus exspectabatur. Et signum præ se ferre voluit cognationis ejus. Si enim de circumciso etiam aiebant, nescire se undenam is esset; si forte circumcisus non fuisset neque legem observasset,

[32] I Cor. VII, 19. [33] Matth. XXVIII, 18. [34] Coloss. II, 11. [35] I Petr. II, 22. [36] II Timoth. II, 11.

(1) Perverse prorsus Aubertus ἀρχιερεὺς *pontifex*, qualis nunquam fuit Josue, pro ἀρχαῖος *priscus*.

(2) Male rursus Aubertus τὸν ἔμψυχον pro τὸν ἐν ψυχαῖς.

(3) Conferatur Philonis breve de circumcisione scriptum.

negandi causa honesta fuisset. Verumtamen post ipsius circumcisionem, cessavit circumcisio, subintrante eo quod ab illa portendebatur, id est baptismate; cujus beneficio nos ulterius haud circumcidimur. Videtur enim mihi circumcisio tria effecisse. Primo videlicet signo quodam impresso, Abrahami posteros a reliquis gentibus distinguebat. Secundo, divini baptismatis typum, gratiam atque virtutem in se portendebat. Sicuti enim circumcisus, in Dei populum per id signum olim cooptabatur; sic baptizatus, Christo in se sigilli instar recepto, inter filios Dei ascribitur. Tertio denique, symbolum erat constitutorum in gratia fidelium, quatenus hi carnalium voluptatum passionumque commotiones, exacuto fidei verbo, asceticisque laboribus præcidunt atque mortificant, haud corpus incidentes, sed cor purgantes, et spiritu, non littera circumcisi: quorum laudem haud humano judicio indigere, sed cœlesti suffragio niti, divus Paulus testatur [37].

Cum ergo lex adversus quamlibet mulierem, quæ masculum feminamque peperisset, lata esset, eaque universalem prorsus faceret intimationem, nihilominus omni dedecore carebat sancta Virgo, de qua natum carnaliter Christum dicimus. Considera enim, si libet, legis accuratum tenorem. « Mulier, » inquit, non indifferenter quælibet, sed « quæ suscepto semine masculum pepererit, immunda esto [38]. » Atqui hoc loco **132** corpus divinum dicimus a sancto Spiritu compactum, ineffabiliter elaboratum in sancta Virgine, naturæ neglectis legibus. Minime enim seminali officio indigebat sanctorum primogenitus, inchoatio illorum qui a Deo per Spiritum regenerationem sortiuntur: de quibus dictum est manifeste, « Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis aut viri, sed ex Deo nati sunt [38*]. » Ergo extra omnem legis damnationem sancta Virgo erat, quæ nullum semen experta est, sed operante Spiritu divinum nobis infantem edidit.

Post circumcisionem, adhuc tempus purgationis exspectat. Et postquam dies completi sunt, plenitudinis autem dies quadragesimus erat, tunc Hierosolymam ducitur ad conspectum Patris, ceu homo nobis similis, is qui illi assidet tanquam Deus Verbum, et qui per umbram legis inter primogenitos ascriptus est. Nam devoti erant et sacrati Deo, etiam ante Verbi incarnationem, primogeniti qui ei ex legis præscripto offerebantur. O magnum dispensationis mysterium! « O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei [39]! » Qui in sinu Patris est, cui omnia sistuntur serviliter, qui ab omnibus sacro cultu honoratur, iis quo tempore in humani-

φασιν εὔλογον αὐτῶν ἡ ἄρνησις· μετὰ μέντοι τὸ περιτμηθῆναι αὐτὸν, πέπαυται ἡ περιτομὴ, εἰσαχθέντος ἡμῖν τοῦ σημαινομένου δι' αὐτῆς, ἤτοι τοῦ βαπτίσματος· διὰ τοῦτο ἡμεῖς οὐκέτι περιτεμνόμεθα. Δοκεῖ γάρ μοι ἡ περιτομὴ τρία τινὰ πραγματεύεσθαι· ἓν μὲν, οἱονεὶ σημείῳ τινὶ καὶ σφραγίσει τοὺς ἐγγόνους Ἀβραὰμ ἀφορίζουσα, καὶ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν διαστέλλουσα· δεύτερον, ἐν ἑαυτῇ τὴν τοῦ θείου βαπτίσματος προτυποῦσα χάριν καὶ δύναμιν· ὥσπερ γὰρ ὁ περιτεμνόμενος, εἰς λαὸν Θεοῦ διὰ τῆς σφραγῖδος πάλαι ἐχρημάτιζεν· οὕτως ὁ βαπτιζόμενος σφραγῖδα τὸν Χριστὸν ἐν ἑαυτῷ τυπωσάμενος, εἰς υἱοθεσίαν Θεοῦ ἀναγράφεται. Καὶ τρίτον, σύμβολον τῶν ἐν χάριτι καθισταμένων πιστῶν, οἳ τῶν σαρκικῶν ἡδονῶν καὶ παθῶν τὰς ἐπαναστάσεις τῷ τμητικῷ τῆς πίστεως λόγῳ, καὶ πόνοις ἀσκητικοῖς ἐκτέμνουσι καὶ ἀπονεκροῦσιν, οὐ σῶμα τέμνοντες, ἀλλὰ τὴν καρδίαν καθαίροντες, καὶ πνεύματι οὐ γράμματι περιτεμνόμενοι· ὧν καὶ τὸν ἔπαινον (E f. 90) οὐκ ἀνθρωπίνης ἐπικρίσεως δεῖσθαι, ἀλλὰ τῆς ἄνωθεν ἠρτῆσθαι ψήφου, Παῦλος ὁ θεῖος διαμαρτύρεται.

(E f. 120 b, K f. 4 b) Ἰόντος (1) τοίνυν τοῦ νόμου κατὰ γυναικὸς ἁπάσης τικτούσης ἄρσεν ἢ θῆλυ, καὶ γενικωτάτην ἡμῖν ποιουμένου τὴν κατάῤῥησιν, ὑπεξαίρεται τῆς δυσφημίας ἡ ἁγία Παρθένος, ἧς ἐκφῦναί φαμεν τὸ κατὰ σάρκα Χριστόν. Θέα γὰρ, εἰ σοι δοκεῖ, τοῦ νόμου τὸ ἀκριβές· « Γυνὴ » γὰρ, φησὶ, καὶ οὐ πᾶσα τυχὸν ἀδιακρίτως, ἀλλ' « ἥτις ἂν σπερματισθῇ καὶ τέκῃ ἄρσεν, ἀκάθαρτος ἔστω. » Ἐνταῦθα δὲ ἐκ Πνεύματος ἁγίου τὸ θεῖον συνέστη σῶμα, πλαστουργούμενον ἀῤῥήτως ἐν τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ, καὶ τῶν τῆς φύσεως νόμων ὀλίγα πεφροντικός· ἥκιστα γὰρ σπερματικῆς ἐδεῖτο καταβολῆς ὁ τῶν ἁγίων πρωτότοκος, ἡ ἀπαρχὴ λαχόντων τὴν ἐκ Θεοῦ διὰ Πνεύματος ἀναγέννησιν· περὶ ὧν εἴρηται σαφῶς· « Οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς ἢ ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. » Διέδρα δὴ οὖν τὴν ἐκ νόμου καταβοὴν ἡ ἁγία Παρθένος, σπερματισθεῖσα μὲν οὐδαμῶς, ἐνεργείᾳ δὲ τῇ διὰ Πνεύματος τὸ θεῖον ἡμῖν ἀποκυήσασα βρέφος.

(E f. 120, H f. 103 b) Μετὰ τὸ περιτμηθῆναι, τὸν τοῦ καθαρισμοῦ πάλιν ἀναμένει καιρόν· καὶ ὅτε ἐπληρώθησαν αἱ ἡμέραι (πλήρωσις δὲ ἡμερῶν ἡ τεσσαρακοστὴ ἦν), τότε ἀνάγεται εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ εἰς ὄψιν ἄγεται τοῦ Πατρὸς, ὡς ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, ὁ συνεδριάζων αὐτῷ Θεὸς Λόγος, ὁ καὶ διὰ τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς ἐν τοῖς πρωτοτόκοις γραφόμενος. Ἅγια γὰρ καὶ ἱερὰ τῷ Θεῷ καὶ τὰ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως πρωτότοκα, ἅπερ ἔθυον αὐτῷ κατὰ νόμον. Ὢ μεγάλης οἰκονομίας! ὢ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ! Ὁ ἐν κόλποις ὢν τοῦ Πατρὸς, ᾧ τὰ πάντα προσάγεται δουλοπρεπῶς, ὁ ταῖς παρὰ πάντων λατρείαις δοξαζόμενος, ὅτε γέγονεν ἐν

[37] Rom. II, 29. [38] Levit. XII, 2. [38*] Joan. I, 13. [39] Rom. XI, 33.

(1) Citatur sequens locus ad litteram ex cap. 15 commentariorum Cyrilli abs Joanne Cæsariensi in opere inedito contra Severum pro concilio Chalcedonensi, cujus apud me habeo interpretationem ex Syriaco, quo tantum in idiomate superest id opus inter codices Vaticanos, Græco textu jamdiu amisso.

τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις, τῷ ἰδίῳ Γεννήτορι A προσφέρει θυσίαν. Ὦ τοῦ παραδόξου πράγματος! Τοὺς τοῦ νόμου τύπους τετήρηκεν ἡ ἀλήθεια. Διὰ ποίαν αἰτίαν; Ὅτι καὶ νομοθέτης ἦν ὡς Θεὸς, καὶ ὑπὸ νόμον ὡς ἄνθρωπος. Τί δὲ δὴ προσκεκόμικεν; Ὡς πρωτότοκος καὶ ἄρσην, ζεῦγος τρυγόνων, καὶ (1) δύο νεοσσοὺς περιστερῶν, κατὰ τὸ τῷ νόμῳ διηγορευμένον. Ἀλλὰ τί βούλεται ταῦτα δηλοῦν; Ἡ μὲν τρυγὼν, ἔστι λαλίστατον ἐν στρουθίοις· ἡ δὲ περιστερὰ, ζῶον ἤπιον καὶ πρᾷον. Γέγονε δὲ τοιοῦτος εἰς ἡμᾶς ὁ τῶν ὅλων Ποιητὴς καὶ Κύριος, πραότητα μὲν τὴν εἰς ἄκρον ἔχων, τρυγόνος δὲ δίκην κατακηλήσας τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ τῆς ἑαυτοῦ καλλιφωνίας τὸν ἴδιον ἀμπελῶνα πληρῶν, τουτέστιν ἡμᾶς τοὺς πιστεύσαντας εἰς αὐτόν. Γέγραπται γοῦν ἐν τῷ B Ἄσματι τῶν ᾀσμάτων, ὅτι « Φωνὴ τῆς τρυγόνος ἠκούσθη ἐν τῇ γῇ ἡμῶν· αἱ ἄμπελοι κυπρίζουσι· » λελάληκε γὰρ πρὸς ἡμᾶς τὸ θεῖόν τε καὶ εὐαγγελικὸν κήρυγμα, τὸ παντὸς τοῦ κόσμου σωτήριον, ὁ Χριστός. Ἐσφάζετο μὲν οὖν τρυγὼν καὶ περιστερὰ, ἵνα πάλιν αὐτὸς ὡς διὰ τύπων ἡμῖν σημαίνηται, τὸν ὑπὲρ τῆς κόσμου ζωῆς ὑπομένων θάνατον κατὰ σάρκα. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εὐφωνοτάτη τρυγὼν, αὐτὸς ἡ ἀκέραιος περιστερά. Ἑαυτὸν οὖν ἄρα προσκεκόμικεν ὁ Χριστὸς καθ' ἕνα καιρὸν ὁμοῦ τοῖς τύποις τὴν ἀλήθειαν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, ἵν' ἡμᾶς δι' ἑαυτοῦ προσαγάγῃ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, λύσῃ τε οὕτω τὴν ἐφ' ἡμᾶς γενομένην ἀποστροφὴν, διά τε τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν (2), καὶ τὴν κατὰ πάντων ἡμῶν τυραννήσασαν ἁμαρτίαν, καὶ οὕτως ἐπισκοπῆς ἀξιώσῃ τῆς πατρι- C κῆς. Ἡμεῖς γὰρ ἦμεν οἱ πάλαι βοῶντες· « Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με, » ὡς ὁ Ψάλλων φησίν. « Ὀφθαλμοὶ γὰρ, φησὶ, Κυρίου ἐπὶ δικαίους. » Οὐ γὰρ ἐπιβλέπει Κύριος τοὺς ταῖς ἁμαρτίαις ἐνεχομένους, ἀλλ' ἐπὶ τὸν πρᾷον καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντα αὐτοῦ τοὺς θείους λόγους· ἔδει οὖν καθαρθῆναι πρότερον ἡμᾶς, καὶ οὕτως ἀξιωθῆναι Θεοῦ ἐποψίας· κεκερδάκαμεν δὲ τοῦτο διὰ τοῦ πάντων Σωτῆρος Χριστοῦ γεννωμένου ἐκ γυναικὸς, καὶ γενομένου ὑπὸ νόμον.

latis modulo apparuit, proprio genitori bestiam offert. O res mira! Legis typos ille observat, qui est Veritas. Cur, inquam? Quia legislator erat quatenus Deus, legi autem subditus quatenus homo. Quid vero obtulit? Ut primogenitus et masculus, par turturum, duosque pullos columbarum, juxta legis edictum. Hæc autem quidnam significant? Turtur sane inter altilia loquacissimus est: columba vero animal mite et mansuetum. Talem porro se exhibuit erga nos rerum omnium Creator et Dominus, mansuetudinem quidem summam retinens, instar vero **133** turturis mundum cantu demulcens, suaque melodia propriam vineam replens, id est nos qui in ipsum credidimus. Scriptum est itaque in Cantico canticorum: « Vox turturis audita est in terra nostra, vites florent [40]. » Nobis enim divinum angelicumque præconium, universo orbi salutiferum, Christus elocutus est. Mactabantur itaque turtur atque columba, ut ipse denuo ceu per typos nobis denotaretur, mortem in carne sua pro mundi vita passurus. Ipse enim est canorus maxime turtur, ipse simplex columba. Semet ergo Christus obtulit, typum simul et veritatem, in odorem suavitatis, ut nos per se ipsum Deo Patri offerret, et nostram ab eo aversionem dissolveret, quæ ob factam in Adamo transgressionem evenerat, et ob peccati in nos omnes tyrannidem, atque ita Patris respectu nos dignos efficeret. Nos enim sumus, qui ab antiquo clamamus: « Respice in me, et miserere mei, » ut ait Psalmista [41]. Namque « Oculi Domini super justos [42]. » Non enim respicit Dominus peccatis deditos, sed mitem et quietum, et divinos sermones metuentem. Oportuit igitur nos ante purgari, atque ita divina inspectione dignos reddi. Id autem consecuti sumus per universalem Servatorem Christum ex muliere natum, factum sub lege.

Ἀλλὰ ζητητέον πρῶτον μὲν, περὶ τίνος γέγραπται τὸ *περὶ τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν*· δεύτερον δὲ, περὶ τοῦ παραστῆσαι αὐτὸν τῷ Κυρίῳ· καὶ τρίτον, τί σημαίνει τὸ ζεῦγος τῶν τρυγόνων, καὶ οἱ δύο νεοσσοὶ τῶν περιστερῶν: Εἰ γὰρ τὸ *περὶ τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν*, περὶ τῆς ἁγίας Θεοτόκου, ἢ περὶ τοῦ μακαρίου Ἰωσὴφ, ἢ περὶ τοῦ Κυρίου νομίσει τις λέγεσθαι, ἀσεβήσει. Οὔτε γὰρ ὁ Ἰωσὴφ ἔγνω τὴν ἁγίαν Παρθένον, οὔτε αὐτὴ ἐν ἀνομίαις συνέλαβε, καθὼς αἱ ἄλλαι γυναῖκες, ἵνα περὶ τοῦ καθαρισμοῦ ἑαυτῶν προσενέγκωσιν· ἀλλ' ἀσπόρως συνέλαβε, καὶ ἀφθόρως ἔτεκεν. Ὅπου δὲ οὐ γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς σύνοδος, οὐχ

Sed primo quærendum est, quemnam designent verba, *Purgationis eorum*; secundo de Jesu coram Domino oblatione; tertio quid significent par turturum et duo columbarum pulli. Etenim si *purgationis eorum* de sancta Deipara, vel de beato Jo- D sepho, vel de ipso Domino existimet aliquis dici, irreligiosus erit. Nam neque Josephus sanctam Virginem carnaliter cognoverat, neque ipsa in peccatis conceperat ut cæteræ mulieres, ita ut pro sua ipsorum purgatione offerre deberent. Sine semine quippe concepit, sine corruptela peperit. Ubi autem non est mulieris cum **134** viro copula, ne-

[40] Cant. I, 12. [41] Psal. XXIV, 16. [42] Psal. XXXIII, 16.

(1) Hoc loco Aubertus scribit ἢ *aut*, pro καὶ *et*. Profecto sacer textus et lex alternante sententia loquuntur. Apud Maldonatum tamen graves auctores utrumque munus a B. Maria oblatum existimare videntur, nempe Origenes homil. 14 *in Luc.*, et S. Ambrosius lib. II, 8, *De Abraham*; quibus nunc accedit in cod. E Cyrillus non hic solum, verum etiam infra p. 134 (col. 504).

(2) En nostrum in Adamo originale peccatum, quod Noeterici rursus increduli negant; Ecclesia autem divinis Scripturis Patribusque suis innixa constanter confitetur.

que somnus et voluptas, neque conjugalis coitio, quænam sit purgationis necessitas? Sed neque de Domino id dictum fuit, immaculato scilicet et quamlibet munditiam excedente.

V. 24. *Et ut darent hostiam*, etc.

Item exactoribus solvit didrachma, quanquam id non debebat, propterea quod ipse verus Filius erat: solvit tamen, postquam semet legi subjecerat. Prorsus enim oportebat œconomicum illud munus exsequi quod nostri causa susceperat. Quin adeo Christum in ipsius didrachmatis solutione, ceu Servatorem Redemptoremque expressum comperiemus. Erat enim didrachma nummi genus regalem præ se ferentis imaginem, qui præscripto legis pro duobus solvebatur capitibus. Specta igitur in didrachmate item Christum repræsentatum. Ipse enim, cum sit imago Patris, figura substantiæ illius [43], seu ipsum obtulit duorum populorum redemptionem, Judaici, inquam, atque ethnici.

V. 28. *Et ipse accepit eum in ulnas suas.*

Portabatur ad templum Christus, pusillus adhuc infans et lactens, et quæ a lege imperata fuerant offerebat, par turturum et duos columbarum pullos. Erant autem hæc temperantiæ et mansuetudinis typus. Præterea differentiam duorum vitæ generum indicabant, quorum utriusque legislator Deus, conjugii nimirum ac cælibatus. Potes autem dicere expeditos hos et magis spiritales, ac solitariæ vitæ amatores, esse columbas: turtures vero illos, qui procreandis liberis ac reliquis negotiis dant operam. Jam beatus Simeon prophetica gratia exornatus, Jesum in ulnas recipit, supernoque gaudio plenus, Deo benedicit inquiens: « Nunc dimittis servum tuum, Domine. » Unde, inquam, dimittis? Ex mundano stadio; nam vita hæc carcer est et ex carcere liberatio. Porro qui pacem mundo **135** daturus est, venit: qui cœlum terræ copulat, imo qui terram evangelica sua doctrina transformat in cœlum. « Quia vidi salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. » Nam Christi mysterium ante ipsam mundi constitutionem præparatum fuit, postremis autem sæculi temporibus manifestatum. Ipse autem factus est lux obtenebratis et errantibus ac diabolica sub manu prostratis. Vocati enim fuerunt a Deo Patre ad Filii sui agnitionem, qui est vera lux; insuper, ad Israelis quoque gloriam. Etsi enim nonnulli ex his fuerunt contumeliosi, inobedientes, plenamque insipientia mentem gerentes; attamen reliquiæ salvæ fuerunt [44], et per Christum honoratæ. Primitiæ autem ex his fuere divi discipuli, quorum clarissimus splendor universam terram illustrat. Aliter quoque Israelis Christus est gloria, quia ex ipso secundum

[43] Hebr. I, 3. [44] Rom. IX, 27.

A ὕπνος καὶ ἡδονὴ, οὐ συνδυασμὸς καὶ μίξις, τίς χρεία καθαρισμοῦ; Ἀλλ' οὐδὲ περὶ τοῦ Κυρίου τοῦτο εἴρηται, τοῦ ἀκηράτου καὶ ὑπὲρ πᾶσαν καθαρότητα.

*Καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν*, κ. τ. λ.

(A f. 36 b, E f. 121, H f. 105 b) Πάλιν συνετέλεσε τοῖς δασμολογοῦσι τὸ δίδραχμον, καίτοι συντελέσαι μὴ ὀφείλων διά γε τὸ εἶναι κατὰ ἀλήθειαν Υἱός· συντετέλεκε δὲ, ὅτε γέγονεν ὑπὸ νόμον. Ἔδει γὰρ, ἔδει πληροῦν τὴν οἰκονομίαν, ἣν κατεδέξατο δι' ἡμᾶς. Αὐτὸν δὲ δὴ καὶ ἐν τῇ τοῦ διδράχμου καταβολῇ γραφόμενον ὡς Σωτῆρα καὶ Λυτὴν εὑρήσομεν. Ἦν μὲν γὰρ τὸ δίδραχμον, νομίσματος εἶδος, βασιλικὴν ἔχοντος εἰκόνα, συνετελεῖτο δὲ κατὰ τὸν νόμον ὑπὲρ δύο κεφαλῶν. Ὅρα τοίνυν ἐν τῷ διδράχμῳ πάλιν τὸν Χριστὸν B ἀνατυπούμενον. Αὐτὸς γὰρ ὑπάρχων ἡ εἰκὼν τοῦ Πατρὸς, ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, τὸ νόμισμα τὸ ἐξ οὐρανοῦ, προσεκόμισεν ἑαυτὸν τῶν δύο λαῶν τὸ ἀντίλυτρον, τοῦ τε ἐξ Ἰουδαίων, φημὶ, καὶ τοῦ ἐξ ἐθνῶν.

*Καὶ αὐτὸς ἐδέξατο αὐτὸν ἐν ἀγκάλαις αὐτοῦ.*

(A f. 38, C f. 109, E f. 125, M f. 258 b) Εἰσεφέρετο μὲν ἐν τῷ ἱερῷ ὁ Χριστὸς βρέφος ὢν ἔτι βραχὺ (1) τε καὶ ὑπομάζιον, καὶ τὰ ὡρισμένα τῷ νόμῳ προσῆγε, ζεῦγος τρυγόνων καὶ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν· σωφροσύνης τε καὶ πραότητος ὁ τύπος, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ βίου διαφορᾶς, ὧν [cod. ὡς] ἀμφοτέρων νομοθέτης, γάμου τε καὶ ἀγαμίας. Εἴποις γὰρ ἂν τοὺς μὲν εὐζώνους καὶ πνευματικωτέρους καὶ τὸν μονήρη βίον ἐπανῃρημένους, εἶναι τὰς περι- C στεράς· τοὺς δὲ παιδοποιίας καὶ τῆς ἄλλης οἰκονομίας πεποιημένους πρόνοιαν, τρυγόνας. Ὁ δέ γε μακάριος Συμεὼν, προφητικῇ χάριτι τετιμημένος, δέχεται μὲν εἰς ἀγκάλας αὐτὸν, θυμηδίας τε τῆς ἀνωτάτω πιμπλάμενος, εὐλογεῖ τὸν Θεὸν, λέγων· « Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα. » Πόθεν ἀπολύεις; Ἐκ τοῦ βιωτικοῦ σκάμματος· λύτρα γὰρ καὶ δεσμωτήριον ὁ βίος. Ὁ γὰρ μέλλων εἰρήνην ποιεῖν τῷ κόσμῳ παρεγένετο, ὁ συνάπτων τὸν οὐρανὸν τῇ γῇ, ὁ κατασκευάζων τὴν γῆν οὐρανὸν διὰ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας. « Ὅτι εἶδον τὸ σωτήριόν σου, ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν. » Προητοίμαστο γὰρ τὸ Χριστοῦ μυστήριον καὶ πρὸ αὐτῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς· πεφανέρωται δὲ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος D καιροῖς· γέγονε δὲ φῶς ἐν σκότει καὶ πεπλανημένοις καὶ ὑπὸ χεῖρα πεσοῦσι διαβολικήν· κέκληνται γὰρ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ Υἱοῦ, ὅς ἐστι φῶς τὸ ἀληθινόν· ἀλλὰ καὶ εἰς δόξαν τοῦ Ἰσραήλ. Εἰ γὰρ καὶ γεγόνασί τινες ἐξ αὐτῶν ὑβρισταὶ καὶ ἀπειθεῖς καὶ ἀσυνεσίας ἔμπλεω τὴν διάνοιαν ἔχοντες, ἀλλ' οὖν σέσωσται τὸ κατάλειμμα, καὶ δεδόξασται διὰ Χριστοῦ. Ἀπαρχὴ δὲ τούτων οἱ θεσπέσιοι γεγόνασι μαθηταὶ, ὧν ἡ τῆς εὐκλείας φαιδρότης, ὅλην περιαστράπτει τὴν ὑπ' οὐρανόν· δόξα δὲ καὶ

(1) Corderius in Catena ad Psalmos, seu *ad canticum Simeonis*, t. III, p. 961, habet partem hujus fragmenti, sed ridicule βραχύς pro βραχύ, quod ipse, ut sensum mitiget, Latine interpretatur *rudis tam* hic quam in catena Lat. ad Luc. p. 60.

ἑτέρως τοῦ Ἰσραὴλ ὁ Χριστὸς, ὅτι προῆλθεν ἐξ αὐ- A τῶν κατὰ σάρκα, καίτοι Θεὸς ὢν ἐπὶ πάντας καὶ προαιώνιος.

*Ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ.*

(A f. 39, E f. 128 b) Τέθειται μὲν παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ Ἐμμανουὴλ εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν, λίθος ὢν ἐκλεκτὸς ἀκρογωνιαῖος, ἔντιμος. Ἀλλ' οἱ μὲν ἐπ' αὐτῷ πιστεύσαντες, οὐ κατῃσχύνθησαν· οἱ δὲ ἄπιστοι, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον οὐκ ἰσχύσαντες ἰδεῖν, πεσόντες συνετρίβησαν. Ἔφη γάρ που πάλιν ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ· « Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον προσκόμματος, καὶ πέτραν σκανδάλου· καὶ ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ μὴ καταισχυνθῇ· ἐφ' ὃν δ' ἂν πέσῃ, λικμήσει αὐτόν. » Ἀλλ' ἠσφαλίσατο τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ὁ προφήτης, λέγων· « Κύριον αὐτὸν ἁγιάσετε, καὶ αὐτὸς B ἔσται σου φόβος· καὶ ἐὰν ἐπ' αὐτῷ πεποιθὼς ᾖς, ἔσται σοι εἰς ἁγιασμὸν, καὶ οὐχ ὡς λίθου προσκόμματι συναντήσεσθε αὐτῷ, οὐδὲ ὡς πέτρᾳ πτώματος. » — (A f. 39, E f. 129) Οὐκοῦν ἐπειδήπερ Κύριον καὶ Θεὸν ὄντα τὸν Ἐμμανουὴλ οὐχ ἡγίασεν ὁ Ἰσραὴλ, οὔτε μὴν ἠθέλησεν ἐπ' αὐτῷ πεποιθέναι, περιπταίσας ὡς λίθῳ διὰ τὴν ἀπιστίαν, συνετρίβη καὶ πέπτωκεν· ἀνέστησαν δὲ πολλοὶ, τουτέστιν οἱ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν παραδεξάμενοι. — (A f. 39 b, E f. 130, H f. 116) Ἢ καὶ ὡς ὁ σοφώτατος γράφει Παῦλος, « Ἰουδαίοις μὲν ἐστι σκάνδαλον ὁ σταυρὸς, ἔθνεσι δὲ μωρία. » Καὶ πάλιν· « Ὁ λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ, τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις, μωρία ἐστί· τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν, δύναμις Θεοῦ εἰς σωτηρίαν. » Διὰ τοῦτο εἰς C σημεῖον ἀντιλεγόμενον ὁ Κύριός ἐστι.

*Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία.*

(A f. 40, B f. 31, E f. 131, H f. 117) Συντομώτερον δὲ εἰπεῖν, ῥομφαίαν ἐν τούτοις καταδηλοῦσθαί φαμεν, ὡς ἐν εἴδει μαχαίρας τὸν πειρασμὸν, ἢ καὶ αὐτὸ τὸ πάθος τὸ ἐκ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀπονοίας ἐπενηνεγμένον τῷ Ἐμμανουήλ. Καὶ ἔοικέ γε συνιέναι οὕτως, καὶ μὴν καὶ εἰπεῖν ὁ δίκαιος Συμεών· μόνον γὰρ οὐχὶ ῥομφαίᾳ κατεσφάζετο ἡ ἁγία Παρθένος, σταυρούμενον ὁρῶσα τὸν ἐξ αὐτῆς γεννηθέντα κατά γε τὴν σάρκα (1). Τοιοῦτον καὶ τὸ παρὰ τῷ Ζαχαρίᾳ· « Ῥομφαία, ἐξεγέρθητι ἐπὶ τὸν ποιμένα μου· » τουτέστιν, Ἐνεργείσθω λοιπὸν τὸ σωτήριον πάθος, καὶ ὁ D τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀναδείξεως ἡκέτω καιρός.

*Τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε*, κ. τ. λ.

(A f. 42, B f. 32, C f. 109 b., E f. 135 b., H. f. 124) Τὸ δὲ λέγειν, ὅτι « Τὸ παιδίον ηὔξανε καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας, καὶ χάρις Θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτῷ, » ταῦτα κατὰ τὸ ἀνθρώπινον εἰρῆσθαι δεκτέον. Ἄθρει δέ μοι τῆς οἰκονομίας τὸ βάθος·

carnem processit, quanquam Deus supremus erat et ante sæcula.

V. 34. *Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel.*

Positus est a Deo Patre Emmanuel in fundamentis Sionis, lapis electus, angularis, pretiosus. Et ei quidem credentes, non sunt confusi; increduli autem, et qui latens in eo mysterium cernere haud potuerunt, præcipitio contriti fuere. Ait enim alicubi Deus Pater: « Ecce pono in Sione lapidem offensionis, petram scandali. Et qui ei confiderit, non confundetur; in quem autem ceciderit, ipsum conteret [45]. » Sed enim securos esse jussit Israelitas propheta dicens: « Dominum ipsum honorate, et sit Dominus timor tuus. Quod si illi confisus fueris, erit tibi honori, nec velut ad lapidem offensionis petramque lapsus in illum incurretis [46]. » Ergo quia Dominum ac Deum Emmanuelem noluit honorare Israel, neque ei confidere, impingens in lapidem ob suam incredulitatem, ruit et confractus est. Contra multi consurrexerunt, ii nimirum qui fidem illius admiserunt. — Vel quomodo sapientissimus **136** scribit Paulus: « Judæis quidem scandalum est crux, gentibus autem stultitia [47]. » Et rursus: « Crucis doctrina, pereuntibus quidem stultitia est; iis autem qui salvi fiunt, virtus Dei ad salutem [48]. » Propterea in signum contradictionis Dominus est.

V. 35. *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.*

Ut rem paucis expediamus, romphæa hic denotari dicimus, ceu gladio quodam, tentationem; vel etiam passionem ipsam abs Judæorum vesania Emmanueli illatam. Atque ita videtur intelligere ac dicere justus Simeon. Gladius enim propemodum sanctam Virginem transfigebat, dum crucifixum videret, quem ipsa in carne genuerat. Simile quid dicitur etiam a Zacharia: « Romphæa, exsurge adversus pastorem meum [49], » id est, Salutaris demum perficiatur passio, et ostensionis bonorum tempus adveniat.

V. 40. *Puer autem crescebat*, etc.

Cum dicitur puer crescere, et spiritu roborari, sapientia repletus, et Dei gratia exornatus, hæc de humana natura dici credendum est. Tu vero mihi specta dispensationis altitudinem. Humanum sustinet partum, quanquam initio ac tempore divinitus

[45] Isa. XXVIII, 16. [46] Isa. VIII, 13, 14. [47] I Cor. I, 23. [48] ibid. 18. [49] Zach. XIII, 7.

(1) In codice B f. 31, additur καὶ ἀμφιγνοοῦσα εἴ γε καὶ θανάτου κρατήσει θανατωθείς; quam particulam de B. Virginis dubitatione circa futuram Filii sui resurrectionem cum nec cæteri codices in Cyrillo habeant, nec pietas Christiana admittat, haud immerito prætermisimus; quanquam eadem legitur sub finem prædictæ homiliæ in hypapanten. Qua super re loquitur Combefisius Auctar. t. I, in adn. ad Gregorii Antiocheni orationem, p. 849. Adi etiam Petavium in re simili copiosius disserentem, tract. *De incarn.* lib. XIV, cap. 1.

Verbum careat : qui est perfectissimus, utpote Deus, crescit corpore ; ac maturitate membrorum, incorporeus : repletur sapientia. ille, in quo omnis sapientia est. Quid ad hæc dicimus? Cognosce ex his, illum qui in forma Patris erat, factum similem nobis; divitem, in inopia ; excelsum, in humilitate ; eum qui plenus divinitus est, dici nihilominus accipere. Adeo semetipsum exinanivit Deus Verbum [89] ! Nam quæ humanitus de eo scripta sunt, exinanitionis modum demonstrant. Neque enim fieri poterat, ut quidquam hujusmodi in propria natura pateretur genitum ex Patre Verbum. **137** Sed cum caro factum est, id est homo æque ac nos, tunc carnaliter a muliere paritur, et quæ humanæ sunt conditionis perpeti dicitur. Profecto Deus Verbum poterat, cum perfecti viri mensura, suam ex utero sine ulla mora carnem educere : verumtamen ea res a portento non abfuisset. Quamobrem humanitatis moribus atque legibus in suam quoque carnem potestatem dedit. Sic etiam dici puta profecisse eum sapientia, non quod sapientiæ incrementum acceperit, quia Deus omni re absolutissimus esse reputatur, et nullius Deo dignarum qualitatum indigus : sed quia Deus Verbum una cum corporis ætate manifestationem sapientiæ paulatim dilatabat.

Crescit corpus quidem ætate, sapientia vero animus : etenim Deitas neutrum incrementum admittit : nam usquequaque perfectissimum Dei Verbum erat. Congrue porro copulavit corporis incremento, sapientiæ augmentum ; nam pro modulo corporalis ætatis, suam divina natura patefaciebat sapientiam.

V. 42. *Et cum annos duodecim natus esset, ascendentibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi.*

Evangelista qui dixit profecisse Jesum sapientia et gratia apud Deum et homines, verax ostendit dictum suum. Defert enim illum Hierosolymam cum sancta Virgine, festo illuc invitante tempore. Deinde ait ipsum illic substitisse, et mox inventum in templo inter doctores sedentem, rogantemque vicissim ac respondentem quæ in lege olim erant præscripta. Denique ait cunctos interrogationes ejus atque responsa fuisse admiratos. Vides quomodo sapientia et gratia profecerit, nempe quia multis talis innotuit.

V. 48. *Pater tuus et ego dolentes quærebamus te.*

Profecto sciebat mater ejus, haud esse ipsum Josephi filium : nihilominus ob vitandas Judæorum suspiciones, ita ait. Jam **138** cum dixisset : « Pater tuus

A Ἀνθρώπινον ὑπομένει τόκον, καίτοι τὸ ἄναρχον καὶ ἄχρονον θεϊκῶ; ἔχων ὁ Λόγος· ἐν αὐξήσει σώματος ὁ παντέλειος ὡς Θεὸς, ἐν ἀδρότητι μελῶν ὁ ἀσώματος· πληροῦται σοφίας, αὐτὸς ὢν ἡ πᾶσα σοφία. Καὶ τί πρὸς τοῦτό φαμεν; Ὅρα διὰ τούτων τὸν ἐν μορφῇ τοῦ Πατρὸς ἐν ὁμοιώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς, τὸν πλούσιον ἐν πτωχείᾳ, ἐν ταπεινώσει τὸν ὑψηλὸν, τὸν τὸ πλῆρες ἔχοντα θεϊκῶς, ἐν τῷ λέγεσθαι λαβεῖν· οὕτω κεκένωκεν ἑαυτὸν Θεὸς ὢν ὁ Λόγος. Τὰ γὰρ ἀνθρωπίνως περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα, τὸν τῆς κενώσεως διαδείκνυσι τρόπον. Οὐ γάρ ἐστι τῶν ἐνδεχομένων εἰς ἰδίαν φύσιν ὑποστῆναί τι τοιοῦτον, τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς φύντα Λόγον· ἀλλ' ὅτε γέγονε σὰρξ, ἤγουν ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, τότε τίκτεται μὲν ἐκ γυναικὸς κατὰ σάρκα, λέγεται δὲ καὶ ὑπομεῖναι τὰ ἀνθρώπινα. Ἦν B μὲν γὰρ ἱκανὸς Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, εἰς μέτρον ἀνδρὸς τελείου, καὶ ἐκ μήτρας εὐθὺς τὴν ἰδίαν ἀναβιβάσαι σάρκα· ἀλλ' ἦν οὐ μακρὰν τερατοποιίας τὸ δρώμενον. Διὰ τοῦτο τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος ἔθεσί τε καὶ νόμοις, τὸ κρατεῖν ἐδίδου καὶ ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ σαρκός. Οὕτω καὶ ἐν σοφίᾳ προκόπτειν ἂν λέγοιτο, οὐ προσθήκην σοφίας δεχόμενος, καθ' ὃ νοεῖται Θεὸς ὁ ἐν πᾶσι παντέλειος, καὶ ἀπροσδεὴς εἰσάπαν τῶν θεοπρεπῶν ἀξιωμάτων, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου τῇ τοῦ σώματος ἡλικίᾳ συνεκτείνοντος κατὰ βραχὺ τῆς σοφίας τὴν ἔκφανσιν.

(A f. 42 b., H f. 124 b) Προκόπτει δὲ ἡλικίᾳ μὲν σῶμα, σοφίᾳ δὲ ψυχή (1). Θεότης γὰρ οὐδετέραν ἐπίδοσιν ἐπιδέχεται· παντέλειος γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος. Εἰκότως δὲ συνέζευξε τῇ τῆς ἡλικίας αὐξήσει, τὴν C τῆς σοφίας ἐπίδοσιν· πρὸς γὰρ τὸ μέτρον τῆς τοῦ σώματος ἡλικίας, ἀπεκάλυπτεν ἡ θεία φύσις τὴν οἰκείαν σοφίαν.

*Καὶ ὅτε ἐγένετο ἐτῶν δώδεκα, ἀναβάντων αὐτῶν εἰς Ἱεροσόλυμα κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἑορτῆς.*

(A f. 45, B f. 32, C f. 110, E f. 109, H f. 132 b) Εἰπὼν ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι προέκοπτεν ὁ Ἰησοῦς ἐν σοφίᾳ καὶ χάριτι παρά τε Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, δείκνυσι τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἀληθῆ. Ἀποφέρει γὰρ αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἅμα τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ, ἑορτῆς καλούσης εἰς τοῦτο· εἶτά φησιν ἀπομεῖναι μὲν αὐτὸν, εὑρεθῆναι δὲ μετὰ ταῦτα ἐν τῷ ἱερῷ μεταξὺ τῶν διδασκάλων καθήμενον, ἐρωτῶντά τε καὶ ἀποκρινόμενον, δῆλον δὲ ὅτι τὰ πάλαι τῷ νόμῳ διηγορευμένα· D εἶτα θαυμαζόμενον ἐπὶ ταῖς ἐρωτήσεσιν ὑπὸ πάντων καὶ ταῖς ἀπολογίαις. Ὁρᾷς ἐν σοφίᾳ καὶ χάριτι προκόπτοντα διὰ τοῦ γινώσκεσθαι πολλοῖς ὅτι τοιοῦτός ἐστιν.

*Ὁ Πατήρ σου κἀγὼ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε.*

(B f. 33) Ἤδει μὲν γὰρ ἡ μήτηρ αὐτοῦ μὴ τέκνον εἶναι αὐτὸν τοῦ Ἰωσήφ· ἀλλὰ διὰ τὴν ὑποψίαν τῶν Ἰουδαίων τοῦτό φησι· καὶ ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι « Ὁ

[89] Philipp. II, 7.

(1) De eo, quod sapientia Christus profecisse dicitur, legendus est Petavius *De incarn.* lib. XI, c. 2, qui rem plenissime edisserit. Et quidem etiam noster Cyrillus communem sententiam sequitur, quod nempe pro ætatis incremento, majoris sapientiæ externa indicia fecerit.

πατὴρ σου κἀγὼ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε, » ὁ Σωτὴρ πρὸς τοῦτο λέγει·

*Οὐκ ᾔδειτε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ Πατρός μου δεῖ εἶναί με;*

A f. 45 b, E f. 110 b, H f. 134) Ἐνταῦθα οὖν πρώτως τοῦ ἀληθῶς Πατρὸς φανερώτερον μνημονεύει, καὶ παραγυμνοῖ τὴν ἑαυτοῦ θεότητα. Ἐπειδὴ γὰρ ἔφασκεν ἡ ἁγία Παρθένος· « Τέκνον, τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως; » τότε δὴ, τότε τῶν ἀνθρωπίνων ἐπέκεινα μέτρων ἑαυτὸν ὄντα δεικνὺς, καὶ διδάσκων ὅτι γέγονε μὲν ὑπουργὸς τῆς οἰκονομίας αὐτὴ τεκοῦσα τὴν σάρκα, φύσει δὲ καὶ ἀληθείᾳ Θεὸς ἦν, καὶ Υἱὸς τοῦ ἐν οὐρανοῖς ὄντος Πατρὸς, φησίν· « Οὐκ ᾔδειτε, » κ. τ. λ. — (A f. 45 b., E f. 110 b., H f. 134) Ἐνταῦθα οἱ ἀπὸ Οὐαλεντίνου ἀκούοντες, ὅτι Θεοῦ ἦν ὁ ναὸς, καὶ νῦν ἐν ἰδίοις ὁ Χριστὸς, ὁ καὶ πάλαι διὰ τοῦ νόμου γραφόμενος, καὶ ὡς ἐν σκιαῖς καὶ τύποις μορφούμενος, αἰδείσθωσαν λέγοντες, ὅτι οὐχ ὁ Δημιουργὸς, οὐδὲ ὁ Θεὸς τοῦ νόμου, οὐδὲ ὁ Θεὸς τοῦ ναοῦ, οὗτός ἐστιν ὁ Πατὴρ τοῦ Χριστοῦ (1).

*Καὶ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις.*

(A f. 46, B f. 33 b., E f. 112, H f. 136 b) Φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης· « Καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. » Ποῖ ποτε προκόψει τὸ πλῆρες; ἢ ποίαν ὅλως ἐπιδέξεται προσθήκην, οὗ ἐπέκεινα μηδέν; Οὐκοῦν οὐ καθ' ὃ Λόγος ἐστὶ καὶ Θεὸς προκόπτειν εἴρηται, ἀλλ' ὅτι μειζόνως ἀεὶ θαυμαζόμενος, χαριέστερος παρὰ τοῖς ὁρῶσι διὰ τῶν ἀποτελεσμάτων ἀπεδείκνυτο, προκοπτούσης, ὡς ἔστι μᾶλλον εἰπεῖν ἀληθέστερον, τῆς τῶν θαυμάτων ἕξεως ἐν ταῖς τῶν ὁρώντων διανοίαις, ἤπερ αὐτοῦ τοῦ τελείου πρὸς χάριν ὡς Θεοῦ. Σκόπει δὲ ὡς τὸ ἔν τινι προκόπτον, ἕτερόν ἐστι παρ' ἐκεῖνο ἐν ᾧ προκόπτειν λέγεται. Εἰ τοίνυν ἐν σοφίᾳ προκόπτειν εἴρηται, οὐχ ἡ σοφία προέκοπτεν, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τὸ ἀνθρώπινον. Ἀποκαλυπτομένης γὰρ καὶ φανερουμένης ὁσημέραι τῆς θεότητος ἐν αὐτῷ, ἀεὶ θαυμαστότερος παρὰ τοῖς ὁρῶσιν ἐγίνετο. Καὶ ἐπιτήρει ὡς οὐκ εἶπεν, Ὁ Λόγος δὲ προέκοπτεν, ἀλλ' « Ὁ Ἰησοῦς, » ἵνα μὴ γυμνὸν νοήσῃς τὸν Λόγον· ἀλλ' ὅτι γέγονε σὰρξ, καὶ προκόπτειν λέγεται, ὅτε τὸ προκόπτειν πεφυκὸς ἀνεδέξατο, τουτέστι τὸ ἀνθρώπινον. Τῆς οὖν ἀνθρωπότητος ἂν εἴη, καὶ κατὰ ταύτης ἂν φέροιτο εὐλόγως τὸ, *προέκοπτεν*. Οὕτω γὰρ ἕκαστον τῶν λεγομένων ἐν τῇ οἰκείᾳ τάξει κείσεται, οὔτε τῶν ὅσα πρέπει γυμνῷ τῷ Λόγῳ καταφερομένων εἰς τὸ ἀνθρώπινον, οὔτε μὴν τῶν ἀνθρωπίνων ἀναβαινόντων εἰς τὸν τῆς θεότητος λόγον.

A et ego dolentes quærebamus te, » respondit Servator:

V. 49. *Nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse?*

Hic primum veri Patris manifestius mentionem infert, suamque detegit deitatem. Nam cum sancta Virgo dixisset: « Fili, cur fecisti nobis sic? » tunc demum supra humanam mensuram se esse demonstrans, matremque carnalem suam dispensationis quidem esse ministram docens, se tamen suapte natura Deum, Patrisque cœlestis Filium, ait; « Nesciebatis, » etc. — Hic Valentini asseclæ audientes et Dei esse templum, et quod Christus nunc in propriis est, qui et olim a lege descriptus erat, et tanquam umbris ac typis figuratus, pudore afficiantur dum aiunt, quod neque Creator, neque Deus legis, neque Deus templi, ipse est Christi Pater.

B

V. 52. *Et Jesus proficiebat sapientia et ætate ac gratia apud Deum et homines.*

Ait evangelista Joannes: « Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis [81]. » Si ergo gratiæ ac veritatis plenus, quomodo proficiet quod plenum est? vel quam omnino additionem recipiet, id quo majus nihil est? Non ergo quatenus Verbum Deusque est, proficere dictus est, sed quia majorem semper admirationem sui commovens, gratiosior cernentibus ob actus suos videbatur: progrediente magis, ut verius dicendum est, prodigiorum in spectatorum mentibus conceptu, quam ipsomet Jesu ad gratiam crescente, qui perfectus erat utpote Deus. Porro observa, illud quod in re aliqua proficit, diversum esse ab ea re in qua proficere dicitur. Si ergo in sapientia profecit, **139** haud ipsa sapientia (id est Verbum, Patris sapientia [82]) profecit, sed humana natura incrementum sapientiæ habuit. Cum enim se revelaret quotidie ac manifestaret in ipso Deitas, admirabilior spectantibus semper fiebat. Et animadverte non dixisse: Verbum proficiebat, sed « Jesus »: ne forte de solo cogitares Verbo: sed quia Verbum caro factum est, ideo proficere dicitur, postquam proficiendi facultatem acquisivit, id est humanitatem. Est itaque humanitatis proprium, deque ea recte prædicatur vocabulum *proficiebat*. Sic enim singulæ dictiones in ordine suo manebunt; nec ea quæ solum Verbum decent ad humanitatem deprimentur; neque humanæ qualitates, ad deitatis vocabula esse attollent·

C D

[81] Joan. I, 14. [82] I Cor. I, 24.

(1) Hoc posterius fragmentum in cod. dicitur ex Cyrillo et Origene. Origenis autem locus pertinet ad ejus homiliam 18 in Lucam, quæ Latine, S. Hieronymo interprete, exstat in ed. Maur. t. III. Veruntamen sententia potius quam verba, consentit. Nam ne Valentini quidem nomen ibi scribitur, quod tamen non reticetur in fragmento Græco apud Gallandium Biblioth. t. XIV, Append. p. 89. Cæteroqui S. Thomas in Catena aurea tribuit hoc fragmentum uni Cyrillo sic: « CYRILLUS. Hoc igitur dicit ostendens se mensuram humanam transcendere, et innuens quod sacra Virgo effecta sit ministra negotii (οἰκονομίας) cum peperit carnem. Ipse vero naturaliter et vere Deus erat, et Filius Patris excelsi. Hinc autem Valentini sequaces, » etc

CAP. III.

V. 4. *Sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ prophetæ.*

Non ignoravit beatus Isaias propheta prædicationis Joannis scopum, sed antiquitus multoque ante tempore testimonium præbens, Christum quidem Dominum appellavit ac Deum; Joannem vero ministrum ac famulum nominavit [53]: quodque lampas esset, veræ lucis prævia; lucifer solis nuntius, diei quæ nos illuminatura est adventum significans. Vox erat, non tamen verbum, ante Jesum decurrens; sicuti reapse verbo vox præcurrit.

*Parate vias Domini, rectas facite semitas ejus.*

Delectus ad apostolatum, postremusque sanctorum prophetarum Joannes fuit. Quamobrem ceu si nondum Dominus adesset, « Parate, inquit, vias Domini, » id est componite vos ad recipiendum quidquid Christo constituere visum fuerit. Avertite corda ab umbra legis, typos omittite, a distortis consiliis desinite. Simul tamen et præsentem (Dominum) ostendit dicens: « Ecce Agnus **140** Dei, qui mundi peccatum tollit [54]. » — Quid autem sibi vult, « rectas facite semitas Dei nostri? » Recta quidem et lævis facilisque illa est quæ ad bonum defert semita: distorta autem altera, id est quæ ad pravitatem deducit incedentes per ipsam. De his enim scriptum est: « Quorum viæ perversæ sunt et obliquæ semitæ ipsorum [55]. » Ergo mentis æquitas, recta veluti via est, nihil distortum habens. Hujuscemodi erat divus Psalmista, dum caneret dicens: « Non adhæsit mihi cor perversum [56]. » Jesus quoque Navi filius populo aiebat: « Dirigite corda vestra ad Deum Israelis [57]. » Joannes vero, « Rectas facite, inquit, vias vestras. » In hoc autem consistit status animæ rectus, ut naturalem suum intellectum, prout condita fuit, præ se ferat. Nam pulchra quidem et recta apprime creata fuit. Cum autem naturam propriam perverterit, hæc improbitas et distorsio animæ dicitur. Non est difficile admodum negotium: nam si ut creati fuimus manserimus, media in virtute versamur.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

*Ὡς γέγραπται ἐν βίβλῳ λόγων Ἡσαΐου τοῦ προφήτου.*

(A. f. 49, H f. 145 b) Οὐκ ἠγνόησεν ὁ μακάριος Ἡσαΐας τῶν Ἰωάννου κηρυγμάτων τὸν σκοπὸν, ἀλλ' ἄνωθεν καὶ πρὸ πολλοῦ τοῦ χρόνου μαρτυρῶν, τὸν μὲν Χριστὸν, Κύριον ἐκάλεσε καὶ Θεόν· τὸν δὲ Ἰωάννην, διάκονον αὐτοῦ καὶ ὑπηρέτην ὠνόμαζε· καὶ ὅτι λύχνος ἦν, τοῦ φωτὸς τοῦ ἀληθινοῦ προεισδεδηκὼς, ἑωσφόρος ἡλίου προάγγελος, τῆς μελλούσης ἐφ' ἡμᾶς διαυγάζειν ἡμέρας κατασημαίνων τὴν ἄφιξιν· καὶ ὅτι φωνὴ ἦν, οὐ λόγος προτρέχων τοῦ Ἰησοῦ, ὡς φωνὴ τοῦ λόγου (1).

*Ἑτοιμάσατε τὰς ὁδοὺς Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ.*

(A f. 49, E f 143 b, F f 776, H f. 145 b) Ἀπόλεκτος εἰς ἀποστολὴν καὶ τέλος ἦν προφητῶν ἁγίων ὁ Ἰωάννης. Ὅθεν ὡς μὲν οὔπω παρόντος Κυρίου, τὸ, « Ἑτοιμάσατε, φησὶ, τὴν ὁδὸν Κυρίου· » τουτέστιν, Εὐτρεπίσθητε πρὸς παραδοχὴν ὧν ἂν βούλοιτο νομοθετεῖν ὁ Χριστός· ἀποστήσατε τὰς καρδίας τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς· καταλήξατε τῶν τύπων· παύσασθε τοῦ φρονεῖν τὰ διεστραμμένα. Κατέδειξε δὲ καὶ παρόντα, λέγων· « Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. » — (A f. 49, E f. 143 b, F f. 776, H f. 145 b.) Τί δὲ βούλεται τὸ, « Εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν; » Εὐθεῖα μὲν πᾶσα λεία τε καὶ εὐχερὴς ἡ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἀποφέρουσα τρίβος· διεστραμμένη γε μὴν ἡ ἑτέρα, τουτέστιν ἡ εἰς φαυλότητα κατασύρουσα τοὺς δι' αὐτῆς ἐρχομένους. Γέγραπται γὰρ περὶ τῶν τοιούτων· « Ὧν αἱ τρίβοι σκολιαὶ, καὶ καμπύλαι αἱ τροχιαὶ αὐτῶν. » Οὐκοῦν ἡ τῆς διανοίας εὐθύτης, ὀρθή τις ὥσπερ ἐστὶν ὁδὸς, οὐκ ἔχουσα τὸ διεστραμμένον. Τοιοῦτος ἦν ὁ θεσπέσιος Ψαλμῳδὸς, ψάλλων τε καὶ λέγων· « Οὐκ ἐκολλήθη μοι καρδία σκαμβή. » Καὶ ὁ μὲν τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς παραγγέλλων ἔλεγε τῷ λαῷ· « Εὐθύνατε τὰς καρδίας ὑμῶν πρὸς τὸν Θεὸν Ἰσραήλ· ὁ δὲ Ἰωάννης, « Εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους ὑμῶν. » Τοῦτο δέ ἐστι, τὸ εὐθεῖαν εἶναι τὴν ψυχὴν, τὸ κατὰ φύσιν νοερὸν αὐτῆς ὡς ἐκτίσθη δεικνύειν. Ἐκτίσθη δὲ καλὴ καὶ λίαν εὐθής· ὅταν δὲ ἐκκλίνῃ καὶ ἐν διαστροφῇ τοῦ κατὰ φύσιν γένηται, τοῦτο κακία καὶ διαστροφὴ ψυχῆς λέγεται. Οὐκοῦν οὐκ ἔστιν δυσχερὲς τὸ πρᾶγμα· ἐὰν γὰρ μείνωμεν ὡς γεγόναμεν, ἐν τῇ ἀρετῇ ἐσμεν.

Sed tanquam aliquis reclamaret ac diceret: — Quomodo parabimus viam Domini? quomodo rectas faciemus semitas ejus? Multa enim impedimenta occurrunt bene vivere volentibus, nempe osor virtutis Satanas, malorum spirituum impia turba, ipsa lex peccati quæ in carneis membris menti ad bonum nitenti obsistit; multæ aliæ insuper perturbationes humano cogitatui imperant; quid ergo age-

(A f. 49, E f. 144. E f. 776 b, H f. 146) Ἀλλ' ὥσπερ τινὸς ἀνταναφωνοῦντος καὶ λέγοντος, Πῶς ἑτοιμάσομεν τὴν ὁδὸν Κυρίου, ἢ πῶς εὐθείας αὐτοῦ τὰς τρίβους ποιήσομεν; πολλὰ γάρ ἐστι τὰ μεταξὺ παρεμποδὼν τοῖς εὖ βιοῦν ἐθέλουσιν, ὁ μισόκαλος Σατανᾶς, τῶν πονηρῶν πνευμάτων ἡ ἀνοσία πληθὺς, αὐτὸς τῆς ἁμαρτίας ὁ νόμος ὁ ἐν τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς ἀνθοπλιζόμενος ταῖς εἰς τὸ ἀγαθὸν τοῦ νοῦ

[53] Isa. XL, 3. [54] Joan. I, 29. [55] Prov. II, 15. [56] Psal. C, 3. [57] Jos. XXIV, 23.

(1) Hoc fragmentum in codd. A et H dicitur ex Chrysostomo et ex Cyrilli homilia. Habet etiam Latine Corderius ex Cyrillo et Basilio, ut ait; sed reapse is permiscet Basilium cum Cyrillo. Nam Basilius distinguitur in nostro codice, occupatque partem ultimam, et a nostra diversam, Corderiani fragmenti. Perperam etiam Corderius ait *lux Verbi* pro *vox*, etc.

ῥοπαῖς· πολλὰ δὲ πρὸς τούτοις ἕτερα πάθη, τῆς τοῦ ἀνθρώπου διανοίας καταχρατεῖ· τί οὖν ἄρα δράσομεν, τοσαύτης δυσχερείας κειμένης; πρὸς ταῦτα τῆς προφητείας ὁ λόγος ὑπαντᾷ λέγων· « Πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται· καὶ ἔσται ἡ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας· καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. » Εἰσὶ μὲν γὰρ λεωφόροι τινὲς ἢ καὶ τρίβοι, βάσιμοι μὲν ἥκιστά γε, τραχεῖαι δὲ οὕτως, ὡς πῇ μὲν ἀνίστασθαι πρὸς ὄρη τε καὶ βουνούς, πῇ δὲ καταφέρεσθαι, καὶ εἰς κρημνοὺς ἀποφέρεσθαι· αἱ δὲ τοιαῦται τῶν ὁδῶν ὡς ἐν ὕψει τε καὶ βάθει, δυσπόρευτοι λίαν εἰσίν. Εἰ δὲ δὴ γένοιτό πως ὑφιζῆσαι μὲν τὰ ὑψοῦ καὶ ἀνάντη, ἀνεμπίμπλασθαι δὲ τὰ ἐν κοίλῳ καὶ βάθει, τότε δὴ εἰς εὐθεῖαν ἔσται τὰ σκολιά, καὶ εἰς ψιλὰ πεδία καὶ οἷον ὑπτίαν ἔχοντα τὴν ὁδὸν τὰ τραχέα τε καὶ φαραγγώδη ποτέ. Τοῦτο γέγονε νοητῶς διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἰσχύος. Πάλαι μὲν γὰρ δυσπόρευτα ἦν τῆς εὐαγγελικῆς ζωῆς τε καὶ πολιτείας τὰ βάσιμα, διὰ τὸ κρατεῖσθαι τὸν ἁπάντων νοῦν κοσμικαῖς ἐπιθυμίαις (1)· ἐπειδὴ δὲ ὁ πάντων Θεὸς γεγονὼς ἄνθρωπος κατήργηκεν ἐν τῇ σαρκὶ τὴν ἁμαρτίαν, λεῖα πάντα γέγονε καὶ εὐήλατα· οὐχ ὕψος, οὐ βάθος τοῖς εὐδοκιμεῖν ἐθέλουσιν ἀπαντᾷ, ἀλλὰ πάντα τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν μετεποιήθη τρίβον. Αὐτὸς γὰρ λείαν ἡμῖν καὶ εὐδρομωτάτην ἀπέφηνε τὴν εἰς εὐσέβειαν ὁδόν, οὐδὲν ἔχουσαν τὸ ἄναντες ἢ τὸ κοῖλον καὶ κάτω, δι' ἃ τραχεῖά ποτε καὶ δυσπόρευτος ἦν. Πάντα γὰρ τὰ σκολιὰ γέγονεν εὐθέα, ὡς αὐτός που πάλιν ὁ προφήτης φησὶν Ἡσαΐας· « Ὁδὸς εὐσεβῶν εὐθεῖα ἐγένετο, καὶ παρεσκευασμένη ἡ ὁδὸς τῶν δικαίων. » Ἐκ μέσου μὲν γὰρ ἡ τῶν δαιμόνων ἀπηλάθη πληθύς· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ διάβολος κατηργήθη σὺν ἐκείνοις· νενέκρωται δὲ καὶ τῆς ἁμαρτίας ὁ νόμος, καὶ πάσας ἡμῶν ὁ Σωτὴρ ἰᾶται τὰς νόσους.

A mus, tanta objecta difficultate? — his profeticus sermo occurrit dicens : « Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur : et erit distorta in viam rectam, et aspera in planam; et videbit omnis caro salutare Dei [58]. » Sunt enim viæ nonnullæ vel etiam semitæ, minime quidem gradibiles, imo tam asperæ, ut modo saliant in montes aut tumulos, modo deorsum vergant atque in præcipitia ferantur. Hujusmodi certe viæ sus deque tendentes difficile iter efficiunt. Quod si in his demum exæquentur celsa et ardua, **141** expleantur autem cava et profunda, tunc in recta vertentur distorta, et in nitidos campos, ac veluti supinam viam habentes, loci asperi et prærupti transformabuntur. Hoc spiritaliter accidit per Ser- B vatoris nostri vires. Olim quippe difficilis erat evangelicæ vitæ morumque via, quia omnium mentes mundanis cupiditatibus occupabantur. Postquam vero universalis Deus factus homo destruxit in carne peccatum, plana omnia facta sunt et gradibilia. Nihil arduum nihil præceps bene volentibus agere occurrit, sed distorta omnia in rectum conversa tramitem sunt. Ipse enim Christus facilem nobis pronamque ostendit ad pietatem viam, nihil habentem arduum aut depressum in præceps, quæ antea fuerat aspera atque difficilis. Unde omnia distorta fiunt recta, ut alicubi ait similiter Isaias propheta : « Via piorum recta facta est, et parata via justorum [59]. » Sublata enim de medio est dæmonum turba; diabolus ipse una cum illis debella- C tus fuit : mortificata quoque peccati lex : cunctas denique nostras Servator sanat infirmitates.

*Καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ.*

(A f. 49 b. E f. 145 b, F f. 777 b, H f. 147 b) Τεθέαται δὲ πᾶσα σὰρξ τὸ Σωτήριον τοῦ Θεοῦ, δηλονότι τοῦ Πατρός· Σωτῆρα γὰρ ἡμῖν πέπομφε τὸν Υἱόν. Σάρκα δὲ ἐν τούτοις ὁλοκλήρως τὸν ἄνθρωπον νοητέον, καὶ πᾶν τὸ ἀνθρώπειον γένος ὑποληπτέον. — (A f. 50, E f. 146, F 779, H f. 149) Οὕτω γὰρ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ· οὐκέτι μόνος ὁ Ἰσραήλ, ἀλλὰ πᾶσα σάρξ. Ὁ γὰρ τῶν ὅλων Σωτὴρ καὶ Κύριος, οὐ συνεσταλμένην ἔχει τὴν ἡμερότητα, οὔτε μὴν ἓν διέσωσεν ἔθνος· σεσαγήνευκε δὲ μᾶλλον τὴν ὑπ' οὐρανόν, ἐφώτισε τοὺς ἐσκοτισμένους· καὶ τοῦτο ἦν ἄρα τὸ διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος λύρας ὑμνούμενον· « Πάντα τὰ ἔθνη, ὅσα ἐποίησας, ἥξουσι καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου, Κύριε. « Σέσωσται δὲ ὁμοῦ τὸ κατάλειμμα τῶν ἐξ Ἰσραήλ, ὡς καὶ τοῦτο πάλαι προανεφώνηκεν (*sic*) ὁ μέγας Μωϋσῆς, οὕτω λέγων· « Εὐφράνθητε μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. »

V. 6. *Et videbit omnis caro salutare Dei.*

Vidit autem omnis caro salutare Dei, id est Patris, qui Servatorem ad nos Filium misit. Hic vero caro generaliter homo intelligendus est, imo universum hominum genus existimandum. Sic enim videbit omnis caro salutare Dei; non solus, inquam, Israel, sed caro universa. Namque omnium Servator ac Dominus haud definitam habet clementiam, neque unam salvavit gentem, sed universum orbem in D suam ditionem redegit, et obtenebratos illuminavit. Atque hoc scilicet a Psalmistæ lyra celebrabatur : « Omnes gentes quascunque fecisti, venient et adorabunt coram te, Domine [60]. » Servatæque simul sunt Israelis reliquiæ; quod ipsum pariter magnus prædixerat **142** Moyses ita inquiens : « Lætamini, gentes, cum populo ejus [61]. »

*Ἔλεγεν οὖν τοῖς ἐκπορευομένοις ὄχλοις ὁ Βαπτιστής*, κ. τ. λ.

(A f. 51, E f. 148 b, F f. 780 b, H f. 151) Καὶ

V. 7. *Dicebat ergo exeuntibus ad se turbis Baptista*, etc.

Nunc quidem Spiritu sancto plenus beatus Baptis

[58] Isa. XL, 4; Luc. III, 5. [59] Isa. XXVI, 7. [60] Psal. LXXXV, 9. [61] Deut. XXXII, 43.

(1) Paria fere his dicuntur a Cyrillo, sed diversis verbis, in Commentario ad Isaiam, ed. Aub. t. II (nunc III), p. 550.

sta, non ignorabat futuros Judaicæ improbitatis adversus Christum ausus. Etenim providebat fidem ei denegaturos, et venenatam linguam moventes convicium ei facturos. Hæc itaque spectans, reprehendit illos, quod etsi legem haberent sacramentum Christi prædicantem, et suadentia hoc ipsum prophetarum vaticinia, stupidis auribus fuerunt, et ad credendum Servatori omnium Christo segnes. « Quis enim vos docuit fugere a ventura ira? » Nonne inspirata divinitus Scriptura, quæ credentes Christo beatos esse ait; incredulos autem et indisciplinatos, duris et inevitabilibus obnoxios fore pœnis prædicit?

νῦν δὲ Πνεύματος ἁγίου μεμεστωμένος ὁ μακάριος Βαπτιστὴς, οὐκ ἠγνόησε τῆς Ἰουδαίων δυστροπίας τὰ κατὰ Χριστοῦ τολμήματα. Προέγνω γὰρ, ὅτι καὶ ἀπιστήσουσιν αὐτῷ, καὶ τὴν ἰοβόλον αὐτῶν κινήσαντες γλῶτταν, λοιδορίας βαλοῦσι. Πρὸς ἐκεῖνα τοίνυν βλέπων, ἐλέγχει αὐτοὺς, ὅτι καίτοι νόμον ἔχοντες λαλοῦντα τὸ Χριστοῦ μυστήριον, καὶ προαγορεύσεις προφητῶν ἀποφερούσας εἰς τοῦτο, νωθροὶ γεγόνασι ταῖς ἀκοαῖς, καὶ ὀκνηροὶ πρὸς πίστιν τὴν ἐπί γε τῷ πάντων Σωτῆρι Χριστῷ· « Τίς γὰρ ὑμῖν ὑπέδειξε φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; » Ἆρ' οὐχ ἡ θεόπνευστος Γραφὴ, τοὺς μὲν εἰς Χριστὸν πιστεύσαντας, μακαρίους εἶναι λέγουσα, τούς γε μὴν ἀπίστους καὶ ἀμαθεῖς, σκληραῖς καὶ ἀφύκτων ὑποπεσεῖσθαι δίκαις προαγγέλλουσα;

V. 8. *Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ.*

Pœnitentiæ fructus præcipuus est fides in Christum; insuper evangelicæ vitæ ratio; atque omnino cuncta, quæcunque sunt peccato contraria, justitiæ opera: quæ pœnitentes fructificare debent resipiscentiæ suæ convenientia. Addit etiam: « Et ne cœperitis dicere, Patrem habemus Abrahamum; dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahamo. » Viden' quomodo sagacissime stultum illorum supercilium deprimit, inutilemque ipsis fore demonstrat carnalem ex Abrahamo nativitatem? Nam carnis nobilitas, quid eam habentibus prosit, nisi hi paribus moribus parique ac parentes virtute fuerint? « Si quidem Abrahami filii essetis, aiebat illis Servator, opera utique Abrahami perageretis [62]. » Morum vitæque affinitatem postulat Deus. Stultum est bonis sanctisque parentibus gloriari, et ab illorum virtute longe fieri. — Quod si hæc ita se habent, ait Judæus, quomodo semen Abrahæ adhuc multiplicatur? Quomodo Dei ad illum promissio manebit quæ ait, fore ut **143** illius semen multiplicetur sicut astra cœli? Atqui hoc, o Judæe, per vocationem gentium factum iri nos dicimus. Dictum enim Abrahamo fuit: « In Isaaco vocabitur tibi semen, » et, « Multarum gentium patrem te constitui [63]. » Nam dictio *in Isaaco* denotat secundum promissionem. Ergo multarum gentium constitutus est pater, videlicet Christo credentium. De quibus alicubi voce Ezechielis Deus dixit: « Et auferam cor lapideum de carne eorum, daboque eis cor carneum ut me cognoscant, et quia ego sum Dominus [64]. » — Ut autem magis adhuc audientibus prosit beatus Baptista, aliud addit:

*Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας.*

(A f. 51 b, E f. 150, F f. 781, H f. 153) Ἔ[σ]τι καρπὸς μετανοίας, προηγουμένως μὲν, ἡ εἰς Χριστὸν πίστις· πρὸς δὲ τούτῳ, καὶ ἡ εὐαγγελικὴ πολιτεία· καὶ ἁπλῶς τὰ ἀντικείμενα τῇ ἁμαρτίᾳ ἔργα τῆς δικαιοσύνης, ἅπερ ὁ μετανοῶν καρποφορεῖν ὀφείλει ἄξια τῆς μετανοίας. Ἐπήγαγε δέ· « Μὴ ἄρξησθε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς· Πατέρα ἔχομεν Ἀβραάμ· λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. » — E f. 150 b, F f. 781 b.) Ὁρᾷς ὅπως εὐτεχνέστατα λίαν τὴν ἀσύνετον αὐτῶν ὀφρὺν καταφέρει, καὶ ἀσυντελὲς εἰς ὄνησιν αὐτοῖς φαίνει τὸ ἐξ Ἀβραὰμ γενέσθαι κατὰ τὴν σάρκα; Τί γὰρ ἡ σαρκὸς εὐγένεια τοὺς ἔχοντας ὠφελεῖ, εἰ μὴ διὰ τῶν ὁμοίων ἔρχοιντο σπουδασμάτων, καὶ τῆς τῶν τεκόντων ἀρετῆς κατόπιν; « Εἰ γὰρ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, φησὶ πρὸς αὐτοὺς ὁ Σωτὴρ, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἄν. » Τὴν ἐν ἤθει καὶ τρόποις συγγένειαν ζητεῖ ὁ Θεός. Μάταιον οὖν τὸ προγόνοις ἐπαυχεῖν ἁγίοις καὶ ἀγαθοῖς, ἀπολιμπάνεσθαι δὲ μακρὰν τῆς ἐκείνων ἀρετῆς. — (A f. 52, E f. 151 b, F f. 783, H f. 155) Ἀλλ' εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, φησὶν ὁ Ἰουδαῖος, πῶς ἔτι τὸ σπέρμα Ἀβραὰμ πληθύνεται, καὶ ἡ πρὸς αὐτὸν τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελία σωθήσεται, ἡ φάσκουσα πληθύνειν αὐτοῦ τὸ σπέρμα ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ; Διὰ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως, ὦ Ἰουδαῖε· εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτὸν τὸν Ἀβραὰμ, ὅτι « Ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα· » καὶ, ὅτι « Πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε· » δηλοῖ δὲ τὸ, « ἐν Ἰσαὰκ, » τὸ κατ' ἐπαγγελίαν. Οὐκοῦν πατὴρ τέθειται πολλῶν ἐθνῶν, τῶν διὰ πίστεως δηλονότι τῆς ἐν Χριστῷ· καὶ περὶ αὐτῶν ἔφη που Θεὸς, καὶ διὰ φωνῆς τοῦ Ἰεζεκιήλ· « Καὶ ἐκσπάσω τὴν καρδίαν αὐτῶν τὴν λιθίνην ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτῶν, καὶ δώσω αὐτοῖς καρδίαν σαρκίνην, τοῦ εἰδέναι αὐτοὺς ἐμὲ, ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος. » — (A f. 52 b, H f. 156) Ἵνα δὲ καὶ ἔτι μειζόνως ὠφελῇ τοὺς ἀκροωμένους ὁ μακάριος Βαπτιστὴς, προσεπάγει τι καὶ ἕτερον·

V. 9. *Jam enim securis ad arborum radicem posita est.*

Vel securim hoc loco appellat acutissimam iram, quam Deus Pater Judæis intulit, propter ipsorum adversus Christum impietatem. Etenim illis, bipennis instar, impacta ira fuit. Idque nobis Zacharias

*Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται.*

(A f. 52 b, H f. 156) Ἡ ἀξίνην ἐν τούτοις ὀνομάζει τὴν τομωτάτην ὀργὴν, ἣν τοῖς Ἰουδαίοις ἐπήνεγκεν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, τῆς εἰς Χριστὸν δυσσεβείας ἕνεκα· ἐπενήνεκται γὰρ αὐτοῖς ὡς πέλεκυς,

[62] Joan. VIII, 39 [63] Gen. XXI, 12. [64] Ezech. XI, 19.

ἡ ὀργή. Καὶ τοῦτο ἡμῖν ὁ προφήτης Ζαχαρίας φα- A νερὸν ἐποίει, λέγων· « Ἔσται ὁ κοπετὸς τῆς Ἱερουσαλὴμ ὡς κοπετὸς ῥοῶνος ἐν πεδίῳ ἐκκοπτομένου. » Ἔφη δὲ καὶ Ἱερεμίας, ὡς πρὸς αὐτήν· « Ἐλαίαν ὡραίαν εὔσκιον τῷ εἴδει ἐκάλεσε Κύριος τὸ ὄνομά σου· εἰς φωνὴν περιτομῆς αὐτῆς ἀνήφθη πῦρ ἐπ' αὐτήν· μεγάλη ἡ θλῖψις ἐπ' αὐτὴν, ἠχρειώθησαν οἱ κλάδοι αὐτῆς, καὶ Κύριος τῶν δυνάμεων ὁ καταφυτεύσας σε, ἐλάλησεν ἐπὶ σὲ κακά. » Εἰς τοῦτο λήψῃ καὶ τὴν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις περὶ τῆς συκῆς παραβολήν. Οὐκοῦν ὡς ἄκαρπον καὶ οὐκ εὐγενὲς ἔτι φυτὸν ἐξεκόπη παρὰ Θεοῦ· πλὴν οὐκ εἰς τὴν ῥίζαν τὴν ἀξίνην τεθεῖσθαί φησιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ῥίζαν, τουτέστιν ἐγγὺς τῆς ῥίζης. Ἐξεκόπησαν γὰρ οἱ κλάδοι, καὶ οὐκ ἐκ ῥίζης αὐτῆς ἀνεβοθρεύθη τὸ φυτόν· σέσωσται γὰρ τὸ κατάλειμμα τοῦ Ἰσραὴλ, B καὶ οὐχ ὁλόῤῥιζος ἀπόλωλεν.

*Καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ ὄχλοι.*

(A f. 53, H f. 157 b) Τρία τάγματα εἰσήγαγε Λουκᾶς ὁ μακάριος, πυνθανόμενα τοῦ Ἰωάννου, ὄχλους, τελώνας, στρατιώτας τὸ τρίτον· καθάπερ δέ τις ἐπιστήμων ἰατρὸς ἑκάστῳ τῶν παθῶν τὸ πρόσφορόν τε καὶ εἰκὸς ἐπιφέρει βοήθημα, οὕτως καὶ ὁ Βαπτιστὴς ἑκάστῳ τῶν ἐπιτηδευμάτων τὸν ἐπωφελῆ καὶ πρέποντα λόγον ἐδίδου· τοῖς μὲν ὄχλοις βαδίζουσιν εἰς μετάνοιαν, φιλαλλήλῳ φρονήματι κεχρῆσθαι κελεύων· τελώναις δὲ, τὴν εἰς ἀκαθέκτους πλεονεξίας ἀποκλείων ὁδόν· τοῖς γε μὴν στρατιώταις τὸ μηδένα διασείειν, πανσόφως ἐπιφωνῶν, ἀρκεῖσθαι δὲ τοῖς ὀψωνίοις.

*Προσδοκῶντος δὲ τοῦ λαοῦ, καὶ διαλογιζομένων πάντων ἐν καρδίαις αὐτῶν περὶ τοῦ Ἰωάννου, κ. τ. λ.* C

(A f. 53 b, E f. 155, F f. 786, H f. 159) Οὕτως ἦν ἀξιάγαστος καὶ μέγας ὁ Ζαχαρίου παῖς, ὡς εἰς τοῦτο ὑπονοίας ἐλθεῖν τοὺς τῶν Ἰουδαίων δήμους, μὴ ἄρα πως αὐτὸς εἴη ὁ Χριστὸς, ὁ καὶ διὰ τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς γραφόμενος, καὶ διὰ προφητῶν ἁγίων προκεκηρυγμένος. Ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ εἰς τοῦτο ὑπονοίας προῆλθόν τινες, ἀποκείρει ὑποψίαν, Δεσποτικοῖς ἀξιώμασι ὡς οἰκέτης παραχωρῶν· ἀμέτρητον γὰρ τὸ μεταξὺ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. Καί που ταῦτα λέγοντα τὸν ἱερὸν εὑρήσομεν Βαπτιστὴν ἐν τῇ κατὰ τὸν Ἰωάννην εὐαγγελικῇ συγγραφῇ· ἔφη γὰρ οὕτως· « Αὐτοὶ ὑμεῖς μαρτυρεῖτε, ὅτι εἶπον ὡς οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ὅτι ἀπεσταλμένος εἰμὶ ἔμπροσθεν ἐκείνου. »

*Ἀπεκρίνατο ὁ Ἰωάννης ἅπασι λέγων· Ἐγὼ μὲν ὕδατι βαπτίζω ὑμᾶς, κ. τ. λ.* D

(A f. 53 b, E f. 155, F f. 786, H f. 159 b) Ἀποφήνας τοίνυν ἑαυτὸν οὐκ ὄντα Χριστὸν, ἐπιφέρει λοιπὸν ἀποδείξεις, δι' ὧν ἔστι μαθεῖν, ὡς ἀμέτρητόν τι μεταξὺ διαφαίνεται Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, δούλου καὶ Δεσπότου, τοῦ προβαδίζοντος οἰκετικῶς, καὶ τοῦ θεοπρεπῶς ἀναλάμποντος· εἴπερ ὑπάρχων τοσοῦτος εἰς ἀρετὴν ὁ μακάριος Βαπτιστὴς, οὐκ ἄξιον ἑαυτὸν εἶναί φησιν, οὐδ' ὅσον εἰπεῖν τοῦ ἀποθλίγειν τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ. Εἶτα τούτοις ἑτέραν ἀπόδειξιν

propheta patefaciebat dicens : « Erit planctus Jerusalem sicut planctus malogranati in agro succisi [65]. » Ait pariter ceu civitatem eamdem alloquens Jeremias : « Oleam pulchram, bene opaca specie, appellavit Dominus nomen tuum ; ad vocem circumcisionis ejus accensus est ignis super eam ; magna tribulatio super te ; inutiles facti sunt rami ejus ; et Dominus qui plantavit te, locutus est super te mala [66]. » Hunc sensum in Evangeliis quoque habere reputabis ficulneæ parabolam, quæ infructuosa malique generis arbor succisa fuit. Verumtamen non in radice defixam ait securim, sed positam ad radicem, id est prope radicem. Nam rami quidem decisi fuerunt, non tamen radicitus effossa arbor : quippe reliquiæ conservatæ sunt Israelis non ipse funditus periit.

V. 10. *Et interrogabant eum turbæ.*

Tres hominum ordines introduxit beatus Lucas Joannem interrogantes, populum, publicanos, tertioque loco milites. Sicut autem sapiens medicus unicuique morbo congruum ac probabile remedium affert, **144** sic etiam Baptista singularum professionum hominibus utile atque conveniens dabat consilium : nempe populum ad pœnitentiam accedentem, mutuam charitatem fovere jubet : publicanis quominus iniquas exactiones exerceant, interdicit : denique milites ne quemquam vexent, aptissime adhortatur, sed ut victu suo contenti sint.

V. 15. *Populo autem exspectatione suspenso, et cogitantibus omnibus in cordibus suis de Joanne,* etc.

Adeo admirandus magnusque erat Zachariæ filius, ut eum populus Judæorum suspicaretur fortasse esse Christum illum, quem legis umbra delineaverat, et prophetæ sancti prædixerant. Quia igitur in hanc nonnulli suspicionem venerant, eam ipse præcidit, Dominicali dignitati tanquam famulus cedens. Distant enim immensum a Deo homines. Quod ipsum dici comperiemus a sacro Baptista in evangelica Joannis historia, ubi sic ait : « Vos ipsi testimonium mihi perhibetis quod dixerim, Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum [67]. »

V. 16. *Respondit Joannes dicens omnibus : Ego quidem aqua baptizo vos,* etc.

Cum itaque declarasset se non esse Christum, profert deinde argumenta, ex quibus discere licet distare immaniter a Deo homines, a famulo Dominum, ab eo qui serviliter præit, illum qui digna Deo majestate relucet ; siquidem cum tanta polleret virtute beatus Baptista, haud se dignum ait calceos ejus, ut dici solet, attingere. Deinde aliud quoque argumentum profert : « Equidem vos aqua baptizo, ille autem vos in Spiritu sancto baptizabit et igne. »

[65] Zach. XII, 1. [66] Jerem. XI, 16, 17. [67] Joan. III, 28.

Unius quippe proprium est superstantis omnia substantiæ, ut Spiritum sanctum possit aliquibus immittere, et divinæ substantiæ eos qui ad ipsam accedunt participes facere. Porro hæc Christo inest facultas : non quod eam aliunde acceperit aut participaverit, sed ex suapte natura ac substantialiter. Etenim is in Spiritu sancto baptizat. Quamobrem humanatum Verbum, Deus **145** utique est fructusque substantiæ Dei Patris. Jam vero postea etiam quam factus est homo, id ipsum agebat, quia unus est Filius cum unita sibi ineffabiliter et incomprehensibiliter carne. Et quidem cum antea dixisset beatus Baptista, Non sum dignus calceamentorum sphærulam dissolvere (sic enim appellant calcei extremitatem, quæ in acutum desinit, cujusmodi gestare barbari solent), statim addidit : « Hic vos baptizabit in Spiritu sancto et igne; » et pedes scilicet habens et calceos. Neque enim quisquam sana mente præditus dicet, Verbum nondum incarnatum, neque adhuc apud nos versans, pedes et calceos habuisse. Sed quia cum Verbum factum est homo, deitatem suam non amisit, ideo tunc etiam Deo digna operabatur, Spiritum tribuens credentibus in eum. Idem quippe Deus simul erat et homo.

Sed dicet aliquis : Imo potius Verbum Deo digna faciebat per hominem de stirpe Davidis ortum. Atqui hæc tibi dicenti nos opponemus Joannis verba, qui alicubi ait Judæis : « Venit post me vir, qui ante me factus est, quia prior me erat, et ego illum nesciebam. Sed qui misit me aqua baptizare, ipse mihi dixit : Super quem videris descendentem Spiritum sanctum, supraque eum manentem, hic est qui baptizat in Spiritu sancto; et ego vidi, et testimonium perhibui quod ipse Dei Filius sit [68]. » En manifeste, quem virum dixit, eum ante se factum affirmat, et sibi esse priorem, divinitus nempe præexsistentem, prout a Christo ipso Judaicæ turbæ dictum fuit : « Antequam Abraham fieret, ego sum [69]. » Præterea mox dicit descendisse in ipsum de cœlo Spiritum. Num forte in simplex incorporeumque adhuc Dei Verbum descendisse aiunt Spiritum sanctum, et Spiritus sancti datorem, Spiritum proprium participare affirmant? Quid ni illud potius asserunt, eum in humanitatem suam Spiritum sanctum recepisse, baptizasse vero divinitus in sancto Spiritu; eumdemque unum **146** esse solumque et vere Patris Dei Filium, ut idem testatur Baptista ? Sed alia quoque explicatio proferenda est. Fortasse cum Spiritus vocabulo, ignis mentionem copulavit Baptista, non ut omnes nos baptizandos fore igne per Christum affirmaret, sed ut vivificam Spiritus operationem, ignis vocabulo significaret. Nam pro diversa in subjecta re operatione, diversas sumit unus Spiritus appellationes.

A εὐθὺς ἐπιφέρει· « Ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ὕδατι, ἐκεῖνος δὲ ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. Μόνης γὰρ καὶ ἰδικῶς ἔργον ἐστὶ τῆς πάντα ὑπερκειμένης οὐσίας, τὸ ἐνιέναι δύνασθαί τισι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ θείας φύσεως κοινωνοὺς ἀποφαίνειν τοὺς προσιόντας αὐτῇ· ἐνυπάρχει δὲ τοῦτο, οὐ κατὰ λῆψιν καὶ μέθεξιν τὴν παρ' ἑτέρου τινὸς, ἀλλ' οἴκοθεν καὶ οὐσιωδῶς τῷ Χριστῷ· βαπτίζει γὰρ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. Θεὸς οὖν ἄρα ἐστὶ, καὶ καρπὸς τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὁ ἐνανθρωπήσας Λόγος· ἀλλ' ἔδρα τοῦτο καὶ ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, εἷς ὢν Υἱὸς μετὰ τῆς ἀῤῥήτως τε καὶ ἀπερινοήτως ἑνωθείσης αὐτῷ σαρκός. Καὶ γοῦν ὁ μακάριος Βαπτιστὴς προειπὼν, « Οὐκ εἰμὶ ἄξιος, ἵνα λύσω τὸν σφαιρωτῆρα τῶν ὑποδημάτων (οὕτω δὲ εἰώθασι λέγειν τὸ B ἄκρον τοῦ ὑποδήματος, τὸ εἰς ὀξὺ λῆγον· τοιούτοις γὰρ χρῶνται οἱ βάρβαροι), προσεπήνεγκεν εὐθύς· « Οὗτος ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί· » καὶ πόδας δηλονότι καὶ ὑποδήματα ἔχων. Οὐ γάρ τοι φαίη τις ἂν, εἴγε νοῦν ἔχοι, ὡς ἄσαρκος ὢν ὁ Λόγος, καὶ οὔπω γενόμενος καθ' ἡμᾶς, πόδας εἶχε καὶ ὑποδήματα· ἀλλ' ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, ἐπειδὴ τὸ εἶναι Θεὸς οὐκ ἀπώλεσεν, ἐνήργηκε πάλιν καὶ οὕτω θεοπρεπῶς, τὸ Πνεῦμα διδοὺς τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν· ἦν γὰρ ἐν ταὐτῷ Θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός.

Ἀλλὰ, Ναὶ, φησὶν, ἐνήργηκεν ὁ Λόγος τὰ θεοπρεπῆ διὰ τοῦ ἐκ σπέρματος Δαβίδ. Οὐκοῦν ἀντεροῦμέν σοι ταῦτα λέγοντι, τοῦ Ἰωάννου τὰ ῥήματα· ἔφη γάρ που πρὸς Ἰουδαίους· « Ὀπίσω μου ἔρχεται C ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου, κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτόν· ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, αὐτός μοι εἶπεν· Ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς καταβαῖνον τὸ Πνεῦμα, καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· κἀγὼ ἑώρακα καὶ μεμαρτύρηκα ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. » Ἰδοὺ δὲ, σαφῶς ἄνδρα λέγων, πρὸ αὐτοῦ γενέσθαι φησὶ, καὶ εἶναι πρῶτον αὐτοῦ, προϋπάρχοντα δηλονότι θεϊκῶς, κατά γε τὸ παρ' αὐτοῦ σαφῶς εἰρημένον τοῖς Ἰουδαίων δήμοις· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι· » εἶτα πρὸς τούτῳ καὶ καταβῆναί φησιν ἐπ' αὐτὸν τὸ Πνεῦμα ἐξ οὐρανοῦ. Ἆρ' ἐπὶ γυμνὸν καὶ ἄσαρκον ἔτι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον καταβῆναί φασι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὸν τοῦ Πνεύματος χορηγὸν, τοῦ ἰδίου Πνεύματος μέτοχον ἀπο- D φαίνουσιν; Ἢ μᾶλλον ἐκεῖνό φασιν, ὅτι τὸ Πνεῦμα λαβὼν ἀνθρωπίνως, βαπτίζει θεϊκῶς ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, καὶ ἔστιν αὐτὸς ὁ εἷς τε καὶ μόνος, καὶ ἀληθῶς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὡς αὐτὸς μεμαρτύρηκεν ὁ μακάριος Βαπτιστής; (A f. 54 b, E f. 157, F f. 788, H f. 162) Ῥητέον καὶ οὕτως· Τάχα δὲ τῇ τοῦ Πνεύματος σημασίᾳ, τὴν τοῦ πυρὸς συνέδησεν ὁ μακάριος Βαπτιστὴς, οὐκ ἐν πυρὶ πάντας βαπτισθήσεσθαι λέγων ἡμᾶς διὰ Χριστοῦ, ἀλλὰ τὴν τοῦ Πνεύματος ἐνέργειαν τὴν ζωοποιὸν διὰ τῆς τοῦ πυρὸς σημασίας σημαίνων· ἐκ γὰρ τῆς διαφόρου περὶ τὸ ὑποκείμενον ἐνεργείας, διαφόρους λαμβάνει τὸ ἓν Πνεῦμα τὰς προσηγορίας.

[68] Joan. I, 27 seqq. [69] Joan. VIII, 58.

*Διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ.*

(A f. 56, E f. 158 b, F f. 789, H f. 168) Ἰδοὺ δέ φησιν ὁ μακάριος Βαπτιστὴς, Χριστῷ διαφέρειν ὡς Δεσπότῃ τὴν ἅλωνα· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ αὐτοῦ (1). Οὕτω γὰρ αὐτὴν καθαίρει, διιστὰς καὶ διακρίνων ἀπὸ τοῦ σίτου τὸ ἄχυρον. Διανομέα τε καὶ οἱονεὶ σημάντορα τῶν ἑκάστῳ πρεπόντων, ὀφθήσεσθαι λέγει, ὡς τὸν μὲν δίκαιόν τε καὶ ἀγαθὸν, σίτου δίκην ταῖς οὐρανίαις εἰσκομίζειν αὐλαῖς, πυρὸς δὲ ποιεῖσθαι τροφὴν, ἀχύρου τρόπον ἀποτιναχθέντα τὸν ἄδικον. Ὁ μὲν γὰρ σῖτος, φησὶ, εἰς ἀποθήκην εἰσκομίζεται, τουτέστιν ἀσφαλείας ἀξιοῦται τῆς παρὰ Θεοῦ, φειδοῦς τε καὶ φυλακῆς καὶ ἀγάπης· τό γε μὴν ἄχυρον ὡς ἄχρηστος ὕλη, πυρὶ δαπανᾶται (2). — (A f. 56 b, E f. 158 b, F f. 789 b, H f. 168 b) Ἄκουε δὲ τί καὶ διὰ Ἱερεμίου φησὶν ὁ Θεὸς, σύγκρισιν προφητῶν καὶ ψευδοπροφητῶν ποιούμενος· « Τί τὸ ἄχυρον πρὸς τὸν σῖτον; » ἤγουν ἡ κουφολογία πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Ὁ μὲν γὰρ παρὰ Θεοῦ λόγος τροφιμωτάτην ἔχει τὴν δύναμιν· ὁ δὲ τῶν ἀνοσίων ψευδοδιδασκάλων, εὐδιαθρυπτότατός τε καὶ ἀχυρώδης ὑπάρχων, οὐδεμίαν τοῖς ἀκροωμένοις ἐμποιεῖ τὴν ὄνησιν (3).

A V. 17. *Purgabit aream suam.*

Ecce autem ait Baptista, a Christo utpote Domino differre aream, id enim significat suam. Sic autem illam purgat, separando scilicet et discernendo a tritico paleam : seque futurum dicit distributorem ac veluti assignatorem sortis cuique debitæ; ita ut justus quidem ac bonus, tritici instar, cœlestibus cellis inferatur; flammæ autem esca fiat, paleæ instar excussus homo iniquus. Nam triticum, inquit, in horrea convehitur, id est Dei tutela dignum habetur, venia, custodia et charitate : at palea velut inutilis materia igne consumitur. Audi quid etiam per Jeremiam Deus dicat, prophetas cum pseudoprophetis contendens : « Quid palea ad triticum [70] ? » nempe vanitas ad veritatem. B Etenim Dei sermo nutrientem apprime vim habet; impiorum vero pseudomagistrorum sermo cum fragilissimus acerosusque sit, nullam audientibus confert utilitatem.

*Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ βαπτισθῆναι ἅπαντα τὸν λαὸν, καὶ Ἰησοῦ βαπτισθέντος καὶ προσευχομένου, ἀνεῳχθῆναι τὸν οὐρανόν.*

(E f. 163, F f. 793) Βαπτίζεται δὲ ὁ Ἰησοῦς εὐλογῶν τὰ ὕδατα καὶ καθαίρων αὐτὰ ὑπὲρ ἡμῶν. Ἅγιος γάρ ἐστιν ἁγίων ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος· καὶ οὐκ ἂν αὐτὸς ἐδεήθη τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, οὐδὲ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν τυχεῖν, ὥσπερ ἡμεῖς κερδαίνομεν δι' αὐτοῦ· ἐκ τοῦ πληρώματος γὰρ αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν. Ἐκπορεύεται μὲν γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἔστι δὲ καὶ ἴδιον τοῦ Υἱοῦ. Καὶ γοῦν εἴρηται πλεισταχοῦ Πνεῦμα Χριστοῦ, τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐκπορευόμενον Πνεῦμα· καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ Παῦλος, ποτὲ μέν· « Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ Πνεῦμα Χριστοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν· εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. » Καὶ πάλιν· « Ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν κρᾶζον· Ἀββᾶ ὁ Πατήρ. » Οὐκοῦν ἐκπορεύεται μὲν, ὡς ἔφην, ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, χορηγεῖ δὲ αὐτὸ τῇ κτίσει καὶ δίδωσι τοῖς ἀξίοις ὡς φύσει τε καὶ ἀληθῶς Υἱὸς, ὁ μονογενὴς αὐτοῦ Λόγος, καὶ τοῖς τοῦ Πατρὸς ἀξιώμασι διαπρέπων. Καὶ γοῦν ἔφασκεν·

**147** V. 21. *Contigit autem, cum baptizaretur universus populus, et Jesu baptizato et orante, ut aperiretur cœlum.*

Baptizatur Jesus benedicens aquis, easque nostri causa purificans. Sanctum enim sanctorum est unigenitum Dei Verbum. Certe Jesus sancto baptismate non indigebat, neque remissionem peccatorum consequi, quam nos per ipsum lucramur : nam C nos ex plenitudine ejus cuncti accepimus [71]. Et procedit quidem de Deo Patre sanctus Spiritus, nihilominus Filii quoque proprius est. Sæpissime enim dictus est Spiritus Christi, is qui de Patre Deo procedit Spiritus. Testis aderit Paulus, semel quidem : « Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, siquidem Spiritus Dei habitat in vobis. Quod si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus [72]. » Et rursus : « Quia vero filii estis, misit Deus Spiritum Filii (sui) in corda vestra clamantem : Abba, Pater [73]. » Ergo procedit quidem, ut dixi, de Deo Patre Spiritus sanctus, verumtamen ipsum suppeditat creaturæ, dignisque dat naturalis verusque Filius, unigenitum Dei Verbum, Patris gloria exornatum. Quamobrem etiam aiebat : « Cun- D cta quæ habet Pater, mea sunt [74]. » Cur itaque

[70] Jerem. XXIII, 28. [71] Joan. I, 16. [72] Rom. VIII, 9. [73] Galat. IV, 6. [74] Joan. XVI, 15.

(1) Hoc loco divus Thomas in Catena habet Latine aliud fragmentum. « CYRILLUS. Per hoc autem quod subdit : et permundabit aream suam; designat Baptista Ecclesiam pertinere ad Christum quasi ad Dominum. »

(2) Plus aliquid legebat D. Thomas in Catena. « CYRILLUS. At paleæ lentos et inanes signant, et quolibet vento peccati ventilatos et volubiles. »

(3) Ad v. 19 seqq., ubi Lucas meminit Herodis Baptistam carceri tradentis, anonymus quidam interpres in codice B f. 39 b, hæc adnotat : Ὁ μακάριος Κύριλλος τοῦ Ἡρώδου ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ οὐκ ἐπεμνήσθη. Οἶμαι δὲ καὶ ἐγὼ ὅτι περιττῶς ὧδε κεῖται. Εἰ γὰρ ἐνεκλείσθη ὁ Ἰωάννης, πῶς ἐβάπτιζεν; Οὐ γὰρ ἴσμεν αὐτὸν ἐγκλεισθέντα καὶ ἀπολυθέντα, καὶ αὖθις ἐγκλεισθέντα καὶ τελειωθέντα. *Beatus Cyrillus Herodis in explanatione non meminit. Reapse et ego judico, ex abundantia hic poni. Nam si Joannes jam in vinculis fuisset, quomodo nunc baptizaret? Neque enim nobis constat illum in vincula conjectum, postea liberatum; rursusque carcere conclusum, et necatum.* Videmus ergo ab anonymo testimonium præberi commentario Cyrilli in Lucam. Videmus item Cyrillum reapse nullam hic facere Herodis mentionem. Cæteroqui ad captum Joannem quod attinet, satis erit hic docti Calmeti adnotationem ascribere : *Hoc nonnisi multo post contigit, uti cæteri evangelistæ narrant. Visum autem est Lucæ hic omnia describere quæ ad Joannem spectant, antequam ad reliqua gradum faciat.*

Unius quippe proprium est superstantis omnia substantiæ, ut Spiritum sanctum possit aliquibus immittere, et divinæ substantiæ eos qui ad ipsam accedunt participes facere. Porro hæc Christo inest facultas : non quod eam aliunde acceperit aut participaverit, sed ex suapte natura ac substantialiter. Etenim is in Spiritu sancto baptizat. Quamobrem humanatum Verbum, Deus **145** utique est fructusque substantiæ Dei Patris. Jam vero postea etiam quam factus est homo, id ipsum agebat, quia unus est Filius cum unita sibi ineffabiliter et incomprehensibiliter carne. Et quidem cum antea dixisset beatus Baptista, Non sum dignus calceamentorum sphærulam dissolvere (sic enim appellant calcei extremitatem, quæ in acutum desinit, cujusmodi gestare barbari solent), statim addidit : « Hic vos baptizabit in Spiritu sancto et igne; » et pedes scilicet habens et calceos. Neque enim quisquam sana mente præditus dicet, Verbum nondum incarnatum, neque adhuc apud nos versans, pedes et calceos habuisse. Sed quia cum Verbum factum est homo, deitatem suam non amisit, ideo tunc etiam Deo digna operabatur, Spiritum tribuens credentibus in eum. Idem quippe Deus simul erat et homo.

Sed dicet aliquis : Imo potius Verbum Deo digna faciebat per hominem de stirpe Davidis ortum. Atqui hæc tibi dicenti nos opponemus Joannis verba, qui alicubi ait Judæis : « Venit post me vir, qui ante me factus est, quia prior me erat, et ego illum nesciebam. Sed qui misit me aqua baptizare, ipse mihi dixit : Super quem videris descendentem Spiritum sanctum, supraque eum manentem, hic est qui baptizat in Spiritu sancto ; et ego vidi, et testimonium perhibui quod ipse Dei Filius sit [68]. » En manifeste, quem virum dixit, eum ante se factum affirmat, et sibi esse priorem, divinitus nempe præexsistentem, prout a Christo ipso Judaicæ turbæ dictum fuit : « Antequam Abraham fieret, ego sum [69]. » Præterea mox dicit descendisse in ipsum de cœlo Spiritum. Num forte in simplex incorporeumque adhuc Dei Verbum descendisse aiunt Spiritum sanctum, et Spiritus sancti datorem, Spiritum proprium participare affirmant? Quid ni illud potius asserunt, eum in humanitatem suam Spiritum sanctum recepisse, baptizasse vero divinitus in sancto Spiritu; eumdemque unum **146** esse solumque et vere Patris Dei Filium, ut idem testatur Baptista ? Sed alia quoque explicatio proferenda est. Fortasse cum Spiritus vocabulo, ignis mentionem copulavit Baptista, non ut omnes nos baptizandos fore igne per Christum affirmaret, sed ut vivificam Spiritus operationem, ignis vocabulo significaret. Nam pro diversa in subjecta re operatione, diversas sumit unus Spiritus appellationes.

A εὐθὺς ἐπιφέρει· « Ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ὕδατι,
ἐκεῖνος δὲ ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί.
Μόνης γὰρ καὶ ἰδικῶς ἔργον ἐστὶ τῆς πάντα ὑπερ-
κειμένης οὐσίας, τὸ ἐνιέναι δύνασθαί τισι τὸ Πνεῦμα
τὸ ἅγιον, καὶ θείας φύσεως κοινωνοὺς ἀποφαίνειν
τοὺς προσιόντας αὐτῇ· ἐνυπάρχει δὲ τοῦτο, οὐ
κατὰ λῆψιν καὶ μέθεξιν τὴν παρ' ἑτέρου τινὸς, ἀλλ'
οἴκοθεν καὶ οὐσιωδῶς τῷ Χριστῷ· βαπτίζει γὰρ ἐ
ἁγίῳ Πνεύματι. Θεὸς οὖν ἄρα ἐστὶ, καὶ καρπὸς τ
οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὁ ἐνανθρωπήσας Λόγο
ἀλλ' ἔδρα τοῦτο καὶ ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, εἷς
Υἱὸς μετὰ τῆς ἀῤῥήτως τε καὶ ἀπερινοήτως ἑνω
σης αὐτῷ σαρκός. Καὶ γοῦν ὁ μακάριος Βαπτισ
προειπὼν, « Οὐκ εἰμὶ ἄξιος, ἵνα λύσω τὸν σφα
τῆρα τῶν ὑποδημάτων (οὕτω δὲ εἰώθασι λέγει
B ἄκρον τοῦ ὑποδήματος, τὸ εἰς ὀξὺ λῆγον· τοιο
γὰρ χρῶνται οἱ βάρβαροι), προσεπήνεγκεν εὐ
« Οὗτος ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ π
καὶ πόδας δηλονότι καὶ ὑποδήματα ἔχων. Οὐ
τοι φαίη τις ἂν, εἴγε νοῦν ἔχοι, ὡς ἄσαρκος
Λόγος, καὶ οὔπω γενόμενος καθ' ἡμᾶς, πόδα
καὶ ὑποδήματα· ἀλλ' ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος,
τὸ εἶναι Θεὸς οὐκ ἀπώλεσεν, ἐνήργηκε πάλ
οὕτω θεοπρεπῶς, τὸ Πνεῦμα διδοὺς τοῖς πιστ
εἰς αὐτόν· ἦν γὰρ ἐν ταὐτῷ Θεός τε ὁμοῦ
θρωπος ὁ αὐτός.

Ἀλλὰ, Ναὶ, φησὶν, ἐνήργηκεν ὁ Λόγος τὰ θε
διὰ τοῦ ἐκ σπέρματος Δαβίδ. Οὐκοῦν ἀν
σοι ταῦτα λέγοντι, τοῦ Ἰωάννου τὰ ῥήμ
γάρ που πρὸς Ἰουδαίους· « Ὀπίσω μου
C ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρ
κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτόν· ἀλλ' ὁ πέμψας με
ἐν ὕδατι, αὐτός μοι εἶπεν· Ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃ
νον τὸ Πνεῦμα, καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, οὗ
βαπτίζων ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· κἀγὼ ἑώρα
μαρτύρηκα ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θ
δὲ, σαφῶς ἄνδρα λέγων, πρὸ αὐτοῦ γεν
καὶ εἶναι πρῶτον αὐτοῦ, προϋπάρχοντα
κῶς, κατά γε τὸ παρ' αὐτοῦ σαφῶς εἰ
Ἰουδαίων δήμοις· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρ
γενέσθαι, ἐγώ εἰμι· » εἶτα πρὸς τούτ
βῆναί φησιν ἐπ' αὐτὸν τὸ Πνεῦμα ἐξ
ἐπὶ γυμνὸν καὶ ἄσαρκον ἔτι τὸν τοῦ Θεο
ταβῆναί φασι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ
ματος χορηγὸν, τοῦ ἰδίου Πνεύματος
D φαίνουσιν; Ἢ μᾶλλον ἐκεῖνό φασιν, ὁ
λαβὼν ἀνθρωπίνως, βαπτίζει θεϊκῶς
ματι, καὶ ἔστιν αὐτὸς ὁ εἷς τε καὶ μόν
θῶς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὡς α
ρηκεν ὁ μακάριος Βαπτιστής; (A f.
F f. 788, H f. 162) Ῥητέον καὶ οὕτω
τοῦ Πνεύματος σημασίᾳ, τὴν τοῦ π
ὁ μακάριος Βαπτιστὴς, οὐκ ἐν πυρ
σθήσεσθαι λέγων ἡμᾶς διὰ Χριστοῦ
Πνεύματος ἐνέργειαν τὴν ζωοποιὸν δι
σημασίας σημαίνων· ἐκ γὰρ τῆς δι
ὑποκείμενον ἐνεργείας, διαφόρους λαμβάνει τὸ ἓν Πνεῦμα τὰς προσηγορίας.

[68] Joan. I, 27 seqq. [69] Joan. VIII, 58.

ριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ.

A V. 17. *Purgabit aream suam.*

;, E f. 158 b, F f. 789, H f. 168) Ἰδοὺ μακάριος Βαπτιστής, Χριστῷ διαφέρειν τὴν ἅλωνα· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ αὐ- ὕτω γὰρ αὐτὴν καθαίρει, διιστὰς καὶ δια- ὸ τοῦ σίτου τὸ ἄχυρον. Διανομέα τε καὶ ιάντορα τῶν ἑκάστῳ πρεπόντων, ὀφθήσε- , ὡς τὸν μὲν δίκαιόν τε καὶ ἀγαθὸν, σί- ταῖς οὐρανίαις εἰσκομίζειν αὐλαῖς, πυρὸς ει τροφὴν, ἀχύρου τρόπον ἀποτιναχθέντα . Ὁ μὲν γὰρ σῖτος, φησὶ, εἰς ἀποθήκην αι, τουτέστιν ἀσφαλείας ἀξιοῦται τῆς παρὰ ῦς τε καὶ φυλακῆς καὶ ἀγάπης· τό γε μὴν ἄχρηστος ὕλη, πυρὶ δαπανᾶται (2). — E f. 158 b, F f. 789 b, H f. 168 b) Ἄκουε διὰ Ἱερεμίου φησὶν ὁ Θεὸς, σύγκρισιν καὶ ψευδοπροφητῶν ποιούμενος· « Τί τὸ ς τὸν σῖτον; » ἤγουν ἡ κουφολογία πρὸς ν. Ὁ μὲν γὰρ παρὰ Θεοῦ λόγος τροφι- ει τὴν δύναμιν· ὁ δὲ τῶν ἀνοσίων ψευδοδιδασκάλων, εὐδιαθρυπτότατός τε καὶ ἀχυρώδης οὐδεμίαν τοῖς ἀκροωμένοις ἐμποιεῖ τὴν ὄνησιν (3).

Ecce autem ait Baptista, a Christo utpote Domino differre aream, id enim significat *suam*. Sic autem illam purgat, separando scilicet et discernendo a tritico paleam: seque futurum dicit distributorem ac veluti assignatorem sortis cuique debitæ; ita ut justus quidem ac bonus, tritici instar, cœlestibus cellis inferatur; flammæ autem esca fiat, paleæ instar excussus homo iniquus. Nam triticum, inquit, in horrea convehitur, id est Dei tutela dignum habetur, venia, custodia et charitate: at palea velut inutilis materia igne consumitur. Audi quid etiam per Jeremiam Deus dicat, prophetas cum pseudoprophetis contendens: « Quid palea ad triticum [70]? » nempe vanitas ad veritatem. B Etenim Dei sermo nutrientem apprime vim habet; impiorum vero pseudomagistrorum sermo cum fragilissimus acerosusque sit, nullam audientibus confert utilitatem.

ο δὲ ἐν τῷ βαπτισθῆναι ἅπαντα τὸν ἰ Ἰησοῦ βαπτισθέντος καὶ προσευχο- ῳχθῆναι τὸν οὐρανόν.

**147** V. 21. *Contigit autem, cum baptizaretur universus populus, et Jesu baptizato et orante, ut aperiretur cælum.*

5, F f. 793) Βαπτίζεται δὲ ὁ Ἰησοῦς εὐ- ὕδατα καὶ καθαίρων αὐτὰ ὑπὲρ ἡμῶν. ῳ ἐστιν ἁγίων ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος· ὸ αὐτὸς ἐδεήθη τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ς ἁμαρτιῶν τυχεῖν, ὥσπερ ἡμεῖς κερδαί- ·ῦ· ἐκ τοῦ πληρώματος γὰρ αὐτοῦ ἡμεῖς C ομεν. Ἐκπορεύεται μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἔστι δὲ καὶ ί. Καὶ γοῦν εἴρηται πλειστάχου Πνεῦμα ἐ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐκπορευόμενον μαρτυρήσει λέγων ὁ Παῦλος, ποτὲ μὲν ὰ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ ῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν· εἰ δέ τις Πνεῦμα ῃ, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. » Καὶ πά- ἐστε υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦ- ς τὰς καρδίας ὑμῶν κρᾶζον· Ἀββᾶ ἐκπορεύεται μὲν, ὡς ἔφην, ἐκ τοῦ ς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, χορηγεῖ δὲ αὶ δίδωσι τοῖς ἀξίοις ὡς φύσει τε ὁ μονογενὴς αὐτοῦ Λόγος, καὶ ταῖς ἐκπρέπων. Καὶ γοῦν ἔφασκεν D

Baptizatur Jesus benedicens aquis, easque nostri causa purificans. Sanctum enim sanctorum est unigenitum Dei Verbum. Certe Jesus sancto baptismate non indigebat, neque remissionem peccatorum consequi, quam nos per ipsum lucramur: nam nos ex plenitudine ejus cuncti accepimus [71]. Et procedit quidem de Deo Patre sanctus Spiritus, nihilominus Filii quoque proprius est. Sæpissime enim dictus est Spiritus Christi, is qui de Patre Deo procedit Spiritus. Testis aderit Paulus, semel quidem: « Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, siquidem Spiritus Dei habitat in vobis. Quod si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus [72]. » Et rursus: « Quia vero filii estis, misit Deus Spiritum Filii (sui) in corda vestra clamantem: Abba, Pater [73]. » Ergo procedit quidem, ut dixi, de Deo Patre Spiritus sanctus, verumtamen ipsum suppeditat creaturæ, dignisque dat naturalis verusque Filius, unigenitum Dei Verbum, Patris gloria exornatum. Quamobrem etiam aiebat: « Cuncta quæ habet Pater, mea sunt [74]. » Cur itaque

[70] ...23, 28. [71] Joan. I, 16. [72] Rom. VIII, 9. [73] Galat. IV, 6. [74] Joan. XVI, 15.

...ius Thomas in Catena habet La... ...: « CYRILLUS. Per hoc autem ...mundabit aream suam; designat ...pertinere ad Christum quasi ad ... ...legebat D. Thomas in Catena. ...a ... et inanes signant, et ...ventilatas et volubiles. » ..., ubi Lucas meminit Herodis ..., anonymus quidam in- ...b, hæc adnotat: Ὁ παρὰ- ... ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ οὐκ ἐ- ... ἐν περιουσίας ὧδε κεῖν- ... πῶς βαπτίζει; ... καὶ ἀπολυθέντα ...LXXIII.

...ῆλῃς ἐγκλεισθέντα καὶ τελευθέντα. *Beatus Cyrillus Herodis in explanatione non meminit. Reapse et ego judico, ex abundantia hic poni. Nam si Joannes jam in vinculis fuisset, quomodo nunc baptizaret? Neque enim nobis constat illum in vincula conjectum, postea liberatum; rursusque carcere conclusum, et necatum.* Videmus ergo ab anonymo testimonium præberi commentario Cyrilli in Lucam. Videmus item Cyrillum reapse nullam hic facere Herodis mentionem. Cæteroqui ad caput Joannem qu... satis erit hic docti ... adnotationem...

Verbum careat : qui est perfectissimus, utpote Deus, crescit corpore; ac maturitate membrorum, incorporeus : repletur sapientia. ille, in quo omnis sapientia est. Quid ad hæc dicimus? Cognosce ex his, illum qui in forma Patris erat, factum similem nobis; divitem, in inopia; excelsum, in humilitate; eum qui plenus divinitus est, dici nihilominus accipere. Adeo semetipsum exinanivit Deus Verbum [89]! Nam quæ humanitus de eo scripta sunt, exinanitionis modum demonstrant. Neque enim fieri poterat, ut quidquam hujusmodi in propria natura pateretur genitum ex Patre Verbum. **137** Sed cum caro factum est, id est homo æque ac nos, tunc carnaliter a muliere paritur, et quæ humanæ sunt conditionis perpeti dicitur. Profecto Deus Verbum poterat, cum perfecti viri mensura, suam ex utero sine ulla mora carnem educere : verumtamen ea res a portento non abfuisset. Quamobrem humanitatis moribus atque legibus in suam quoque carnem potestatem dedit. Sic etiam dici puta profecisse eum sapientia, non quod sapientiæ incrementum acceperit, quia Deus omni re absolutissimus esse reputatur, et nullius Deo dignarum qualitatum indigus : sed quia Deus Verbum una cum corporis ætate manifestationem sapientiæ paulatim dilatabat.

Crescit corpus quidem ætate, sapientia vero animus : etenim Deitas neutrum incrementum admittit : nam usquequaque perfectissimum Dei Verbum erat. Congrue porro copulavit corporis incremento, sapientiæ augmentum ; nam pro modulo corporalis ætatis, suam divina natura patefaciebat sapientiam.

V. 42. *Et cum annos duodecim natus esset, ascendentibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi.*

Evangelista qui dixit profecisse Jesum sapientia et gratia apud Deum et homines, verax ostendit dictum suum. Defert enim illum Hierosolymam cum sancta Virgine, festo illuc invitante tempore. Deinde ait ipsum illic substitisse, et mox inventum in templo inter doctores sedentem, rogantemque vicissim ac respondentem quæ in lege olim erant præscripta. Denique ait cunctos interrogationes ejus atque responsa fuisse admiratos. Vides quomodo sapientia et gratia profecerit, nempe quia multis talis innotuit.

V. 48. *Pater tuus et ego dolentes quærebamus te.*

Profecto sciebat mater ejus, haud esse ipsum Josephi filium : nihilominus ob vitandas Judæorum suspiciones, ita ait. Jam **138** cum dixisset : « Pater tuus

A Ἀνθρώπινον ὑπομένει τόκον, καίτοι τὸ ἄναρχον καὶ ἄχρονον θεϊκῶ; ἔχων ὁ Λόγος· ἐν αὐξήσει σώματος ὁ παντέλειος ὡς Θεὸς, ἐν ἁδρότητι μελῶν ὁ ἀσώματος· πληροῦται σοφίας, αὐτὸς ὢν ἡ πᾶσα σοφία. Καὶ τί πρὸς τοῦτό φαμεν; Ὅρα διὰ τούτων τὸν ἐν μορφῇ τοῦ Πατρὸς ἐν ὁμοιώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς, τὸν πλούσιον ἐν πτωχείᾳ, ἐν ταπεινώσει τὸν ὑψηλὸν, τὸν τὸ πλῆρες ἔχοντα θεϊκῶς, ἐν τῷ λέγεσθαι λαβεῖν· οὕτω κεκένωκεν ἑαυτὸν Θεὸς ὢν ὁ Λόγος. Τὰ γὰρ ἀνθρωπίνως περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα, τὸν τῆς κενώσεως διαδείκνυσι τρόπον. Οὐ γάρ ἐστι τῶν ἐνδεχομένων εἰς ἰδίαν φύσιν ὑποστῆναί τι τοιοῦτον, τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς φύντα Λόγον· ἀλλ' ὅτε γέγονε σὰρξ, ἤγουν ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, τότε τίκτεται μὲν ἐκ γυναικὸς κατὰ σάρκα, λέγεται δὲ καὶ ὑπομεῖναι τὰ ἀνθρώπινα. Ἦν B μὲν γὰρ ἱκανὸς Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, εἰς μέτρον ἀνδρὸς τελείου, καὶ ἐκ μήτρας εὐθὺς τὴν ἰδίαν ἀναβιβάσαι σάρκα· ἀλλ' ἦν οὐ μακρὰν τερατοποιίας τὸ δρώμενον. Διὰ τοῦτο τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος ἔθεσί τε καὶ νόμοις, τὸ κρατεῖν ἐδίδου καὶ ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ σαρκός. Οὕτω καὶ ἐν σοφίᾳ προκόπτειν ἂν λέγοιτο, οὐ προσθήκην σοφίας δεχόμενος, καθ' ὃ νοεῖται Θεὸς ὁ ἐν πᾶσι παντέλειος, καὶ ἀπροσδεὴς εἰσάπαν τῶν θεοπρεπῶν ἀξιωμάτων, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου τῇ τοῦ σώματος ἡλικίᾳ συνεκτείνοντος κατὰ βραχὺ τῆς σοφίας τὴν ἔκφανσιν.

(A f. 42 b., H f. 124 b) Προκόπτει δὲ ἡλικίᾳ μὲν σῶμα, σοφίᾳ δὲ ψυχή (1). Θεότης γὰρ οὐδετέραν ἐπίδοσιν ἐπιδέχεται· παντέλειος γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος. Εἰκότως δὲ συνέζευξε τῇ τῆς ἡλικίας αὐξήσει, τὴν C τῆς σοφίας ἐπίδοσιν· πρὸς γὰρ τὸ μέτρον τῆς τοῦ σώματος ἡλικίας, ἀπεκάλυπτεν ἡ θεία φύσις τὴν οἰκείαν σοφίαν.

*Καὶ ὅτε ἐγένετο ἐτῶν δώδεκα, ἀναβάντων αὐτῶν εἰς Ἱεροσόλυμα κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἑορτῆς.*

(A f. 45, B f. 32, C f. 110, E f. 109, H f. 132 b) Εἰπὼν ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι προέκοπτεν ὁ Ἰησοῦς ἐν σοφίᾳ καὶ χάριτι παρά τε Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, δείκνυσι τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἀληθῆ. Ἀποφέρει γὰρ αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἅμα τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ, ἑορτῆς καλούσης εἰς τοῦτο· εἶτά φησιν ἀπομεῖναι μὲν αὐτὸν, εὑρεθῆναι δὲ μετὰ ταῦτα ἐν τῷ ἱερῷ μεταξὺ τῶν διδασκάλων καθήμενον, ἐρωτῶντά τε καὶ ἀποκρινόμενον, δῆλον δὲ ὅτι τὰ πάλαι τῷ νόμῳ διηγορευμένα· D εἶτα θαυμαζόμενον ἐπὶ ταῖς ἐρωτήσεσιν ὑπὸ πάντων καὶ ταῖς ἀπολογίαις. Ὁρᾷς ἐν σοφίᾳ καὶ χάριτι προκόπτοντα διὰ τοῦ γινώσκεσθαι πολλοῖς ὅτι τοιοῦτός ἐστιν.

*Ὁ Πατήρ σου κἀγὼ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε.*

(B f. 33) Ἤδει μὲν γὰρ ἡ μήτηρ αὐτοῦ μὴ τέκνον εἶναι αὐτὸν τοῦ Ἰωσήφ· ἀλλὰ διὰ τὴν ὑποψίαν τῶν Ἰουδαίων τοῦτό φησι· καὶ ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι « Ὁ

[89] Philipp. II, 7.

(1) De eo, quod sapientia Christus profecisse dicitur, legendus est Petavius *De incarn.* lib. XI, c. 2, qui rem plenissime edisserit. Et quidem etiam noster Cyrillus communem sententiam sequitur, quod nempe pro ætatis incremento, majoris sapientiæ externa indicia fecerit.

πατὴρ σου κἀγὼ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε, » ὁ Σωτὴρ πρὸς τοῦτο λέγει·

*Οὐκ ᾔδειτε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ Πατρός μου δεῖ εἶναί με;*

A f. 45 b, E f. 110 b, H f. 134) Ἐνταῦθα οὖν πρώτως τοῦ ἀληθῶς Πατρὸς φανερώτερον μνημονεύει, καὶ παραγυμνοῖ τὴν ἑαυτοῦ θεότητα. Ἐπειδὴ γὰρ ἔφασκεν ἡ ἁγία Παρθένος· « Τέκνον, τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως; » τότε δὴ, τότε τῶν ἀνθρωπίνων ἐπέκεινα μέτρων ἑαυτὸν ὄντα δεικνὺς, καὶ διδάσκων ὅτι γέγονε μὲν ὑπουργὸς τῆς οἰκονομίας αὐτὴ τεκοῦσα τὴν σάρκα, φύσει δὲ καὶ ἀληθείᾳ Θεὸς ἦν, καὶ Υἱὸς τοῦ ἐν οὐρανοῖς ὄντος Πατρὸς, φησίν· « Οὐκ ᾔδειτε, » κ. τ. λ. — (A f. 45 b., E f. 110 b., H f. 134) Ἐνταῦθα οἱ ἀπὸ Οὐαλεντίνου ἀκούοντες, ὅτι Θεοῦ ἦν ὁ ναὸς, καὶ νῦν ἐν ἰδίοις ὁ Χριστὸς, ὁ καὶ πάλαι διὰ B τοῦ νόμου γραφόμενος, καὶ ὡς ἐν σκιαῖς καὶ τύποις μορφούμενος, αἰδείσθωσαν λέγοντες, ὅτι οὐχ ὁ Δημιουργὸς, οὐδὲ ὁ Θεὸς τοῦ νόμου, οὐδὲ ὁ Θεὸς τοῦ ναοῦ, οὗτός ἐστιν ὁ Πατὴρ τοῦ Χριστοῦ (1).

*Καὶ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις.*

(A f. 46, B f. 33 b., E f. 112, H f. 136 b) Φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης· « Καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. » Ποῖ ποτε προκόψει τὸ πλῆρες; ἢ ποίαν ὅλως ἐπιδέξεται προσθήκην, οὗ ἐπέκεινα μηδέν; Οὐκοῦν οὐ καθ' ὃ Λόγος ἐστὶ καὶ Θεὸς προκόπτειν εἴρηται, ἀλλ' ὅτι μειζόνως ἀεὶ θαυμαζόμενος, χαριέστερος παρὰ τοῖς ὁρῶσι διὰ τῶν C ἀποτελεσμάτων ἀπεδείκνυτο, προκοπτούσης, ὡς ἔστι μᾶλλον εἰπεῖν ἀληθέστερον, τῆς τῶν θαυμάτων ἕξεως ἐν ταῖς τῶν ὁρώντων διανοίαις, ἤπερ αὐτοῦ τοῦ τελείου πρὸς χάριν ὡς Θεοῦ. Σκόπει δὲ ὡς τὸ ἔν τινι προκόπτον, ἕτερόν ἐστι παρ' ἐκεῖνο ἐν ᾧ προκόπτειν λέγεται. Εἰ τοίνυν ἐν σοφίᾳ προκόπτειν εἴρηται, οὐχ ἡ σοφία προέκοπτεν, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τὸ ἀνθρώπινον. Ἀποκαλυπτομένης γὰρ καὶ φανερουμένης ὁσημέραι τῆς θεότητος ἐν αὐτῷ, ἀεὶ θαυμαστότερος παρὰ τοῖς ὁρῶσιν ἐγίνετο. Καὶ ἐπιτήρει ὡς οὐκ εἶπεν, Ὁ Λόγος δὲ προέκοπτεν, ἀλλ' « Ὁ Ἰησοῦς, » ἵνα μὴ γυμνὸν νοήσῃς τὸν Λόγον· ἀλλ' ὅτι γέγονε σὰρξ, καὶ προκόπτειν λέγεται, ὅτε τὸ προκόπτειν πεφυκὸς ἀνεδέξατο, τουτέστι τὸ ἀνθρώπινον. Τῆς οὖν ἀνθρωπότητος ἂν εἴη, καὶ κατὰ ταύτης ἂν φέροιτο εὐλόγως τὸ, D *προέκοπτεν*. Οὕτω γὰρ ἕκαστον τῶν λεγομένων ἐν τῇ οἰκείᾳ τάξει κείσεται, οὔτε τῶν ὅσα πρέπει γυμνῷ τῷ Λόγῳ καταφερομένων εἰς τὸ ἀνθρώπινον, οὔτε μὴν τῶν ἀνθρωπίνων ἀναβαινόντων εἰς τὸν τῆς θεότητος λόγον.

A et ego dolentes quærebamus te, » respondit Servator:

V. 49. *Nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse?*

Hic primum veri Patris manifestius mentionem infert, suamque detegit deitatem. Nam cum sancta Virgo dixisset: « Fili, cur fecisti nobis sic? » tunc demum supra humanam mensuram se esse demonstrans, matremque carnalem suam dispensationis quidem esse ministram docens, se tamen suapte natura Deum, Patrisque cœlestis Filium, ait; « Nesciebatis, » etc. — Hic Valentini asseclæ audientes et Dei esse templum, et quod Christus nunc in propriis est, qui et olim a lege descriptus erat, et tanquam umbris ac typis figuratus, pudore afficiantur B dum aiunt, quod neque Creator, neque Deus legis, neque Deus templi, ipse est Christi Pater.

V. 52. *Et Jesus proficiebat sapientia et ætate ac gratia apud Deum et homines.*

Ait evangelista Joannes: « Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis [51]. » Si ergo gratiæ ac veritatis plenus, quomodo proficiet quod plenum est? vel quam omnino additionem recipiet, id quo majus nihil est? Non ergo quatenus Verbum Deusque est, proficere dictus est, sed quia majorem semper admirationem sui commovens, gratiosior cernentibus ob actus C suos videbatur: progrediente magis, ut verius dicendum est, prodigiorum in spectatorum mentibus conceptu, quam ipsomet Jesu ad gratiam crescente, qui perfectus erat utpote Deus. Porro observa, illud quod in re aliqua proficit, diversum esse ab ea re in qua proficere dicitur. Si ergo in sapientia profecit, **139** haud ipsa sapientia (id est Verbum, Patris sapientia [52]) profecit, sed humana natura incrementum sapientiæ habuit. Cum enim se revelaret quotidie ac manifestaret in ipso Deitas, admirabilior spectantibus semper fiebat. Et animadverte non dixisse: Verbum proficiebat, sed « Jesus »: ne forte de solo cogitares Verbo: sed quia Verbum caro factum est, ideo proficere dicitur, D postquam proficiendi facultatem acquisivit, id est humanitatem. Est itaque humanitatis proprium, deque ea recte prædicatur vocabulum *proficiebat*. Sic enim singulæ dictiones in ordine suo manebunt; nec ea quæ solum Verbum decent ad humanitatem deprimentur; neque humanæ qualitates, ad deitatis vocabula esse attollent·

[51] Joan. I, 14. [52] I Cor. I, 24.

(1) Hoc posterius fragmentum in cod. dicitur ex Cyrillo et Origene. Origenis autem locus pertinet ad ejus homiliam 18 in Lucam, quæ Latine, S. Hieronymo interprete, exstat in ed. Maur. t. III. Verumtamen sententia potius quam verba, consentit. Nam ne Valentini quidem nomen ibi scribitur, quod tamen non reticetur in fragmento Græco apud Gallandium Biblioth. t. XIV, Append. p. 89. Cæteroqui S. Thomas in Catena aurea tribuit hoc fragmentum uni Cyrillo sic: « CYRILLUS. Hoc igitur dicit ostendens se mensuram humanam transcendere, et innuens quod sacra Virgo effecta sit ministra negotii (οἰκονομίας) cum peperit carnem. Ipse vero naturaliter et vere Deus erat, et Filius Patris excelsi. Hinc autem Valentini sequaces, » etc

CAP. III.

V. 4. *Sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ prophetæ.*

Non ignoravit beatus Isaias propheta prædicationis Joannis scopum, sed antiquitus multoque ante tempore testimonium præbens, Christum quidem Dominum appellavit ac Deum; Joannem vero ministrum ac famulum nominavit [53]: quodque lampas esset, veræ lucis prævia; lucifer solis nuntius, diei quæ nos illuminatura est adventum significans. Vox erat, non tamen verbum, ante Jesum decurrens; sicuti reapse verbo vox præcurrit.

*Parate vias Domini, rectas facite semitas ejus.*

Delectus ad apostolatum, postremusque sanctorum prophetarum Joannes fuit. Quamobrem ceu si nondum Dominus adesset, « Parate, inquit, vias Domini, » id est componite vos ad recipiendum quidquid Christo constituere visum fuerit. Avertite corda ab umbra legis, typos omittite, a distortis consiliis desinite. Simul tamen et præsentem (Dominum) ostendit dicens: « Ecce Agnus **140** Dei, qui mundi peccatum tollit [54]. » — Quid autem sibi vult, « rectas facite semitas Dei nostri? » Recta quidem et lævis facilisque illa est quæ ad bonum defert semita: distorta autem altera, id est quæ ad pravitatem deducit incedentes per ipsam. De his enim scriptum est: « Quorum viæ perversæ sunt et obliquæ semitæ ipsorum [55]. » Ergo mentis æquitas, recta veluti via est, nihil distortum habens. Hujuscemodi erat divus Psalmista, dum caneret dicens: « Non adhæsit mihi cor perversum [56]. » Jesus quoque Navi filius populo aiebat: « Dirigite corda vestra ad Deum Israelis [57]. » Joannes vero, « Rectas facite, inquit, vias vestras. » In hoc autem consistit status animæ rectus, ut naturalem suum intellectum, prout condita fuit, præ se ferat. Nam pulchra quidem et recta apprime creata fuit. Cum autem naturam propriam perverterit, hæc improbitas et distorsio animæ dicitur. Non est difficile admodum negotium: nam si ut creati fuimus manserimus, media in virtute versamur.

A ΚΕΦΑΛ. Γ'.

*Ὡς γέγραπται ἐν βίβλῳ λόγων Ἡσαΐου τοῦ προφήτου.*

(A. f. 49, H f. 145 b) Οὐκ ἠγνόησεν ὁ μακάριος Ἡσαΐας τῶν Ἰωάννου κηρυγμάτων τὸν σκοπὸν, ἀλλ' ἄνωθεν καὶ πρὸ πολλοῦ τοῦ χρόνου μαρτυρῶν, τὸν μὲν Χριστὸν, Κύριον ἐκάλεσε καὶ Θεόν· τὸν δὲ Ἰωάννην, διάκονον αὐτοῦ καὶ ὑπηρέτην ὠνόμαζε· καὶ ὅτι λύχνος ἦν, τοῦ φωτὸς τοῦ ἀληθινοῦ προεισβεβηκὼς, ἑωσφόρος ἡλίου προάγγελος, τῆς μελλούσης ἐφ' ἡμᾶς διαυγάζειν ἡμέρας κατασημαίνων τὴν ἄφιξιν· καὶ ὅτι φωνὴ ἦν, οὐ λόγος προτρέχων τοῦ Ἰησοῦ, ὡς φωνὴ τοῦ λόγου (1).

*Ἑτοιμάσατε τὰς ὁδοὺς Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ.*

Deinde accedit tentator Satanas, auxiliarem velut improbitatis suæ famis passionem fore sperans. Sæpe enim is prævalet, dum nostras infirmitates suarum sumit insidiarum aggressionumque adjutrices. Existimavit ipsum protinus accursurum quo paratos panes videret. Dixit igitur: « Si Filius Dei es, dic ut hic lapis panis fiat. » Accedit, inquam, ceu vulgari homini et sanctorum uni: neque tamen suspicione **152** carebat, num is forte esset Christus. Qua ratione itaque id cognoscere nititur? Cogitavit divinæ potentiæ effectum opusque esse, naturalis rei alicujus in aliud quid sibi extraneum transformationem. Nam talium factor est et immutator Deus. Si ergo, inquit, id patraverit, prorsus B hic ille est qui adversus potentiam meam venturus exspectatur. Quod si minime hanc transformationem fecerit, res mihi cum homine est, metum abjicio et periculo liberor. Propterea Christus, utpote belluæ insidiarum conscius, neque lapidem immutavit, neque se id agere posse aut velle negavit; sed et illum tanquam importunum, et rem tanquam supervacuam repulit, dicens : « Haud solo pane vivet homo ; » id est, si Deus vim homini tribuerit, poterit ille cibo abstinere, et tamen vivere, sicuti Moyses atque Elias, qui verbo Dei vixerunt impasti quadraginta diebus. Si ergo vivi absque pane potest, cur ego ex lapide panem faciam? Neque ergo dicit, Non queo, ne suam potentiam neget; C nec ait, Possum, ne ille agnoscens quod Deus esset, cui soli hæc omnia sunt possibilia, ab eo recederet. — Et tu mecum considera hominis in Christo naturam, quæ gulosi Adami culpam repellit. Esu in Adamo victi fuimus, abstinentia in Christo vincimus. — Terrenis frugibus terrenum nostrum alitur corpus, quod homogeneæ rei adjutorium exquirit; rationalis autem anima divino verbo ad spiritalem habitudinem bonam roboratur. Nam quæ sunt de tellure alimenta, cognatum sibi nutriunt corpus; superna autem de cœlo spiritum roborant. Mentis alimonia est verbum Dei, panisque spiritalis qui hominis cor confirmat, sicut in Psalmorum libro cantatur [81]. Tales esse dicimus ipsorum etiam sanctorum angelorum cibos.

D V. 5. *Ostendit illi omnia regna orbis terræ.*

Sed heus tu malefice, et improbe, et **153** flagitiose, quomodo ausus es rei omnis creatæ Domino cuncta regna demonstrare, ac dicere, Omnia hæc mea sunt; quæ, si nunc procidens me adoraveris, tibi dabo? Quomodo quæ tua non sunt promittis? Quis te hæredem regni Dei constituit? Quis tibi terra-

[81] Psal. CIII, 15.

(1) Animadverte Cyrilli doctrinam de divina potentia transformandi rei alicujus naturam in diversam aliam; quod etiam ad dogma eucharisticæ transsubstantiationis valet. Idem sentiebat Baptista cum ait : *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.*

rum orbem subjecit? Fraudulenter hæc tibi vindicas; redde igitur humanato Filio, cunctorum Domino. Audi quid de te dicat Isaias propheta: « Nunquid et tibi paratum est regnare? vallem profundam, ignem et sulphur ac ligna posita; furor Domini, sicut vallis sulphure succensa [32]. » Qui autem sortis tuæ loco habes inexstinguibilem flammam, cur rerum omnium regi tua promittis? Sperabas adoratorem habere quem omnia tremunt, quem laudant Seraphim cunctæque angelicæ virtutes? Scriptum est enim: « Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli servies. » — Quasi intima illius contingens, hoc tempestive præceptum protulit. Namque ante suum adventum, universum ille irretiverat fraude mundum: ille ubique adorabatur. Verumtamen Dei lex, pellens illum de occupato fraudulenter imperio, unum suapte natura vereque Deum adorare jussit, eique soli cultum exhibere.

A Τίς ὑπέταξέ σοι τὴν ὑπ' οὐρανόν; Ἐξ ἀπάτης ἥρπασας· οὐκοῦν ἀπόδος ἐνανθρωπήσαντι τῷ Υἱῷ τῷ πάντων Δεσπότῃ· ἄκουε τί φησιν ὁ προφήτης Ἡσαΐας περὶ σοῦ « Μὴ καὶ σοὶ ἡτοιμάσθη βασιλεύειν; φάραγγα βαθεῖαν, πῦρ καὶ θεῖον καὶ ξύλα κείμενα· ὁ θυμὸς Κυρίου ὡς φάραγξ ὑπὸ θείου καιομένη. » Ὁ δὲ κλῆρον ἔχων τὴν ἄσβεστον φλόγα, πῶς τῷ βασιλεῖ τῶν ὅλων ἐπαγγέλλεις τὰ αὐτοῦ; Προσεδόκησας ἔχειν προσκυνητὴν ὃν τρέμει τὰ σύμπαντα, καὶ δοξολογοῦσι τὰ Σεραφὶμ καὶ πᾶσαι αἱ ἀγγελικαὶ δυνάμεις; Γέγραπται· « Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις (1). » — (B f. 47 b) Ἀπτόμενος ὥσπερ τῶν σπλάγχνων αὐτοῦ, ταύτην παρεκόμισεν εὐκαίρως τὴν ἐντολήν· πρὸ μὲν γὰρ τῆς ἐπιδημίας αὐτοῦ, πᾶσαν ἐπλάνησε τὴν ὑπ' οὐρανόν· αὐτὸς ἦν ὁ B πανταχοῦ προσκυνούμενος· ὁ δέ γε τοῦ Θεοῦ νόμος ἔξω τιθεὶς αὐτὸν τῆς ἐξ ἀπάτης αὐτῷ πεπορισμένης ἀρχῆς, ἐνὶ τῷ κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς ὄντι Θεῷ προσέταξε προσκυνεῖν, καὶ αὐτῷ μόνῳ τὰς λατρείας ἐπιτελεῖν.

V. 9. *Si Filius Dei es, mitte te hinc deorsum.*

*Εἰ ὁ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλε σεαυτὸν ἐντεῦθεν κάτω.*

Tertiam admovet tentationem diabolus, vanam gloriam, « Mitte te deorsum » inquiens, ad deitatis demonstrationem. Sed enim haud eum elatione transversum egit; ipse potius nunc etiam scopo aberravit. « Dictum quippe est, inquit Christus, Non tentabis Dominum Deum tuum. » Equidem haud tentantibus Deus opem suppeditat, sed credentibus in eum. Non enim quia Deus nos clementia sua dignatur, idcirco ostentationi indulgere debemus. Insuper nunquam Christus tentantibus se miraculum edidit: « Generatio, aiebat, prava signum quærit, et signum non dabitur ei [33]. » Idem nunc sibi dictum audiat **154** tentator Satanas. Nos ergo in Christo vicimus. Qui autem ab Adamo olim victor discessit, nunc pudore suffusus recessit, ut nos ipsum pedibus suppositum teneamus. Cum enim Christus vicit, tunc nobis quoque vincendi vim tradens, « Ecce dedi, inquit, vobis potestatem calcandi serpentes et scorpiones, et universam inimici potentiam [34]. »

(A f. 75 b, B f. 47 b, H f. 230) Τρίτην πεῖραν ὁ διάβολος προσάγει τὴν τῆς κενοδοξίας· « Βάλε σεαυτὸν κάτω, » λέγων, εἰς ἐπίδειξιν τῆς θεότητος· ἀλλ' οὐ κατήνεγκε διὰ τῆς ἐπάρσεως, ἀλλ' ἔξω βέβληκε καὶ εἰς τοῦτο σκοποῦ· « Εἴρηται γὰρ, φησὶ, Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου. » Οὐ γὰρ τοῖς πειράζουσι χαρίζεται ὁ Θεὸς τὰς ἐπικουρίας, ἀλλὰ C τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν· οὐ γὰρ ὅτι φειδοῦς ἡμᾶς ἀξιοῖ, διὰ τοῦτο ἡμεῖς ἐπιδεικτιᾷν ὀφείλομεν. Πρὸς τούτοις οὐδέποτε Χριστὸς τοῖς πειράζουσιν αὐτὸν ἐδίδου σημεῖον· « Γενεὰ γὰρ, φησί, πονηρὰ σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ. » Τοῦτο καὶ νῦν ἀκουέτω πειράζων ὁ Σατανᾶς. Οὐκοῦν νενικήκαμεν ἐν Χριστῷ· καὶ ὅ ποτε κρατήσας ἐν Ἀδὰμ, ἀπῆλθε κατῃσχυμμένος, ἵν' ἡμεῖς ὑπὸ πόδας ἔχωμεν αὐτόν. Ὅτε γὰρ νενίκηκεν ὁ Χριστὸς, τότε καὶ εἰς ἡμᾶς παραπέμπων τὸ δύνασθαι νικᾷν, « Ἰδοὺ δέδωκα, φησὶν, ὑμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. »

V. 10. *Scriptum est enim: Angelis suis mandabit de te, ut custodiant te.*

*Γέγραπται γὰρ, ὅτι Τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, τοῦ διαφυλάξαι σε.*

Cerne quam malitiose conatur Scripturarum usu Domini gloriam delere, quasi is angelico auxilio egeat, et quasi impingere eum necesse sit, nisi ei angeli præsto fuerint. Atqui non de Christo dicta fuit psalmi sententia; namque angelis non eget Dominus. Porro pinnaculum fabrica erat quædam celsissima, juxta templi latus exstructa. — Male nonnulli referunt psalmum (xc, 9) ad Domini personam, versiculos seriatim legentes sic; « Quia tu,

D (B f. 47 b) Ὅρα δὲ πῶς κακούργως πειρᾶται διὰ τῆς χρήσεως τῶν Γραφῶν καθελεῖν τὴν δόξαν τοῦ Κυρίου, ὡς δεομένου ἀγγελικῆς βοηθείας· ὡς μέλλοντος προσκόπτειν, εἰ μὴ ἄγγελοι αὐτῷ βοηθεῖεν. Οὐ γὰρ περὶ τοῦ Χριστοῦ εἴρηται ἡ χρῆσις τοῦ ψαλμοῦ· οὐδὲ γὰρ δεῖται ἀγγέλων Δεσπότης. Τὸ δὲ πτερύγιον, οἰκοδόμημα ἦν ὑψηλὸν ἄγαν, παρῳκοδομημένον τῇ πλευρᾷ τοῦ ἱεροῦ. — (A f. 75 b, H f. 230 b) Ἀναφέρουσι μέντοι κακῶς τινες τὸν ψαλ-

[32] Isa. xxx, 33. [33] Matth. xii, 39. [34] Luc. x, 19.

(1) Hic interseritur apud D. Thomam in Catena: « Cyrillus. Qualiter autem, si, secundum hæreticos, Filius est creatura, adoratur? Quod crimen inferetur adversus eos, qui servierunt creaturæ et non Creatori, si Filium secundum eos creaturam existentem colimus tanquam Deum? »

μὸν (1) εἰς τὸ τοῦ Κυρίου πρόσωπον· καὶ τοὺς στίχους συνάπτοντες, οὕτως ἀναγινώσκουσι· « Ὅτι σὺ, Κύριε, ἡ ἐλπίς μου, τὸν Ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου. » Φασὶ γοῦν ὅτι ὁ Κύριος καταφυγὴν ἔχει τὸν Ὕψιστον, δηλονότι τὸν ἐν οὐρανοῖς Πατέρα. Γέγονε δὲ πρόφασις αὐτῶν τῆς τοιαύτης ἐννοίας ὁ Σατανᾶς· αὐτὸς γὰρ οὕτω νενόηκε τοὺς στίχους, εἰπών· « Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλε σεαυτὸν κάτω. Γέγραπται γὰρ, ὡς Τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ. » Συκοφάντης γὰρ ὑπάρχων καὶ πλάνος ὁ Σατανᾶς, καὶ τὰ περὶ ἡμῶν εἰρημένα αὐτῷ προσάπτει τῷ προσώπῳ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ. Ἀλλ' ἡμεῖς οὐχ οὕτως νοοῦμεν, ὡς νοεῖν ἔθος τῷ Σατανᾷ· εἰ δὲ οὕτω νενοήκασιν Ἀρειανοὶ, θαυμαστὸν οὐδέν· ἀκολουθοῦσι γὰρ τῷ ἰδίῳ πατρὶ, ὅς ψεύστης ἐστὶ, καὶ ἀλήθεια ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστι, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν· εἰ γάρ ἐστι κατ' αὐτοὺς ἀληθὲς τὸ τοιοῦτον, ἐλπίδα μὲν ἡμεῖς τὸν Χριστὸν πεποιήμεθα, αὐτὸς δὲ καταφυγὴν ἔχει τὸν Πατέρα· οὐκοῦν βοηθουμένῳ προσπεφεύγαμεν, Σωτῆρα καλοῦμεν τὸν παρ' ἑτέρου σωζόμενον. Οὐκ ἔστι ταῦτα, μὴ γένοιτο. Λέγομεν τοίνυν τοῖς οὕτω φρονεῖν εἰωθόσιν· Ἑτέραν ἡμῖν ἀναγγέλλετε πλάνησιν· ἔξω τῆς βασιλικῆς καὶ εὐθείας ἔρχεσθε τρίβου· εἰς ἀκάνθας καὶ βόθρους πίπτετε· τῆς ἀληθείας ἐκπεπτώκατε· ἴσος ἐστὶ κατὰ πάντα τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός· χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· Ὕψιστος καθὰ καὶ ὁ Πατήρ. Ὁ μὲν οὖν Σατανᾶς τούτοις ἐχρήσατο τοῖς στίχοις (2) ὡς ἐπ' ἀνθρώπου κοινοῦ τοῦ Σωτῆρος· ἐπειδὴ γάρ ἐστιν ὅλος σκότος, καὶ κατεσκοτισμένην ἔχει τὴν διάνοιαν, οὐ συνῆκε τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν, ὅτι ὁ ψαλμὸς ἐκ προσώπου παντὸς δικαίου εἴρηται βοηθουμένου ὑπὸ τοῦ Ὑψίστου, ὄντος Θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ· ἠγνόησέ τε πρὸς τούτῳ, ὅτι Θεὸς ὢν ὁ Λόγος γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ αὐτὸς ἦν ὁ οἰκονομικῶς πειραζόμενος. Ὁ μὲν οὖν, ὡς ἔφην, ὡς ἐπ' ἀνθρώπου κοινοῦ, ἢ καὶ ὡς ἐφ' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν εἰρῆσθαι τοὺς λόγους ὑπελάμβανεν· ἄτοπον ἡμᾶς τοὺς εἰδότας ἀκριβῶς τὸ μυστήριον, καὶ πεπιστευκότας ὅτι Θεός ἐστι καὶ Υἱὸς Θεοῦ, καὶ ὅτι δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς γέγονεν ἄνθρωπος, ὑπονοεῖν περὶ αὐτοῦ τοὺς στίχους εἰρῆσθαι. Οὐχ ἁρμόζει τοίνυν τῷ προσώπῳ τοῦ Σωτῆρος τὸ λέγεσθαι· « Τὸν Ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου. » Αὐτὸς γάρ ἐστιν Ὕψιστος, ἡ πάντων καταφυγὴ, ἡ πάντων ἐλπὶς, ἡ πάντα ἰσχύουσα τοῦ Πατρὸς δεξιά· κἄν τις αὐτὸν καταφυγὴν θεῖτο, οὐ προσελεύσεται πρὸς αὐτὸν κακά· αὐτὸς γὰρ ἐντελεῖται τοῖς ἀγγέλοις, λειτουργικοῖς οὖσι πνεύμασιν, ὅπως φρουρῶσι τὸν δίκαιον. Ὥσπερ γὰρ οἱ κατὰ σάρκα πατέρες (3), ὅταν ἴδωσιν ὁδὸν τραχεῖαν καὶ δύσβατον, ἁρπάζουσιν εἰς χεῖρας τὰ βρέφη, μή πως ἀδικηθῇ τρυφερὸν ἔχοντα τὸν πόδα, καὶ οὔπω διὰ σκληρᾶς ὁδοῦ βῆναι δυνάμενα, οὕτω καὶ αἱ λογικαὶ δυνάμεις τοὺς οὔπω πονεῖν ἰσχύοντας, νηπιοπρεπῆ δέ πως

A Domine, spes mea, Altissimum posuisti refugium tuum. » Aiunt ergo Dominum habere refugium suum Altissimum, id est residentem in cœlis Patrem. Causa autem hujusmodi est illis Satanas, qui ita versiculos intellexit, cum ait : « Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim : Angelis suis mandabit de te. » Nam cum sycophanta deceptorque sit Satanas, ea quæ de nobis dicta fuerunt, ipsi accommodat personæ Servatoris omnium nostrum Christi. Verumenimvero nos haud ita intelligimus ut Satanas solet. Quod si ita intellexerunt Ariani, nil mirum ; sequuntur enim patrem suum, qui mendax est, et veritate caret, juxta Servatoris effatum [35]. Nam si, ut isti volunt, ita se res haberet, nos quidem spem nostram in Christo col- B locavimus ; ipse autem refugium habet Patrem : ex quo sequitur ut ad egentem auxilio confugerimus, et Servatorem appellemus eum qui ab alio servatus est. Verum hæc non ita se habent; absit ! Dicimus ergo his qui ita sentire solent : Ecce **155** alterum vestrum nobis demonstratis errorem : extra regiam rectamque viam gradimini, in spinas foveasque decidistis, a veritate devii. Æqualis est per omnia Patri Filius, figura substantiæ illius, Altissimus æque ac Pater. Satanas ergo his usus est versiculis ceu si cum Servatore ageret tanquam vulgari homine. Cum sit enim totus tenebrosus, et mentem obscuratam gerat, non intellexit dictorum verborum vim ; nempe quod psalmus in persona cujusvis C justi dictus fuerit ab illo Altissimo adjuti, qui Deus cœlorum est. Nescivit insuper Deum Verbum factum fuisse hominem, ipsumque adeo esse qui tunc ex dispensationis ratione tentabatur. Diabolus ergo, ut dixi, tanquam de communi homine, vel certe de uno aliquo sancto propheta, verba illa dicta esse putavit. Porro absurdum esset nos accurate mysterium jam edoctos, credentesque ipsum Deum esse Deique Filium, et pro nobis æque ac nos factum hominem, existimare dictos de ipso fuisse illos versiculos. Haud igitur Servatoris personæ quadrant verba : « Altissimum posuisti refugium tuum. » Ipse est enim Altissimus, omnium refugium, omnium spes, omnia potens dextera Patris : quem si quis refugium suum posuerit, mala ad eum non D accedent. Etenim ipse imperat angelis, qui sunt ministratorii spiritus, ut justum custodiant. Nam sicuti carnales patres, cum viam asperam difficilemque aspexerint, infantulos suos manibus sustollunt, ne forte tenelli illorum pedes lædantur, qui nondum viæ duritiem ferre queunt, sic etiam intellectuales potentiæ eos qui nondum labores durare valent, quia puerili adhuc animo sunt, non sinunt eos supra vires fatigari, sed omni eripiunt tentatione.

[35] Joan. VIII, 44.

(1) Locus hic vel desumptus fuit a Cyrillo ex suo in psal. XC Commentario (supra t. II) ; vel ex hoc loco vice versa illuc translatus.

(2) Lege rursus Cyrillum ad psal. XC.

(3) Adhuc adi Cyrillum ad psal. XC.

τὴν διάνοιαν ἔχοντας, οὐκ ἐῶσι πονεῖν ὑπὲρ δύναμιν, ἀλλὰ παντὸς ἐξέλκουσι πειρασμοῦ (1).

V. 14. *Et regressus est Jesus in virtute Spiritus in Galilæam.*

Omisso urbium incolatu, desertis in locis **156** versabatur. Ibi jejunavit, tentatusque a diabolo est; ibi pro nobis vicit; ibi capita draconum contrivit; ibi, ut ait beatus David [86], Inimici frameæ defecerunt in finem, et urbes sunt destructæ, id est, illi qui turrium urbiumque instar erant. Ergo Satana superato, atque in seipso coronata hominis natura spoliis de illo relatis, reversus est in Galilæam cum virtute Spiritus, operandi potentia utens, plurima edens miracula, multamque sui admirationem excitans. Miracula vero operabatur, non accepta exterius donataque sibi a Spiritu gratia, sicuti cæteris sanctis eveniebat, sed ipse potius exsistens naturalis verusque Dei Patris Filius, et eorum, quæ hujus propria sunt, hæres. Namque et ipsi aiebat: « Omnia mea, tua sunt, et tua, mea; et glorificatus sum in eis [87]. » Glorificatus est igitur, tanquam virtute et efficacia propria utens illa, quæ est Spiritus sibi consubstantialis.

V. 16. *Et venit Nazareth. Et intravit in synagogam.*

Quoniam deinceps oportebat notum se constituere filiis Israelis, et incarnationis illucescere mysterium his qui illud ignorabant, et quod ipse unctus fuisset a Deo Patre ob mundi salutem; prudentissime hoc quoque agit. Primis autem hoc ante alios beneficium largitur popularibus suis Nazareti, quos inter fuerat nutritus, secundum carnem videlicet. Ergo synagogam ingressus, sumit librum ad legendum; eoque aperto, propheticam deligit sententiam quæ mysterium de ipso loquebatur. — Manifestissime vero in his dictis ipse prophetæ voce aiebat, se hominem factum iri et venturum ad salvandum orbem terrarum. Namque unctum fuisse haud aliter dicimus Filium, quam quatenus caro factus erat, id est æque ac nos homo constitutus. Jam cum ipse Deus simul et homo sit, idem Spiritum divinitus donat creaturæ, idemque a Deo Patre ipsemmet recipit humanitus, qui tamen creaturam omnem sanctificat; **157** quandoquidem et ex sancto Patre exsplenduit, et ex ipso profusum Spiritum tum in supernas virtutes tanquam proprium immittit, tum etiam in illos qui adventum ejus cognoverunt.

V. 18. *Spiritus Domini super me; propter quod unxit me, evangelisare pauperibus misit me*, etc.

Manifeste his verbis demonstrat, se exinanitionis demissionem et humilitatem, et ipsum Christi nomen atque officium nostri causa excepisse. Namque ait: Spiritus, qui mihi naturaliter inest propter

A *Καὶ ὑπέστρεψεν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος εἰς τὴν Γαλιλαίαν.*

(A f. 77, H f. 234 b) Ἀφεὶς τὰς ἐν ταῖς πόλεσι διατριβὰς, ταῖς ἐρήμοις ἐνηυλίζετο· ἐκεῖ νενήστευκε πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ, ἐκεῖ νενίκηκεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἐκεῖ συνέτριψε τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων, ἐκεῖ, καθά φησιν ὁ μακάριος Δαβὶδ, τοῦ ἐχθροῦ ἐξέλιπον αἱ ῥομφαῖαι εἰς τέλος, καὶ πόλεις καθῄρηνται, τουτέστιν ὡς πύργοι καὶ πόλεις ὄντες· κατευμεγεθήσας τοίνυν τοῦ Σατανᾶ, καὶ στεφανώσας ἐν ἑαυτῷ τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν τοῖς κατ' ἐκείνου βραβείοις, ὑπέστρεψεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἐν τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος, ἐνεργείᾳ τε καὶ δυνάμει χρώμενος, πλείστας τε θεοσημείας ἀποτελῶν, καὶ πολὺ τὸ θαῦμα παρεχόμενος. Εἰργάζετο δὲ τὰς θεοσημείας, οὐκ B ἔξωθεν καὶ πεπορισμένην τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν λαβὼν, καθὰ καὶ ὁ τῶν ἁγίων χορὸς, ὑπάρχων δὲ μᾶλλον φύσει τε καὶ ἀληθῶς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ κλῆρον ἴδιον ἔχων τὰ αὐτοῦ· καὶ γὰρ ἔφη πρὸς αὐτὸν, ὅτι « Πάντα τὰ ἐμὰ, σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμὰ, καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς. » Δεδόξασται τοίνυν ὡς ἰδίᾳ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ χρώμενος τῇ τοῦ ὁμοουσίου Πνεύματος.

*Καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Ναζαρέτ· καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν συναγωγήν.*

(A f. 77, H f. 235) Ἐπειδὴ ἐχρῆν λοιπὸν ἐμφανῆ ἑαυτὸν καταστῆσαι τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, καὶ τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐκλάμψαι μυστήριον τοῖς οὐκ εἰδόσιν αὐτὸ, καὶ ὅτι κέχρισται παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ C Πατρὸς εἰς σωτηρίαν τῆς ὑπὸ οὐρανὸν, πανσόφως καὶ τοῦτο οἰκονομεῖ· χαρίζεται δὲ τοῦτο πρό γε τῶν ἄλλων τοῖς ἐν Ναζαρὲτ, οἷς καὶ συνετράφη, κατά γέ φημι τὴν σάρκα. Εἰσελθὼν τοίνυν ἐν τῇ συναγωγῇ, δέχεται βιβλίον εἰς ἀνάγνωσιν· καὶ ἀνοίξας, προφητικὴν ἐπελέξατο ῥῆσιν, τὸ περὶ αὐτοῦ λαλοῦσαν μυστήριον. — Ἐναργέστατα δὲ διὰ τούτων αὐτὸς ἦν ὁ λέγων διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς, ὡς καὶ ἐνανθρωπήσει καὶ ἀφίξεται διασώσων τὴν ὑπ' οὐρανόν· κεχρίσθαι γὰρ οὐχ ἑτέρως φαμὲν τὸν Υἱὸν, πλὴν ὅτι κατὰ τὴν σάρκα γενόμενον δηλονότι καθ' ἡμᾶς καὶ ἐνανθρωπήσαντα· Θεὸς γὰρ ὑπάρχων ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος, ὁ αὐτὸς δίδωσι μὲν θεϊκῶς τὸ Πνεῦμα τῇ κτίσει, δέχεται δὲ αὐτὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ὁ πᾶσαν ἁγιάζων τὴν κτίσιν, D ἅτε καὶ ἐξ ἁγίου Πατρὸς πεφηνὼς, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ προχεόμενον Πνεῦμα καὶ ταῖς ἄνω δυνάμεσιν ἐνιεὶς ὡς ἑαυτοῦ, καὶ προσέτι τοῖς ἐπεγνωκόσιν αὐτοῦ τὴν ἐπιφάνειαν.

*Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίζεσθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με*, κ. τ. λ.

(B f. 50) Σαφῶς διὰ τούτων δηλοῖ, ὡς τὸ τῆς κενώσεως ὑφειμένον, καὶ ὑποβεβηκὸς, καὶ αὐτὸ τὸ Χριστὸς ὄνομά τε καὶ πρᾶγμα δι' ἡμᾶς κατεδέξατο. Τὸ γὰρ Πνεῦμα, φησὶν, ὅπερ ἐστὶ φυσικῶς ἐν ἐμοὶ

[86] Psal. IX, 7. [87] Joan. XVII, 10.

(1) Animadverte de custodibus hominum angelis Cyrilli testimonium.

διὰ τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας καὶ τῆς θεότητος, τοῦτο ἐπ' ἐμὲ παραγέγονεν καὶ ἔξωθεν· ὥσπερ καὶ ἐν Ἰορδάνῃ ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐπεφοίτησεν, οὐχ ὡς μὴ ὑπάρχον ἐν ἐμοί, ἀλλ' οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με. Τίνος δὲ εἵνεκεν χρισθῆναι προείλετο; Ἡμῶν τῶν ἐρήμων γενομένων τοῦ Πνεύματος διὰ τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην ἀπόφασιν, τό· « Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ Πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκα. » — Ταῦτα ὁ ἐνανθρωπήσας τοῦ Θεοῦ Λόγος φησί· Θεὸς γὰρ ὢν ἀληθινὸς ἐξ ἀληθινοῦ Θεοῦ τοῦ Πατρὸς, καὶ δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος ἀτρέπτως γεγονὼς, μεθ' ἡμῶν κέχρισται τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως, τοῦ Πνεύματος αὐτῷ παρὰ τὸν Ἰορδάνην ἐπιφοιτήσαντος ἐν εἴδει περιστερᾶς. Πάλαι μὲν γὰρ συμβολικῶς ἐχρίοντο βασιλεῖς τε καὶ ἱερεῖς, ἁγιασμοῦ τινα μετοχὴν ἐκ τούτου κερδαίνοντες· ὁ δὲ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσας, τῷ νοητῷ τῆς ἀγαλλιάσεως ἐλαίῳ, καὶ αὐτῇ τῇ τοῦ Πνεύματος ἐπιφοιτήσει ἐχρίσθη· τοῦτο ἡμῖν λαμβάνων, οὐχ ἑαυτῷ· καὶ γὰρ ἀποπτάντος τοῦ Πνεύματος, καὶ μὴ καταμείναντος ἐν ἡμῖν διὰ τὸ εἶναι ἡμᾶς σάρκα, πένθους ἦν πλήρης ἡ γῆ, ἅτε μετουσίας ἐστερημένη Θεοῦ. — (B f. 50 b) Ἐκήρυξε δὲ καὶ αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, ἣν καὶ ἐνήργησε, δήσας τὸν ἰσχυρὸν τὸν τυραννικῶς καταδυναστεύσαντα τοῦ γένους ἡμῶν Σατανᾶν, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσας ἡμᾶς.

(A f. 77, H f. 235 b) Ὥσπερ μέντοι τὸ, *ἔχρισέ με*, τῇ ἀνθρωπότητι πρέπει· χρίεται γὰρ οὐχ ἡ θεία φύσις, ἀλλὰ τὸ ἡμῖν ὁμογενές· οὕτω καὶ τὸ, *ἀπέσταλκέ με*, τῷ ἀνθρωπίνῳ λογιστέον.—(A f. 77 b, H f. 236) Καὶ τοὺς πάλαι τὴν ἐκ τοῦ διαβόλου ἀχλὺν ἔχοντας εἰς καρδίαν, λαμπροὺς ἀπέφηνεν, οἷά τις δικαιοσύνης ἥλιος ἀνίσχων, καὶ υἱοὺς ἀποφήνας οὐκέτι νυκτὸς καὶ σκότους, ἀλλὰ φωτὸς καὶ ἡμέρας, κατὰ τὴν Παύλου φωνήν· καὶ οἱ τυφλοὶ ὄντες· ἐτύφλωσε γὰρ τὰς καρδίας αὐτῶν ὁ ἀποστάτης· ἀνέβλεψαν, καὶ ἐπέγνωσαν τὴν ἀλήθειαν, καὶ καθώς φησιν Ἡσαΐας, γέγονεν αὐτοῖς τὸ σκότος εἰς φῶς· τουτέστιν, οἱ ἀμαθεῖς γεγόνασι σοφοί· οἵ ποτε πλανώμενοι τὰς τῆς δικαιοσύνης ἐγνώκασιν ὁδούς. Φησὶ δέ που καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν Υἱὸν ὁ Πατήρ· « Δέδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει. » Ἀφίκετο γὰρ ὁ Μονογενὴς εἰς τόνδε τὸν κόσμον, καὶ τοῖς ἐκ γένους, τουτέστι τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραήλ· ἐξ αὐτῶν γὰρ πέφηνε τὸ κατὰ σάρκα· τὴν καινὴν δέδωκε διαθήκην, τὴν πάλαι προηγγελμένην διὰ φωνῆς προφητῶν· ἐνήστραψε δὲ καὶ τοῖς ἔθνεσι τὸ θεῖόν τε καὶ οὐράνιον φῶς· καὶ τοῖς ἐν ᾅδου πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξε, καὶ τοῖς καθειργμένοις ἐν οἴκῳ φυλακῆς ἐπεφάνη, καὶ πάντας ἀνῆκε δεσμῶν καὶ ἀνάγκης. Ταῦτα δὲ πῶς οὐκ ἂν ἔχοι σαφῆ τὴν ἀπόδειξιν τοῦ, ὅτι καὶ Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ Χριστός;

Τί δὲ τὸ ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει; Τὸ ἐλευθέρους ἐκπέμψαι, οὓς συνέθραυσε νοητῶς ῥαβδίζων ὁ Σατανᾶς. Τί δὲ τὸ κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου

unitatem substantiæ ac deitatis, is, inquam, in me exterius supervenit: sicut etiam apud Jordanem sub columbæ specie descendit; non quia in me non esset, sed quatenus unxit me. Cur autem ungi voluit? Nempe quia nos deserti eramus a Spiritu ob antiquam illam sententiam: « Non permanebit Spiritus meus in his hominibus, quia caro sunt [88]. » —Hæc ab humanato Dei Verbo dicuntur. Verus enim Deus ex Deo Patre, et propter nos homo sine mutatione factus, nobiscum unctus est oleo exsultationis, Spiritu in eum sub columbæ specie apud Jordanem convolante. Olim sane symbolice ungebantur reges ac sacerdotes, qui indidem quamdam sanctificationis partem nanciscebantur. Sed hic nostri causa homo factus, intellectuali exsultationis oleo, et ipso Spiritus adventu unctus fuit; rem hanc non sibi, sed nobis accipiens. Etenim cum a nobis avolasset Spiritus, neque in nobis permansisset, quia caro eramus, luctus terram occupabat, quæ Dei participatione carebat. —Prædicavit etiam captivis remissionem, vinciens fortem et tyrannice generi nostro dominantem Satanam, ejusque vasa, nempe nos, rapiens.

Sicut verba *unxit me* humanitati conveniunt: ungitur enim non divina natura, sed id quod nobis cognatum est: ita etiam verba *misit me* humanæ conditioni reputanda sunt. —Et illos, qui olim diaboli tenebris obscuratum cor habebant, **158** splendidos fecit, sol veluti justitiæ oriens; eosque haud jam diutius noctis ac tenebrarum filios, sed lucis atque diei præstitit, juxta Pauli dictum [89]. Et qui cæci erant, quorum corda scilicet apostata ille excæcaverat, lumen viderunt, veritatemque agnoverunt; atque, ut ait Isaias [90], tenebræ illis in lucem versæ sunt, id est rudes facti sunt sapientes; et qui illactenus erraverant, justitiæ vias cognoverunt. Dicit autem alicubi etiam Filio Pater: « Dedi te in fœdus generis, in lucem gentium, ut aperires oculos cæcorum, et educeres de vinculis alligatos, et de domo carceris sedentes in tenebris [91]. » Venit enim Unigenitus in hunc mundum, et iis qui de genere erant, id est de Israelis sanguine, ex quibus carnaliter est ortus, novum fœdus tradidit, antiquitus jam prophetarum voce promissum. Illuxit quoque ethnicis divinum et cœleste lumen: quin etiam spiritibus in erebo conclusis profectus illuc prædicavit, et carcere detentis apparuit, cunctosque necessitatis vinculis expedivit. Quidni vero hæc manifeste demonstrant, et Deum et ex Deo naturaliter esse Christum?

Quid est autem dimittere confractos in remissionem? Nempe liberos abire jubere, quos spiritaliter contriverat flagellans Satanas. Quid rursus est

[88] Gen. VI, 3. [89] I Thess. V, 5. [90] Isa. XLII, 16. [91] Ibid. VI, 7.

annum Domini acceptabilem prædicare? Nempe suum nuntiare adventum, tempusque Domini, id est Filii, adesse. Vere enim acceptabile tempus illud fuit, quo pro nobis crucifixus est Christus: quippe tunc acceptabiles Deo Patri evasimus, ab illo oblati. Unde aiebat: « Cum exaltatus fuero de terra, omnes traham ad meipsum [92]. » Ecce autem post triduum revixit, calcata mortis potentia. Deinde discipulis coram aiebat: « Data est mihi omnis potestas, » et reliqua [93]. Acceptabilis itaque ille omnino annus quo in ejus familiaritatem sortito recepti fuimus, peccato per baptismum sanctum absterso, divinæque ejus **159** naturæ communicavimus per Spiritus sancti participationem. Vel acceptabilis annus dicendus, quo gloriam suam manifestavit miraculis humanam orationem excedentibus. Libenter sane excepimus salutis ab eo datæ tempus, quod etiam sapientissimus Paulus innuit dicens: « Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis [94]; » cum pauperes, qui cujuslibet boni inopia jamdiu laborabant, sine spe, sine Deo in mundo (erant autem hi ethnici), fide in eum divites facti sunt, divinumque et cœlestem lucrati sunt thesaurum, evangelicam videlicet salutarem doctrinam; cujus gratia facti sunt regni cœlorum participes, sanctorum consortes, rerumque quæ mentem sermonemque excedunt hæredes. « Oculus enim non vidit, ait Scriptura, neque auris audivit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum [95]. » Vel fortasse etiam pauperibus spiritu donatam hic ait sermo evangelicus abundantem Christi charismatum subministrationem.

Confractos autem corde dicit debiles et instabilem mentem habentes, et qui cupiditatum impetum sustinere non valent, sed ita ab his arripiuntur, ut captivi videantur. His medelam remissionemque promittit. Quibus cum cæci sint, visum etiam confert. Reapse enim qui creaturam præ Creatore colunt, « et ligno aiunt, Pater meus es tu; et lapidi, Tu me genuisti [96], » proindeque naturalem verumque Deum non agnoscunt, quidni cæci sint, divinoque et intellectuali lumine cassum cor habeant? His immittit Pater veræ Dei notitiæ lumen. Vocati enim per fidem fuerunt, et Deum cognoverunt, vel potius ab ipso sunt agniti: et cum noctis ac tenebrarum filii essent, lucis filii evaserunt. Namque ipsis illuxit dies, sol justitiæ se extulit, splendidusque exortus est lucifer. Cæteroqui nihil est molestum, si etiam Israelitis cuncta dicta accommodentur. Quippe pauperes erant, et confracti corde, et quasi captivi atque obtenebrati. Non enim erat in terra qui bonum **160** faceret, nemo, ne unus quidem; sed « omnes declinaverant, simul inutiles

A δεκτόν (1); Τὸ τὴν ἑαυτοῦ εὐαγγελίσασθαι παρουσίαν, τὸ τὸν καιρὸν ἐνστῆναι τοῦ Κυρίου, τουτέστι τοῦ Υἱοῦ· δεκτὸς γὰρ ἐνιαυτὸς, καθ' ὃν ἐσταυρώθη Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν· δεκτοὶ γὰρ τότε γεγόναμεν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ καρποφορηθέντες δι' αὐτοῦ. Διὰ ἔλεγεν· « Ὅταν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. » Καὶ γοῦν ἀνεβίω τριήμερος, πατήσας τοῦ θανάτου τὸ κράτος. Εἶτα τοῖς μαθηταῖς προσεφώνει· « Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία, » καὶ τὰ ἑξῆς. Δεκτὸς οὖν ἐνιαυτὸς ἐκεῖνός που πάντως, καθ' ὃν εἰσεδέχθημεν τὴν πρὸς αὐτὸν λαχόντες οἰκείωσιν, ἀπονιψάμενοι τὴν ἁμαρτίαν, διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος· καὶ τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως γενόμενοι κοινωνοὶ, διὰ μετοχῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἤγουν δεκτὸς ἐνιαυτὸς, καθ' ὃν πεφανέρωκε τὴν δόξαν αὐ- B τοῦ, διὰ τὰς (Codd. τῆς, sed malui τὰς) ὑπὲρ λόγον θεοσημείας. Ἐδεξάμεθα γὰρ ἀσμένως τὸν τῆς παρ' αὐτοῦ σωτηρίας καιρὸν, ὃν δὴ καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος καταμεμήνυκεν λέγων· « Ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας· » ὅτε οἱ πτωχοὶ, οἱ παντὸς ἀγαθοῦ νενοσηκότες τὴν ἔνδειάν ποτε, ἐλπίδα τε μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ· οὗτοι δ' ἂν εἶεν οἱ ἐξ ἐθνῶν· τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν ἐπλούτησαν, τὸν θεῖόν τε καὶ οὐράνιον κεκερδάκασι θησαυρὸν, τὸ εὐαγγελικὸν δηλονότι καὶ σωτήριον κήρυγμα, δι' οὗ γεγόνασι καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας μέτοχοι, καὶ συμμερισταὶ τῶν ἁγίων, καὶ κληρονόμοι τῶν ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον. « Ὀφθαλμὸς γὰρ οὐκ εἶδε, φησὶ, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου C οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. » Ἢ τάχα που καὶ τοῖς πτωχοῖς τῷ πνεύματι, δεδωρῆσθαί φησιν ὁ λόγος ἐν τούτοις τῶν διὰ Χριστοῦ χαρισμάτων τὴν ἄφθονον χορηγίαν.

Συντετριμμένους δέ φησι τὴν καρδίαν, τοὺς ἀσθενεῖς καὶ εὐδιάθρυπτον ἔχοντας νοῦν, καὶ ταῖς τῶν παθῶν προσβολαῖς ἀντιφέρεσθαι μὴ δυναμένους, ὑπενηνεγμένους δὲ οὕτως αὐταῖς, ὡς αἰχμαλώτους εἶναι δοκεῖν. Τούτοις ἴασίν τε καὶ ἄφεσιν ἐπαγγέλλεται· τυφλοῖς δὲ οὖσιν αὐτοῖς δίδωσι καὶ ἀνάβλεψιν· οἱ γὰρ τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα λατρεύοντες, « καὶ τῷ ξύλῳ λέγοντες, Πατήρ μου εἶ σύ· καὶ τῷ λίθῳ, Σὺ ἐγέννησάς με, » εἶτα τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν οὐκ ἐπεγνωκότες, πῶς οὐκ ἂν εἶεν τυφλοὶ, καὶ φωτὸς τοῦ θείου καὶ νοητοῦ γυμνὴν ἔχοντες τὴν καρ- D δίαν; Τούτοις ἐνίησιν ὁ Πατὴρ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας τὸ φῶς. (H f. 237) Κέκληνται γὰρ διὰ πίστεως, καὶ ἔγνωσαν αὐτὸν, μᾶλλον δὲ ἐγνώσθησαν ὑπ' αὐτοῦ· καὶ υἱοὶ νυκτὸς ὄντες καὶ σκότους, φωτὸς γεγόνασι τέκνα· διηύγασε γὰρ αὐτῶν ἡ ἡμέρα, καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀνίσχεν ἥλιος, καὶ λαμπρὸς ἀνέτειλεν ἑωσφόρος. Λυπεῖ δὲ οὐδὲν καὶ τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ ἐφαρμόσαι πάντα τὰ εἰρημένα· καὶ γὰρ ἦσαν πτωχοὶ καὶ συντετριμμένοι τὴν καρδίαν, καὶ οἷον αἰχμάλωτοι καὶ ἐσκοτισμένοι· οὐ γὰρ ἦν ἐπὶ

[92] Joan. xii, 32. [93] Matth. xxviii, 18. [94] II Cor. vi, 2. [95] I Cor. ii, 9. [96] Jerem. ii, 27.

(1) Cyrillum fecisse insignem explanationem hujus loci, id est anni acceptabilis, testis est priscus anonymus quem nos postea recitabimus cap. vi, 15.

γῆς ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἦν ἕως ἑνός. Ἀλλὰ « πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν· » ἀφῖκται δὲ ὁ Χριστὸς, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων εὐαγγελιζόμενος τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας τὰ κατορθώματα (τοιαῦτα δὲ ἦν καὶ τὰ τῶν ἐθνῶν ἀῤῥωστήματα), λελύτρωνται δὲ δι' αὐτοῦ· πεπλουτήκασι γὰρ τὴν παρ' αὐτοῦ σοφίαν, καὶ συνετοὶ γεγόνασι, καὶ ἀσθενῆ καὶ συντεθραυσμένην οὐκέτι τὴν διάνοιαν ἀνέχουσιν, ὑγιᾶ δὲ καὶ ἐῤῥωμένην, καὶ ἐπιτηδείως ἔχουσαν πρὸς παραδοχὴν καὶ κατόρθωσιν παντὸς ἀγαθοῦ καὶ σωτηρίου πράγματος. Ἔδει γὰρ σοφίας καὶ συνέσεως τοῖς πεπλανημένοις, οἱ διὰ πολλὴν ἀβελτηρίαν προσεκύνησαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ ξύλα καὶ λίθους ἐπεγράφοντο θεούς. Ἀλλ' οἱ πάλαι Χριστὸν οὐκ εἰδότες, διὰ τὸ ἐν ἀχλύϊ καὶ σκότῳ τελεῖν, Θεὸν αὐτὸν ἐπεγράψαντο.

Τούτων ὑπαναγνωσθέντων τοῖς συνειλεγμένοις, ὁ μὲν πάντων τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς ἑαυτὸν ἐπέστρεψε, θαυμαζόντων τάχα πῶς οἶδε γράμματα, μὴ μεμαθηκώς. Ἐπειδὴ δὲ ἔθος ἦν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, τὰς περὶ αὐτοῦ προφητείας ἐκπεπεράνθαι λέγειν, ἢ ἐπί τισι τῶν παρ' αὐτοῖς ἐνδόξως βεβασιλευκότων, ἢ γοῦν ἐπὶ προφήταις ἁγίοις· (B f. 51) συνιέντες γὰρ οὐδὲν τῶν περὶ αὐτοῦ γεγραμμένων ὀρθῶς, ἑτέραν ᾔχοντο τρίβον, ἔξω πίπτοντες σκοποῦ· ἵνα δὲ μὴ πάλιν λέγωσί τι τοιοῦτον περὶ τῆς εἰρημένης προφητείας, ἀναγκαίως προασφαλίζεται, καί φησιν, ὅτι « Σήμερον αὕτη ἡ γραφὴ πεπλήρωται ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν, » ἑαυτὸν ἐναργῶς παριστὰς ἐν τούτοις τὸν διὰ τῆς προφητείας προηγορευμένον. — (A f. 78, H f. 237 b) Αὐτὸς γὰρ εὐηγγελίσατο τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν· αὐτοὶ γὰρ ἦσαν πτωχοὶ, μηδὲν ἔχοντες, μὴ Θεὸν, μὴ νόμον, μὴ προφήτας· ἢ καὶ ἅπασιν ἁπλῶς τὸν πλοῦτον οὐκ ἔχουσι πνευματικόν. Αὐτὸς αἰχμαλώτους ὄντας ἐῤῥύσατο, τὸν ἀποστάτην τύραννον καθελὼν, τουτέστι τὸν Σατανᾶν. Αὐτὸς τὸ θεῖον καὶ νοητὸν φῶς ἐνήστραψε τοῖς ἐσκοτισμένην ἔχουσι τὴν καρδίαν. Ἔφη γοῦν· « Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἐλήλυθα..» Αὐτὸς ἀπέλυσε τῶν τῆς ἁμαρτίας δεσμῶν, δηλονότι τοὺς συντεθραυσμένην ἔχοντας τὴν καρδίαν· (B f. 51) ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν αὐτὸς ὑπέδειξε ζωὴν, καὶ τὴν δικαίαν ἠπείλησε κρίσιν. Αὐτὸς ἐκήρυξεν ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτὸν, καθ' ὃν τὸ κήρυγμα τοῦ Σωτῆρος ἐγένετο· ἐνιαυτὸν γὰρ δεκτὸν, τὴν προτέραν αὐτοῦ οἶμαι λέγεσθαι παρουσίαν· ἡμέραν δὲ ἀνταποδόσεως, τὴν τῆς κρίσεως ἡμέραν.

*Καὶ πάντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ, καὶ ἐθαύμαζον,* κ. τ. λ.

(A f. 78, H f. 237 b, C f. 113 b) Μὴ γὰρ συνιέντες τὸν κεχρισμένον καὶ ἀπεσταλμένον, καὶ τῶν οὕτω τεθαυμασμένων πραγμάτων ἀποτελεστὴν, εἰς τὰ συνήθη κατεκομίζοντο, καὶ ψυχρολογοῦσιν ἀβούλως· καίτοι γὰρ τεθαυμακότες ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος τοῖς ἐκπορευομένοις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, κατευτελίζειν ἤθελον· ἔφασκον γάρ· « Οὐχ υἱός ἐστιν Ἰωσὴφ οὗτος; » Καὶ τί τοῦτο παραλύει τοῦ θαυματουργοῦ τὴν δόξαν; Τί τὸ κωλύον

A facti fuerant [97]. » Porro venit Christus, Israelitis ante omnes adventus sui faustitatem nuntians (et quidem pares erant ethnicorum quoque infirmitates), redemptique ab illo sunt: nam sapientiam acquisiverunt: et bono intellectu pollentes, jam diutius infirmam et confractam mentem non gerunt, sed sanam atque valentem, recteque comparatam ad cujusvis boni salutarisque operis prosecutionem. Namque opus erat sapientia et intellectu his qui errabant, qui ob suam multam vecordiam adorabant creaturam præ Creatore, et ligna ac lapides deos vocabant. Sed demum qui Christum olim ignorabant, quia in caligine ac tenebris versabantur, postea Deum ipsum appellarunt.

B

Hæc cum lecta in concione fuissent, ipse quidem Jesus omnium oculos ad se convertit, mirantium fortasse quomodo litteras sciret qui eas non didicerat. Quia vero solebant dicere Israelitæ, vaticinia de Christo edita, vel in aliquibus qui apud se gloriose regnaverant fuisse completa, vel certe in sanctis prophetis (nam nihil de eo scriptum recte intelligentes, alia via incedebant, et scopo aberrabant); ne quid rursus hujusmodi dicerent circa modo memoratam prophetiam, necessario præmunit, aitque: « Hodie hæc prophetia in auribus vestris completa est; » se ipsum diserte affirmans his in verbis a prophetia designatum. — Namque C ipse cœlorum regnum ethnicis annuntiabat, qui sane inopes erant, nihil possidentes, neque Deum, neque legem, neque prophetas: vel generatim cunctis, quibus spiritales divitiæ deerant. Ipse captivos liberavit, apostatam tyrannum destruens, id est Satanam. Ipse divinum intellectuale lumen aspersit obtenebratum cor gerentibus. Quare aiebat: « Ego lux in hunc mundum veni [98]. » Ipse absolvit peccati vinculis, illos nimirum qui contritum cor habebant. Sed et futuram vitam ipse ostendit, **161** et justum interminatus est judicium. Ipse annum Domini acceptabilem prædicavit, quo Christi prædicatio contigit. Namque acceptabilem annum, ipsius dici puto priorem adventum; diem vero retributionis, judicii diem.

D

V. 22. *Et omnes testimonium illi dabant, et mirabantur,* etc.

Etenim non intelligentes eum esse illum unctum et missum, et tam mirabilium operum auctorem, ad suum ingenium redibant, inconsulteque inepta verba effutiebant. Et cum gratiosos admirati essent sermones qui de ore illius procedebant, attamen eos depretiare studebant, dum dicerent: « Nonne hic filius Josephi est? » Atqui id cur thaumaturgi gloriam abaleat? Quid impedit quominus venerabilis admirabilisque sit, etiamsi Josephi, ut putabatur,

[97] Psal. XIII, 1. [98] Joan. XII, 46.

filius esset? Nonne vides miracula, Satanam pro stratum, victos dæmoniorum greges, variis morbis multos mortales liberatos? Laudas gratiam magisterio ejus insitam, deinde cavillaris Judaice quod Josephi filius existat? O magnam insipientiam! Vere de ipsis dicitur: « Ecce populus stultus et vecors; habent oculos, et non vident; aures, et non audiunt [39]. »

A αὐτὸν εἶναι σεπτόν τε καὶ ἀξιάγαστον, εἰ καὶ υἱὸς ἦν, ὡς ἐνομίζετο, τοῦ Ἰωσήφ; Οὐχ ὁρᾷς τὰς θεοσημείας, πεσόντα τὸν Σατανᾶν, νενικημένας τὰς τῶν δαιμονίων ἀγέλας, διαφόρων νοσημάτων ἐλευθέρους γεγονότας πολλούς; Ἐπαινεῖς τὴν χάριν τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῦ ταῖς διδασκαλίαις, εἶτα σμικρολογεῖς Ἰουδαϊκῶς ὅτι πατέρα τὸν Ἰωσὴφ ἐπεγράφετο; Ὢ πολλῆς ἀβουλίας! Ἀληθὲς ἐπ' αὐτοῖς εἰπεῖν· « Ἰδοὺ λαὸς μωρὸς καὶ ἀκάρδιος· ὀφθαλμοὶ αὐτοῖς, καὶ οὐ βλέπουσιν· ὦτα αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἀκούουσιν. »

V. 23. *Utique dicetis mihi hanc similitudinem*, etc.

Vulgaris sermo apud Judæos erat, leporis causa inventus. Nam infirmis medicis inclamabant quidam: « Medice, cura teipsum. » Ergo hoc veluti proverbium illis referens aiebat Christus: Multa vultis a me fieri signa, apud vos præsertim, quia vobiscum sum educatus. Sed novi communem omnibusque contingere solitam animi passionem: semper enim despiciuntur vel res optimæ, si apud quosdam raræ non sint, sed ultroneæ. Sic etiam hominibus accidit: nam qui familiaris semperque ob oculos est, ei debitus quoque honor negatur ab ipsius notis. — Ergo illos coarguit insipienter dicentes: « Nonne hic Josephi filius est? » Nihilominus scopum doctrinæ suæ prosequitur, aitque: « Amen **162** dico vobis, nemo propheta in patria sua acceptus est. »

*Πάντως ἐρεῖτέ μοι τὴν παραβολὴν ταύτην*, κ. τ. λ.

(A f. 78, B f. 51 b, C f. 113 b, H f. 238) Κοινὸς λόγος παρὰ Ἰουδαίων ἦν, ἀστεϊσμοῦ χάριν ἐξευρημένος· τοῖς γὰρ ἀῤῥωστοῦσι τῶν ἰατρῶν ἐπεφώνουν
B τινές· « Ἰατρὲ, θεράπευσον σεαυτόν. » Ὡσανεὶ οὖν τοῦτο προτείνας αὐτοῖς τὸ ῥητὸν ὁ Χριστὸς ἔλεγεν, ὅτι Πολλὰ βούλεσθε παρ' ἐμοῦ γενέσθαι σημεῖα, παρ' ὑμῖν μάλιστα παρ' οἷς καὶ ἐτράφην· ἀλλ' οἶδα τὸ κοινὸν δήπου καὶ ἅπασι συμβαῖνον πάθος· καταφρονεῖται γάρ πως ἀεὶ καὶ τὰ ἐξαίρετα τῶν πραγμάτων, ὅταν μὴ σπανίζῃ παρά τισιν, ἀλλ' ἔχωσιν ἐπ' ἀδείας αὐτά. Οὕτω καὶ ἐπ' ἀνθρώπων· ὁ γὰρ συνήθης καὶ παρὼν ἀεὶ, καὶ τῆς ὀφειλομένης αὐτῷ τιμῆς ἀποστερεῖται πολλάκις παρὰ τῶν εἰδότων αὐτόν. — Ἤλεγξε μὲν οὖν αὐτοὺς ἀσυνέτως τὰ τοιάδε λέγοντας· « Οὐχ ὁ υἱός ἐστι τοῦ Ἰωσὴφ οὗτος; » Πλὴν ἔχεται τοῦ σκοποῦ τῆς μυσταγωγίας, καί φησιν· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς προφήτης δεκτός ἐστιν ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ. »

V. 25. *Multæ viduæ erant in diebus Eliæ*, etc.

Quandoquidem, ut jam dixi, prophetias de ipso editas, affirmabant nonnulli Judæi exitum habuisse vel in sanctis prophetis, vel in aliquibus apud ipsos insignibus viris, commode illos ab hujusmodi suspicione depellit dicens, ad unam missum fuisse viduam Eliam [1], unumque sanatum leprosum a propheta Elissæo Neemanum Syrum [2]; his verbis innuens gentium Ecclesiam, quæ ipsum receptura erat, et lepræ morbo mundanda foret, dum interim Israeli sensus obstupesceret.

C *Πολλαὶ χῆραι ἦσαν ἐν ταῖς ἡμέραις Ἠλίου*, κ. τ. λ.

(A f. 78 b, C f. 113 b, H f. 239) Ἐπειδὴ γὰρ, ὡς ἔφην, τὰς περὶ αὐτοῦ προφητείας εἰς τέλος ἦχθαι διεβεβαιοῦντό τινες τῶν Ἰουδαίων, ἢ ἐπὶ προφήταις ἁγίοις, ἢ ἐπί τισι τῶν ἐνδόξων παρ' αὐτοῖς γεγονότων, ἀποφέρει χρησίμως αὐτοὺς τῆς τοιαύτης ὑπονοίας, πρὸς μίαν χήραν ἀπεστάλθαι Ἠλίαν εἰπὼν, ἕνα δὲ θεραπεῦσαι λεπρὸν τὸν προφήτην Ἐλισσαῖον, Νεεμὰν τὸν Σύρον· διὰ τούτων τὴν ἐξ ἐθνῶν σημαίνων Ἐκκλησίαν, τὴν μέλλουσαν αὐτὸν ὑποδέχεσθαι, καὶ τῆς λέπρας ἐλευθεροῦσθαι, διὰ τὴν ἀναισθησίαν τοῦ Ἰσραήλ.

V. 28-30. *Et repleti sunt omnes in synagoga ira*, etc.

Quia pravam illorum sententiam notaverat, idcirco ira exarserunt; et quia dixerat: « Hodie scriptura hæc impleta est » quæ dicit, « Spiritus Domini super me, » et reliqua. Existimarunt enim illum se æquare prophetis, oppidoque expulerunt. Sed enim sibi potius pœnam decreverunt, et Servatoris dictum confirmarunt: etenim ipsi superna civitate exciderunt, quia Christum non admiserunt. Ne autem impios verborum tantum argumentis convinceret, usque ad actum sivit illorum audaciam prorumpere, quorum cæcus erat impetus, et intractabilis invidia. Itaque ad supercilium montis perductum, præcipitem inde dare volebant. « Ipse autem trans-

*Καὶ ἐπλήσθησαν πάντες θυμοῦ ἐν τῇ συναγωγῇ*, κ. τ. λ.

D (A f. 80, H f. 245 b) Ἐπειδὴ τὴν πονηρὰν αὐτῶν γνώμην ἔστιξε, διὰ τοῦτο πρὸς ὀργὰς ἀνεκαίοντο· καὶ διὰ τὸ εἰπεῖν· « Σήμερον ἡ γραφὴ αὕτη πεπλήρωται, » ἡ λέγουσα, « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐνόμισαν γὰρ αὐτὸν ἐξισοῦν ἑαυτὸν τοῖς προφήταις, καὶ τῆς πόλεως αὐτὸν ἐκβάλλουσι· καθ' ἑαυτῶν μᾶλλον τὴν δίκην ὁρίζοντες, καὶ βεβαιοῦντες τὸ ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένον· ἐκπεπτώκασι γὰρ αὐτοὶ τῆς ἄνω πόλεως, τὸν Χριστὸν μὴ προσδεξάμενοι. Ἵνα δὲ μὴ μόνον ἐλέγξῃ δυσσεβήσαντος μέχρις ἐπιχειρημάτων, συγκεχώρηκε προελθεῖν τὰ καθ' ἑαυτοῦ τολμήματα· τῶν μὲν γὰρ ἄκριτος ἦν ἡ ὁρμὴ, καὶ ὁ φθόνος ἀτίθασσος· μέχρι γοῦν

[39] Jerem. v, 21. [1] III Reg. xvii, 9 seqq. [2] IV Reg. v, 1 seqq.

ὀφρύος τοῦ ὄρους ἀποκομίζοντες, κρημνῶν ἐνιέναι ἐπεχείρουν. « Ὁ δὲ διεξῄει διὰ μέσου αὐτῶν, » οὐδ' ὅσον εἰπεῖν λόγον τινὰ θέμενος τῆς ἐπιβουλῆς αὐτῶν· οὐ τὸ παθεῖν φεύγων, διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐλήλυθεν, ἀλλὰ καιρὸν ἀναμένων ἐπιτήδειον· ἀρχὴ γὰρ νῦν τοῦ κηρύγματος, καὶ ἄκαιρον ἦν τὸ παθεῖν, πρὶν ἢ κηρύξαι τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Ἦν γὰρ ἐπ' αὐτῷ τὸ παθεῖν καὶ τὸ μὴ παθεῖν, καὶ Κύριος ἦν τῶν καιρῶν καὶ τῶν πραγμάτων· τοῦτο τεκμήριον τοῦ, καὶ ὅτε ἔπαθεν, ἑκόντα πεπονθέναι, καὶ ὡς οὐκ ἂν ἔπαθεν, εἰ μὴ ἑαυτὸν ἐπέδωκεν.

*Καὶ κατῆλθεν εἰς Καπερναοὺμ, πόλιν τῆς Γαλιλαίας.*

(A f. 80 b, C f. 114, H f. 246) Οὓς οὐ μεθίστησι λόγος πρὸς τὸ εἰδέναι σαφῶς τίς ὁ φύσει καὶ ἀληθῶς ἐστι Θεὸς καὶ Κύριος, τούτους σαγηνεύει πρὸς τὸ εὐήνιον ἡ τῶν σημείων ἐπίδειξις. Χρησίμως οὖν καὶ ἀναγκαίως προσεπάγει πολλάκις ταῖς μυσταγωγίαις τὰς μεγαλουργίας· ἄπιστοι μὲν γὰρ οἱ τῆς Ἰουδαίας οἰκήτορες, καὶ τοὺς τῶν καλούντων εἰς σωτηρίαν ἀτιμάζοντες λόγους, μάλιστα δὲ πάντων οἱ ἀπὸ τῆς Καπερναούμ· ᾐτιᾶτο γοῦν αὐτὴν ὁ Κύριος λέγων· « Καὶ σὺ, Καπερναοὺμ, ἡ ἕως οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ. » Ἀλλὰ καίτοι γινώσκων, ὡς ἀπειθεῖς τε καὶ σκληροκάρδιοι, προσέβαλε μὲν αὐτοῖς ὥσπερ ἰατρὸς ἄριστος τοῖς εἰς ἐσχάτην πεσοῦσι νόσον, πειρᾶται δὲ ἀπαλλάττειν τοῦ κακοῦ· φησὶ γὰρ αὐτὸς, ὅτι « Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. » Ἐδίδασκε τοίνυν ἐν συναγωγαῖς ἐν πολλῇ παῤῥησίᾳ· τοῦτο γὰρ καὶ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου προηγόρευσεν λέγων· « Οὐκ ἐν κρυφῇ λελάληκα, οὐδ' ἐν τόπῳ γῆς σκοτεινῷ. » Ἀλλὰ καὶ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἐν παῤῥησίᾳ πολλῇ τοὺς περὶ αὐτοῦ ποιεῖσθαι λόγους προσέταττε, λέγων· « Ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ, εἴπατε ἐν τῷ φωτὶ, καὶ ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε, κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων. » Καὶ ἐν Σαββάτῳ ὅτε ἤργουν, διελέγετο αὐτοῖς. Τεθαυμάκασι τοίνυν τῆς μυσταγωγίας τὴν δύναμιν, καὶ τὸ τῆς ἐξουσίας μέγεθος· ἦν γὰρ ἐν ἐξουσίᾳ, φησὶν, ὁ λόγος, οὐ κολακευτικὸς, ἀλλὰ προτρεπτικὸς εἰς σωτηρίαν. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ οὐδὲν ἕτερον ἐνόμιζον εἶναι Χριστὸν, πλὴν ὅτι καθ' ἕνα τῶν ἁγίων, καὶ ἐν τάξει προφήτου παρελθεῖν εἰς μέσον. Ἵνα δὲ μείζονα τὴν περὶ αὐτοῦ δόξαν τε καὶ ὑπόνοιαν ἔχωσι, τὸ προφητικὸν ἐκβαίνει μέτρον· οὐ γὰρ εἴρηκέ ποτε· Τάδε λέγει Κύριος, καθάπερ ἀμέλει ὑπὲρ νόμον ἐλάλει.

Ἔλεγε γοῦν ὁ Θεὸς διὰ Ἡσαΐου· « Καὶ διαθήσομαι ὑμῖν διαθήκην αἰώνιον, τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. Ἰδοὺ μαρτύριον ἐν ἔθνεσι δέδωκα αὐτὸν, ἄρχοντα καὶ προστάσσοντα ἔθνεσιν. » Ἔδει γὰρ οἰκέτην μὲν ὄντα Μωϋσέα, τῆς μὴ μενούσης σκιᾶς γενέσθαι διάκονον· ἐξαγγελέα δὲ τῆς διηνεκοῦς καὶ μενούσης λατρείας τὸν αἰώνιον, φημὶ δὴ τὸν Χριστόν. Τίς δὲ ἡ αἰώνιος διαθήκη; Τὰ ἱερὰ θεσπίσματα τοῦ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα Χριστοῦ· τὰ ὁσιουργὰ καὶ πιστοποιά· καθάπερ καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος, ἁγνὸς ὡς

A iens per medium illorum ibat, » nihil prorsus de illorum conspiratione sollicitus: non quia pati vitaret, ejus enim rei causa in mundum venerat, sed quia tempus exspectabat idoneum. Nunc enim initium prædicandi faciebat, et importunum pati erat, antequam veritatis doctrinam nuntiaret. Poterat autem pati vel non pati, temporumque ac gerendarum rerum Dominus erat. Id autem indicat, tunc quoque cum passus est, sponte passum; neque eum fuisse passurum, nisi semetipse tradidisset.

V. 31. *Et descendit in Capharnaum civitatem Galilææ.*

Quos verba non convertunt ad perspicue 163 B cognoscendum quis naturaliter vereque Deus sit ac Dominus, hos dociles efficit signorum ostensio. Utiliter ergo, imo necessarie, magisterio doctrinæ sæpe addit miracula. Nam Judææ incolæ increduli erant, et vocantium ad salutem contemnebant sermones, Capharnaumi potissimum oppidani. Igitur illam incusabat Servator dicens: « Et tu, Capharnaum, usque ad cœlum exaltata, usque ad infernum detraheris [3]. » Sed quamvis sciret eos esse contumaces et duro corde, adest illis ceu optimus medicus extremo morbo languentibus, nititurque casu adverso liberare. Namque ipsemet ait non egere medico sanos, sed male habentes. Ergo admodum confidenter in synagogis docebat. Etenim jamdiu ore Isaiæ dixerat: « Non clam locutus sum, neque in tene- C broso terræ loco [4]. » Præterea sanctis etiam apostolis ut magna fiducia de Christo verba facerent mandavit dicens: « Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine; et quod in aure auditis, prædicate super tecta [5]. » Et Sabbato cum otiarentur, apud eos concionabatur. Mirabantur itaque magisterii vim, et magnitudinem potestatis. Erat enim tanquam potestatem habentis sermo, neque blandus, sed impulsor ad salutem. Judæi porro nihil aliud esse credebant Christum, quam de sanctis unum, et unum ex ordine prophetarum in medium processisse. Ut autem majorem de ipso opinionem existimationemque haberent, propheticam excedit mensuram. Non enim ait unquam: Hæc dicit Dominus, sicuti nimirum illorum mos erat, sed tanquam legis Dominus, quæ supra le- D gem erant, loquebatur.

κἀκείνοις ἦν ἔθος, ἀλλ' ὡς τοῦ νόμου Κύριος, τὰ

Dicebat ergo Deus per Isaiam: « Disponam vobiscum fœdus sempiternum, sancta David fidelia. Ecce testem in gentibus dedi illum, principem et imperantem populis [6]. » Et Moysen quidem utpote famulum oportebat umbræ haud duraturæ esse ministrum; præconem vero perpetui stabilisque cultus esse æternum, Christum, 164 inquam. Quodnam autem est fœdus æternum? Sacræ scilicet sanctiones illius, qui de semine Davidis secundum carnem est, Christi; quæ sanctificant et fideles ef-

[3] Luc. x, 15. [4] Isa. xlv, 19. [5] Matth. x, 27. [6] Isa. lv, 3; Act. xiii, 34.

sciunt; sicuti timor quoque Domini dicitur sanctus, id est sanctum efficiens; et sicut evangelicum verbum dicitur vita, id est vivificans. « Nam verba, inquit, quæ ego locutus sum vobis, spiritus ac vita sunt [7], » id est spiritalia et vivifica. Attamen videsis accuratam prophetiæ rationem. Cum Isaias tanquam ex persona Dei Patris de Christo dixisset: « Ecce testem in gentibus dedi ipsum, » testificantem veluti hæc esse acceptabilia; ne quis unum de sanctis prophetis ipsum arbitraretur, imo ut unusquisque sciret, eum dominationis gloria pollere: nam Deus cum esset nobis apparuit: non tantummodo testem eum datum dicit, sed etiam principem et gentibus imperantem. Secus vero beati prophetæ, et adhuc ante ipsos Moyses, servili modulo cohibiti « Hæc dicit Dominus » constanter audientibus inclamabant, non imperantium ritu, sed ceu divinis subservientes vocibus. Dominus vero noster Jesus Christus Deo dignissimos faciebat sermones. Mirabantur ergo illum ipsi Judæi, quia potestativam vim sermo ejus præ se ferebat, quodque ipsos doceret tanquam potestatem habens, non ut ipsorum Scribæ. Non enim ejus oratio legis umbram sequebatur, sed ipse legislator exsistens, litteram in veritatem, figurasque in spiritalem sensum convertebat. Quippe erat princeps, talemque habebat imperandi potestatem.

V. 35. *Et increpavit illum Jesus*, etc.

Potestate Deo digna impuros increpabat spiritus. Ne ergo discredamus, juncta verbis edebat miracula. — Vidimus in deserto victum a Christo flagitiosum Satanam, tribus elisum casibus. Vidimus denuo ejusdem quassatam vim, succumbentemque adversariam nobis potentiam. Vidimus a nobis ipsis, in Christo tanquam primitiis, malos spiritus objurgatos. Nam quod id **165** quoque ad humanæ naturæ decus pertineat, ex ipsis cognosces Servatoris verbis. Mentiebantur quidem adversus ejus gloriam Judæi, aiebantque: « Hic dæmonia non ejicit, nisi in Beelzebul principe dæmoniorum [8]. » Tum ipse adversus illos plurima ac necessaria præfatus, ad extremum ait: « Quod si ego in Spiritu Dei ejicio dæmonia, utique pervenit in vos regnum Dei [9]. » Nam si homo æque ac vos factus, inquit, potestate ac dominatione Deo congrua impuros increpo spiritus, vestra jam natura hac eadem gloria insignita est. Siquidem vos videmini per me et in me Dei regnum adepti.

A ἀγνοποιός· καὶ τὸ εὐαγγελικὸν ῥῆμα, ζωή, ὡς ζωοποιόν. « Τὰ ῥήματα γάρ, φησί, ἃ ἐγὼ λελάληκα ὑμῖν, πνεῦμά ἐστι καὶ ζωή, » τουτέστι πνευματικὰ καὶ ζωοποιά. Πλὴν ἄθρει τῆς προφητείας τὸ ἀκριβές· εἰπὼν Ἡσαΐας ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι « Ἰδοὺ μαρτύριον τοῖς ἔθνεσι δέδωκα αὐτόν, » διαμαρτυρούμενον ὥσπερ ὡς δεκτὰ καὶ ταῦτα γεγόνασι, ἵνα μή τις ἕνα τῶν ἁγίων προφητῶν ὑπάρχειν αὐτὸν ὑποτοπήσειεν, εἰδείη δὲ μᾶλλον πᾶς ὁστισοῦν, ὡς τῇ τῆς κυριότητος διαπρέπει δόξῃ· Θεὸς γὰρ ὢν ἐπέφανεν ἡμῖν· οὐ μόνον αὐτὸν μαρτύριον δεδόσθαι φησίν, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἄρχοντα καὶ προστάσσοντα ἔθνεσιν. Οἱ μὲν μακάριοι προφῆται, καὶ πρὸ αὐτῶν ἔτι Μωϋσῆς, μέτρον ἔχοντες τὸ οἰκετικόν, τὸ « Τάδε λέγει Κύριος » ἐπεφώνουν ἀεὶ τοῖς B ἀκροωμένοις, οὐχ ὡς προστάσσοντες μᾶλλον, ἀλλ' ὡς θείαις διακονοῦντες φωναῖς. Ὁ δέ γε Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς θεοπρεπεστάτους ἐποιεῖτο λόγους· ἐθαυμάζετο γοῦν καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς Ἰουδαίοις, ὡς ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ, καὶ ὡς ἐδίδασκεν αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ ὡς οἱ Γραμματεῖς αὐτῶν· οὐ γὰρ ἦν ὁ λόγος αὐτῷ τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ὢν ὁ νομοθέτης, μετετίθη τὸ γράμμα πρὸς ἀλήθειαν, καὶ τοὺς τύπους εἰς ἐμφάνειαν τὴν πνευματικήν· ἄρχων γὰρ ἦν, καὶ τοῦ προστάττειν ταύτην ἔχων τὴν ἐξουσίαν.

*Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς*, κ. τ. λ.

(A f. 80 b, H f. 247) Καὶ μετ' ἐξουσίας τῆς θεοπρεποῦς τοῖς ἀκαθάρτοις ἐπετίμα πνεύμασιν. Ἵνα C γοῦν μὴ ἀπιστῶμεν, γείτονα τοῖς λόγοις ἐποιεῖτο τὴν θεοσημείαν. — Εἴδομεν ἐν τῇ ἐρήμῳ νενικημένον παρ' αὐτοῦ τὸν ἀλιτήριον Σατανᾶν, καὶ τρισὶ καταῤῥαγέντα πτώμασιν· εἴδομεν αὐτοῦ πάλιν κατασειομένην τὴν δύναμιν, καὶ πίπτουσαν τὴν καθ' ἡμῶν ἐξουσίαν· εἴδομεν ἑαυτοὺς ὡς ἐν ἀπαρχῇ τῷ Χριστῷ τοῖς πονηροῖς ἐπιπλήττοντας πνεύμασιν. Ὡς γὰρ καὶ τοῦτο πρὸς καύχημα βλέπει τῆς ἀνθρωπείας φύσεως, ἐξ αὐτῶν μαθήσῃ τῶν τοῦ Σωτῆρος ῥημάτων· κατεψεύδοντο μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ δὴ καὶ ἔφασκον· « Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων. » Εἶτα πρὸς αὐτοὺς πλεῖστά τε ὅσα καὶ ἀναγκαῖα προειρηκώς, ὕστερον ἔφη· « Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν D Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. » Εἰ γὰρ ἄνθρωπος γεγονὼς καθ' ὑμᾶς, φησί, ἐν ἐξουσίᾳ καὶ βασιλείᾳ τῇ θεοπρεπεῖ τοῖς ἀκαθάρτοις ἐπιπλήττω πνεύμασιν, ἡ ὑμετέρα φύσις ἐστὶ τῇ τοιᾷδε δόξῃ στεφανουμένη· ὑμεῖς γὰρ ὁρᾶσθε δι' ἐμοῦ τε καὶ ἐν ἐμοὶ τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν καταπλουτήσαντες.

Pellebantur itaque mali dæmones, et invictam ipsius virtutem experti, neque conflictum cum deitate ferentes, tyrannice astuteque clamabant: « Sine; quid nobis tecum est? » nempe cur non sinis nostrum nos locum tenere, dum irreligiositatis destruis errorem? Deinde euphemismo uti simulant, et sanctum Dei ipsum appellant. Existimarunt enim

A Τοῖς ἀνωτάτω θρόνοις ἐμπρέπει, δοξολογεῖται παρὰ πάσης κτίσεως λογικῆς· οὐκοῦν ἁπάντων ἐστὶ τῶν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς θεοπρεπῶν ἀξιωμάτων οὐσιωδῶς κληρονόμος. Καὶ γοῦν ἔφη πρὸς αὐτὸν, ὡς « Πάντα τὰ ἐμὰ, σά ἐστι· καὶ τὰ σὰ, ἐμά· καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς. » Ὁ δὲ πάντα ἔχων ἴδια τὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τίνος ἔτι λείπεται; Εἰ δὲ ὅλως λείπεταί τινος, καὶ τοῦτο εἶναί φασιν ἀληθὲς, οὐδέν ἐστι τὸ κωλύον εἰπεῖν, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ ἐν χρείᾳ καθέστηκέ τινων. Εἰ γὰρ πάντα τὰ τοῦ Υἱοῦ, τοῦ Πατρός ἐστι, λείπεται δέ τινος ὁ Υἱὸς, τοιοῦτος ἄρα ἐστὶ καὶ ὁ Πατήρ· αὐτοῦ γάρ ἐστι πάντα τὰ τοῦ Υἱοῦ. Ἀλλ' ἔστι παντέλειος ὁ Πατὴρ, δεῖται δὲ ὅλως οὐδενὸς τῶν θεοπρεπῶν ἀγαθῶν· οὐκοῦν παντέλειος ὁ Υἱὸς, ὡς πάντα ἔχων τὰ τοῦ Πατρὸς, εἰκών B ἐστι καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· ἐν δὲ τῷ χαρακτῆρι φαίνεται πάντως τὸ πρωτότυπον, καὶ ἐν τῷ πρωτοτύπῳ πάντως ὁ χαρακτήρ. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς ἐκείνους.

Φασὶ δὲ καὶ οἱ ταῖς Νεστορίου κενοφωνίαις συνηρπασμένοι, ὡς ἀνάρμοστον δὲ παντελῶς Θεῷ κατὰ φύσιν ὄντι τῷ Υἱῷ, προσεύχεσθαι· πρέπει δὲ μᾶλλον ἀνθρώπῳ τῷ κατὰ συνάφειαν αὐτῷ συναφθέντι, τουτέστι τῷ ἐκ σπέρματος Δαβίδ. Αὐτὸς οὖν ἄρα ἦν ὁ τὴν εὐχὴν ἀνατείνων. Τί οὖν πρὸς τοῦτο ἐροῦμεν; Ἠγνοήσατε παντελῶς τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Μονογενοῦς τὸ μυστήριον· μνημονεύσατε λέγοντος τοῦ μακαρίου εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου· « Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. » Καὶ τοῦτο ἡμῖν ὁ πάνσοφος C Παῦλος ἐμφανὲς κατέστησε, λέγων περὶ αὐτοῦ· « Οὐ γὰρ δή που ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται· ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι, ἵνα ἐλεήμων γένηται καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι ταῖς ἁμαρτίαις τοῦ λαοῦ. » Ἀνθ' ὅτου δὴ οὖν τὸν γεννηθέντα μὲν θεϊκῶς, ὡς Λόγον ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἑαυτὸν δὲ καθέντα πρὸς κένωσιν, καὶ πρὸς ἀδελφότητα τὴν πρὸς ἡμᾶς, διὰ τοῦ γενέσθαι καθ' ἡμᾶς, ὁμοιωθῆναί τε κατὰ πάντα τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, δίχα μόνης ἁμαρτίας, τῶν τῆς ἀνθρωπότητος ἐκπέμπεται μέτρων. Ἐπειδὴ γὰρ γέγονε καθ' ἡμᾶς, ἐκ πολλῆς ἄγαν ἡμερότητος καὶ φιλανθρωπίας, οὐκ ἀπαξιοῖ τὰ ἀνθρώπινα· τύπους ἡμεῖς τῆς εἰς λῆξιν ἐπιεικείας ποιούμενος τὰ καθ' ἑαυτόν· ἵν', ὡς ἔφην, τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ κατακολουθεῖν σπουδάσωμεν (1).

D *Καὶ ὅτε ἐγένετο ἡμέρα, προσεφώνησε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ ἐκλεξάμενος ἀπ' αὐτῶν δώδεκα*, κ. τ. λ.

(A f. 93 b, B f. 63, G f. 13 b) Διανυκτερεύσας εἰς προσευχὴν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ ἀῤῥήτως τε καὶ ἀπερινοήτως, καὶ ὡς μόνος οἶδεν αὐτὸς, τὰς πρός γε τὴν ἐν οὐρανοῖς Πατέρα καὶ Θεὸν

supernis thronis pro dignitate sedet, atque ab omni creatura rationali glorificatur. Est itaque totius dignitatis, quæ Deum Patrem decet, substantialiter hæres. Aiebat igitur ipsi : « Mea omnia, tua sunt, et tua, mea; et clarificatus sum in eis [61]. » Jam qui omnia habet quæ Dei Patris sunt propria, quid præterea requirat? Quod si rem aliquam reapse desiderat, idque hi vere dici aiunt, nihil jam vetat dicere Patrem ipsum rei alicujus inopia laborare. Nam si cuncta Filii, sunt æque Patris; re autem aliqua destituitur Filius ; idipsum Pater quoque experietur. Hujus enim propria sunt omnia quæ Filius habet. Atqui Pater reapse perfectissimus est, nullaque Deo digna re bona eget : sequitur ergo ut etiam Filius perfectissimus **188** sit, quandoquidem paterna omnia habet, et est imago ac figura substantiæ illius [62]. Porro in figura prorsus agnoscitur prototypon, vicissimque in prototypo figura. Atque hæc contra illos dicta sint.

Sed et qui Nestorii vana doctrina se abripi siverunt, aiunt prorsus non convenire ut Filius qui est suapte natura Deus oret : id autem decere potius copulatum illi hominem, id est eum qui de stirpe Davidis est. Hic ergo erat, a quo oratio fiebat. Jam quid ad hæc dicimus? Profecto vos incarnati Unigeniti mysterium prorsus ignoratis. Mementote verborum beati evangelistæ Joannis dicentis : « Et Verbum caro factum est [63]. » Quam rem sapientissimus nobis Paulus edisserit, de illo dicens : « Non enim angelos, sed Abrahami semen apprehendit : unde oportuit eum per omnia fratribus similari, ut misericors fieret et fidelis pontifex erga Deum, atque hunc populi peccatis propitium redderet [64] : » proptereaque natum illum quidem divinitus, utpote Dei Patris Verbum, semet ad exinanitionem demisisse ad nostram usque fraternitatem [65], nostra scilicet conditione suscepta, factum esse terrigenis omnino similem, excepto peccato, atque ex humana conditione processisse. Nam quia factus est tanquam unus ex nobis, ob multam suam bonitatem atque clementiam, humana non dedignatur ; typum nobis summæ mansuetudinis præbens seipsum, ut vestigia ejus sectari studeamus [66].

V. 13. *Et cum dies factus esset, vocavit discipulos suos; electisque duodecim ex ipsis*, etc.

Postquam tota nocte perseveraverat orans Dominus noster Jesus Christus, et ineffabili incomprehensibilique ratione, quam solus ipse novit, cum cœlesti Patre Deo collocutus fuerat, exemplar

[61] Joan. xvii, 10. [62] Hebr. i, 3. [63] Joan. i, 14. [64] Hebr. ii, 16, 17. [65] Philipp. ii, 6, 7. [66] I Petr. ii, 21.

(1) Post hoc lautum Cyrilli fragmentum, in cod. B. folio extremo 295, hæc sunt : Τέλος τοῦ πρώτου τῶν τεσσάρων τεύχους τῶν εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν ἅγιον Εὐαγγέλιον κατὰ συναγωγὴν ἐξηγήσεων γεγονυῖαν παρὰ Νικήτα, διακόνου τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ διδασκάλου, τοῦ Σεῤῥῶν. *Explicit primus ex quatuor tomis explanationum in sanctum Lucæ Evangelium collectionis, quam fecit Nicetas magnæ Dei Ecclesiæ diaconus et magister, Serrarum deinde episcopus.* At in magno codice A. sunt etiam reliqui tomi tres.

nobis rei **189** salutaris seipsum exhibens : docuit enim quomodo oporteat recte inculpateque preces facere ; descendit de monte, et mundi sacerdotes designat. — Ait enim illis : « Vos estis lux mundi [67]. » Hujus apostolorum sanctorum electionis beatus quoque David meminit dicens veluti ad Christum : « Constitues eos principes super omnem terram : memores erunt nominis tui in omni generatione et generatione [68]. » Certe dum adhuc in corporibus versabantur, memores gloriæ Christi erant, et civitatibus atque regionibus sacramentum ejus prædicabant. Postquam autem ad supernas vocati fuerunt stationes, nihilo adhuc minus de ipso nobis loquuntur, per suas sapientissimas quas de eodem exararunt Scripturas. Et illi quidem secundum legem Mosaicam electi sacerdotes, Aaron et socii ejus, saceris decoris vestibus exterius ornabantur : at divi discipuli spiritalibus donis fulgentes, evangelicorum oraculorum ministerio deputantur. Dictum quippe illis est : « Infirmos curate, dæmonia ejicite, leprosos mundate, mortuos resuscitate [69]. » Reapse Christi virtute instructi, universum orbem stupore affecerunt. Verumtamen specta summam evangelistæ sedulitatem. Non enim simpliciter dixit electos fuisse apostolos, sed nominatim **190** intulit primorum horum mentionem ; ne quis forte seipsum ascribere auderet electorum choro. Namque ut Paulus ait : « Nemo sumit sibi honorem, sed qui a Deo vocatur [70]. » Age vero quanquam sancti apostoli ad hanc magnam splendidamque dignitatem vocati nominatim fuerunt, nihilominus per tempora quidam homines tantam sibi insaniam audaciamque sumpserunt, ut se Christi apostolos nominarint, honoremque minime sibi concessum arripuerint. Hos divi discipuli commemorarunt dicentes : « Ejusmodi pseudoapostoli, operarii subdoli, in angelos justitiæ semet transfigurantes [71]. » Nec mirum ; namque et ipse Satanas transfigurat se in angelum lucis : ergo magni non est æstimandum si

A διαλέξεις ποιησάμενος, καὶ τύπον ἡμῖν σωτηριώδους πράγματος ἑαυτὸν παραθείς· ἐδίδαξε γὰρ τίνα τρόπον ὀρθῶς τε καὶ ἀμωμήτως χρὴ ποιεῖσθαι τὰς προσευχὰς, κάτεισιν ἐκ τοῦ ὄρους, καὶ τοὺς τῆς οἰκουμένης μυσταγωγοὺς ἀναδείκνυσιν (1). — (A f. 94) Ἔφη γὰρ πρὸς αὐτούς· « Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου. » Ταύτης δὲ τῆς τῶν ἁγίων ἀποστόλων προβολῆς μνημονεύει λέγων καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ, ὡς πρὸς Χριστόν· « Καταστήσεις αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, μνησθήσονται τοῦ ὀνόματός σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ. » Καὶ μὲν γὰρ ὄντες ἐν σώματι, ἐμνημόνευον τῆς δόξης Χριστοῦ, πόλεσί τε καὶ χώραις τὸ αὐτοῦ λαλοῦντες μυστήριον. Ἐπειδὴ δὲ πρὸς τὰς ἄνω κέκληνται μονὰς, οὐδὲν ἧττον ἡμῖν καὶ οὕτω διαλέγονται περὶ αὐτοῦ, διὰ τῆς πανσόφου B συγγραφῆς ἧς πεποίηνται περὶ αὐτοῦ· καὶ οἱ μὲν κατὰ Μωϋσέως νόμον χειροτονηθέντες ἱερουργοὶ, Ἀαρὼν δηλονότι καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ἱεροπρεπέσιν ἐσθήμασιν αἰσθητῶς κατεκαλλύνοντο· οἱ δέ γε θεσπέσιοι μαθηταὶ, χαρίσμασι τοῖς πνευματικοῖς διαπρέποντες, τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων τὴν διακονίαν ἐνεχειρίζοντο· εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτούς· « Ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε, λεπροὺς καθαρίζετε, νεκροὺς ἐγείρετε. » Καὶ γοῦν, τὴν Χριστοῦ φοροῦντες δύναμιν, κατέπληττον πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Πλὴν ὅρα τὴν εἰς ἄκρον νῆψιν τοῦ εὐαγγελιστοῦ· οὐ γὰρ ἁπλῶς ἀναδειχθῆναι τοὺς ἁγίους ἀποστόλους φησὶν, ὀνομαστὶ δὲ μᾶλλον ἐπενηνεγμένης αὐτοῖς καὶ τῆς τῶν προτέρων μνήμης, ἵνα μή τις ἑαυτὸν ἐγγράψαι τολμήσῃ τῷ χορῷ τῶν C ἐξειλεγμένων. Ὡς γὰρ ὁ Παῦλός φησιν· « Οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλ' ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. » Καὶ γοῦν ὀνομαστὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κεκλημένων εἰς τὸ μέγα τοῦτο καὶ λαμπρὸν ἀξίωμα, πρὸς τοῦτό τινες καθίκοντο κατὰ καιροὺς ἀπονοίας καὶ θράσους, ὡς ἀποστόλους ἑαυτοὺς ὀνομάσαι Χριστοῦ, καὶ τιμὴν ἁρπάσαι τὴν οὐκ ἐκνεμηθεῖσαν αὐτοῖς. Τούτων οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ πεποίηνται μνήμην· φασὶ γάρ· « Οἱ τοιοῦτοι ψευδαπόστο-

[67] Matth. v, 14. [68] Psal. XLIV, 17. [69] Matth. x. 8. [70] Hebr. v, 4. [71] II Cor. XI, 13.

(1) Ad hunc locum in codice B. p. 63, et in cod. G. f. 14, anonymus interpres subsequens scholion scribit, testimonium præbens commentariis Cyrilli non in Lucam tantummodo, verum etiam in Matthæum. (Et quidem Cyrilli in Matthæum locus hic appellatus, adhuc desideratur. Namque ad Matth. IV, 18 seqq. ubi de apostolorum designatione agitur, nihil habent Cyrillianum catenæ Possini atque Corderii). Sic ergo hoc loco anonymus Vaticanus. Ζήτει τοὺς λόγους τῆς δωδεκαρίθμου τῶν ἀποστόλων ἐκλογῆς ἐν τῷ ιθ' κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου, καὶ περὶ τὰ μέσα τοῦ ἑβδόμου κεφαλαίου τοῦ παρόντος εὐαγγελιστοῦ, ἔνθα ὁ Χριστὸς λαβὼν τὸ βιβλίον Ἡσαΐου τοῦ προφήτου ἀνέγνω. Εὑρήσεις γὰρ ἐκεῖ ἑρμηνείαν θαυμαστὴν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, ἣν ποιεῖται εἰς τὸ κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν· ὡσαύτως καὶ ἐν λθ' κεφαλαίῳ τοῦ αὐτοῦ τούτου εὐαγγελιστοῦ. Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ κατὰ τὸν τύπον τῶν δώδεκα βοῶν, τῶν βασταζόντων τὴν ὑπὸ Σολομῶντος κατασκευασθεῖσαν θάλασσαν, ὁ τῶν ἀποστόλων ὁρίζεται ἀριθμός· καὶ γὰρ ἀνὰ τρεῖς ἐκ τεσσάρων μερῶν ταύτην βαστάζοντες τὴν τῆς ἁγίας Τριάδος κήρυκα, καὶ τὴν δι' αὐτῶν τῶν τεσσάρων Εὐαγγελίων ἐκπομπὴν εἰς τὰ τέσσαρα τῆς γῆς πέρατα. Καὶ γὰρ καὶ διὰ τῆς θαλάσσης ἐκείνης ἡ νοητὴ τοῦ βαπτίσματος θάλασσα, ἡ ἀποκαθαίρουσα τὸν κόσμον ἐκ τῶν ἁμαρτιῶν, ἡ ἐκ τοῦ νοητοῦ συστᾶσα Σολομῶντος, εἰκονίζεται. *Quære quæ late dicuntur de duodecim apostolorum electione in* XIX *capitulo* (IV, 18) *Evangelii secundum Matthæum, et circa medium septimi capituli* (IV, 17) *præsentis evangelistæ, ubi Christus captum manibus Isaiæ librum legit. Illic enim invenies sancti Cyrilli miram explanationem, quam facit verborum « prædicare annum Domini acceptabilem. » Similiter etiam in* XXXIV *capitulo hujus ipsius evangelistæ. Sciendum porro est, juxta exemplum duodecim boum, qui fabricatum a Salomone mare gestabant, duodecim apostolorum definiri numerum. Nam terni in quatuor ducti, sanctæ Trinitatis tulerunt prædicationem, quatuorque evangeliorum per ipsos in quatuor mundi partes gestatio fuit. Et quidem mari illo, intellectualis baptismi mare, quod mundum peccatis purgat, et a spiritali Salomone constitutum fuit, figuratur.* Recole dicta supra in not. ad Luc. cap. IV, vers. 18.

λοι, ἐργάται δόλιοι, μετασχηματιζόμενοι εἰς ἀγγέλους δικαιοσύνης (1). » Καὶ οὐ θαῦμα· αὐτὸς γὰρ ὁ Σατανᾶς, μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός. Οὐ μέγα οὖν εἰ καὶ οἱ διάκονοι αὐτοῦ μετασχηματίζονται εἰς ἀγγέλους δικαιοσύνης. Οὐδένα τοίνυν ἴσμεν ἡμεῖς ἢ παραδεξόμεθα, πλὴν ὅτι μόνους τοὺς διὰ τῶν εὐαγγελικῶν γραμμάτων ὠνομασμένους, καὶ τὸν μετ' ἐκείνους ἀναδεδειγμένον, τὸν σοφώτατον Παῦλον· ᾧ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ μεμαρτύρηκε λέγων· « Ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς ἐστί μοι οὗτος τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν. »

A ministri quoque ejus in angelos justitiæ sese transformant. Neminem itaque nos agnoscimus aut recipimus, nisi solos illos in evangelicis litteris nominatos, et illum post eos electum sapientissimum Paulum; cui et ipse Servator testimonium dedit dicens : «Quia mihi vas electionis est, ut portet nomen meum coram omnibus gentibus [72]. »

(A f. 94, H f. 293) Τούτους (2) προανετύπου μὲν ὁ νόμος, προεκήρυξαν δὲ καὶ προφῆται. Γέγραπται γοῦν ἐν Μωσαϊκῷ βιβλίῳ· « Καὶ λήψεσθε σεμίδαλιν, καὶ ποιήσετε αὐτὴν δώδεκα ἄρτους· καὶ ἐπιθήσετε αὐτοὺς δύο θέματα, ἐπὶ τὴν τράπεζαν τὴν καθαρὰν, ἔναντι Κυρίου· καὶ ἐπιθήσετε ἐπὶ τὸ θέμα λίβανον καὶ ἅλας· καὶ ἔσονται εἰς ἄρτους, εἰς ἀνάμνησιν προκείμενα τῷ Κυρίῳ. » Ἄρτος μὲν γὰρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ κατελθὼν, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ, τίς ἂν ἕτερος εἴη παρὰ τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Χριστόν; Κατὰ μίμησιν δὲ τὴν πρὸς αὐτὸν, ἄρτοι κέκληνται καὶ οἱ μακάριοι μαθηταί· μέτοχοι γὰρ γεγονότες τοῦ τρέφοντος ἡμᾶς εἰς ζωὴν αἰώνιον, τρέφουσι καὶ αὐτοὶ διὰ τῶν ἰδίων συγγραμμάτων τοὺς πεινῶντας καὶ διψῶντας τὴν δικαιοσύνην. Ὥσπερ δὲ φῶς ὑπάρχων τὸ ἀληθινὸν ὁ Σωτὴρ, φῶς ὠνόμασε καὶ τοὺς μαθητάς· « Ὑμεῖς γάρ ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου· » οὕτως καὶ αὐτὸς ὢν ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς, ἐχαρίσατο τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς τὸ ἐν τάξει νοεῖσθαι τῶν ἄρτων. Καί μοι βλέπε τοῦ νόμου τὸ εὔτεχνές. Ἐπιθήσετε γὰρ, φησὶν, ἐπὶ τοὺς ἄρτους λίβανον καὶ ἅλας. Καὶ ὁ μὲν λίβανος εὐωδίας ἐστὶ σύμβολον· οἱ δὲ ἅλες (3), συνέσεως καὶ φρενῶν· ἐνυπῆρχον δὲ ἄκρως ἀμφότερα τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις· εὐώδης γὰρ ἦν ὁ βίος αὐτοῖς· καὶ γοῦν ἔφασκον, ὅτι « Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ Θεῷ. » Ἦσαν δὲ, πρὸς τούτῳ, καὶ πανσύνετοι. Ἀκούω δὲ καὶ τοῦ προφήτου Δαβὶδ ψάλλοντός τε καὶ λέγοντος περὶ αὐτῶν· « Ἐκεῖ Βενιαμὶν ἐν ἐκστάσει· ἄρχοντες Ἰούδα ἡγεμόνες αὐτῶν, ἄρχοντες Ζαβουλὼν, ἄρχοντες Νεφθαλίμ. » Σχεδὸν γὰρ ἐξ ἁπάσης φυλῆς τῆς ἐξ Ἰσραὴλ ἀπόλεκτοι γεγόνασιν οἱ μακάριοι μαθηταί· καὶ φωστῆρες ἦσαν οἰκουμενικοὶ, λόγον ζωῆς ἐπίσχοντες· καὶ τό γε παράδοξον· εὐγλωττίαν μὲν γὰρ ἔχουσι λαμπρὰν οἱ τῶν Ἑλλήνων σοφοὶ, καὶ εὐστομοῦσιν ἄγαν· οἱ δέ γε τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαθηταὶ, ἄνθρωποι γεγόνασι χειροτέχναι, καὶ θαλασσουργοὶ, καὶ ἰχθυοθῆραι, οὐ κόμπον ἔχοντες λόγων, οὐ λέξεων εὐπορίαν δεδοκιμασμένων· ἀλλ' ἰδιῶται μὲν τῷ λόγῳ, πλούσιοι δὲ τῇ γνώσει· καὶ σεσίγηται μὲν τὰ Ἑλλήνων γράμματα, καὶ ἡ τῶν λέξεων εὐκομπία· κατακρατεῖ

Hos (apostolos) lex portendebat, prædixerunt etiam prophetæ. Scriptum est enim in Mosaica lege : « Et accipietis similam, ex eaque duodecim conficietis panes; et imponetis ex eis duos missus (seu propositiones) in mensa munda ante Dominum : et
B super re proposita thus ponetis et sal; eruntque hi panes memorialis instar propositi Domino [73]. » Certe panis de cœlo descendens, vitamque mundo suppeditans, quisnam erit alius nisi omnium Servator Christus? Porro ad hujus imitationem panes appellantur etiam beati discipuli : qui participes effecti ejus a quo nos ad æternam **191** vitam nutrimur, ipsi quoque Scripturis suis alunt esurientes sitientesque justitiam. Sicuti etiam cum lux vera Servator esset, lucem appellavit etiam discipulos : « Vos enim estis, inquit, lux mundi [74]; » sic et ipse cum panis vitæ sit, discipulis suis concessit, ut panis instar esse crederentur. Jam tu mecum considera legis solertiam : superponetis, inquit, panibus
C thus et sal. Quippe thus boni odoris symbolum est, sal autem sapientiæ ac mentis : quæ ambo apprime sanctis apostolis inerant. Nam beneolens erat vita ipsorum, ita ut dicerent : « Christi bonus odor sumus Deo [75]. » Erant præterea valde prudentes. Audio item prophetam Davidem in Psalmis de ipsis dicentem: « Ibi Benjamin in mentis excessu : principes Judæ duces eorum, principes Zabulonis, principes Nepthalim [76]. » Etenim ex omni prope Israelis tribu delecti fuerunt beati discipuli, erantque lumina universi mundi, et vitæ verbum continebant. Quodque mirum est, splendidam quidem eloquentiam habent ethnicorum sapientes, politeque admodum dicunt; verum Servatoris nostri discipuli opifices erant et nautæ ac piscatores, absque orationis pompa, sine
D verborum selectorum copia. Sed etsi sermone rudes, scientia tamen divites. Ecce enim jam tacent ethnicorum litteræ, et vocabulorum deflexit ornatus; prævalet autem in universo terrarum orbe evangelicæ prædicationis vis. Hujus rei meminit Deus etiam ore Jeremiæ loquens de communi hoste Satana : « Væ, qui non sua multiplicat, et qui clavum

[72] Act. IX, 15. [73] Levit. XXIV, 5, 6. [74] Matth. V, 14. [75] II Cor. II, 15. [76] Psal. LXVII, 28.

(1) Sacer textus Gr. et Lat., *in apostolos Christi*. Ergo hic mendum potius videtur, præsertim quia postea repetitur *in angelos justitiæ*.

(2) Totus qui sequitur tractus usque ad verba προσεκόμισαν τῷ Θεῷ τὴν ὑπ' οὐρανόν, dicitur in codd. A. et H. sumptus ex homilia, Cyrilli scilicet, quia præcedens textus Cyrilli est. Cum autem hic ipse tractus promissus fuerit a Cyrillo superius in hoc capite (vers. 5), sequitur rursus ut omnino ex homilia Cyrilli sit. Porro Cyrilli SS. Bibliorum explanationes concionatorio more sæpe dictas fuisse constat atque conscriptas; ut usuvenit etiam apud Latinos, puta Augustinum, et alios.—Similia leguntur in Corderii catena ad Matth. X, 8.

(3) Ita est in codd. Et sic Latine sal tum neutrius generis est tum etiam masculini.

suum graviter figit? » Nam statim exsurgent qui eum mordeant, et evigilabunt adversarii tui, qui te diripient. Cunctos videlicet in mundo homines, licet in ære suo non haberet, collegerat ad se Satanas suosque adoratores effecerat, clavo suo graviter fixo. Sed enim evigilarunt qui ejus vasa diriperent. Namque **192** apostolici magisterii rete cunctos errore vagantes cepit, atque ita universus orbis ad Deum est conversus.

A δὲ τῆς ὑπ' οὐρανὸν τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων ἡ δύναμις. Τούτων διαμέμνηται Θεὸς καὶ διὰ φωνῆς Ἰερεμίου (3), λέγων περὶ τοῦ πάντων ἐχθροῦ, φημὶ δὴ τοῦ Σατανᾶ· « Οὐαὶ, ὁ πληθύνων αὐτῷ τὰ οὐκ ὄντα αὐτοῦ, καὶ βαρύνων τὸν κλοιὸν αὐτοῦ στιβαρῶς· » ὅτι ἐξαίφνης ἀναστήσονται οἱ δάκνοντες αὐτὸν, καὶ ἐκνήψουσιν οἱ ἐπίβουλοί σου, καὶ ἔσῃ εἰς διαρπαγὴν αὐτοῖς. Ἅπαντας μὲν τοὺς ἐπὶ γῆς ἀνθρώπους οὐκ ὄντας αὐτοῦ, συνήγαγεν ὁ Σατανᾶς, καὶ ἰδίους ἀπέφηνε προσκυνητὰς, καταβαρύνων αὐτοῦ τὸν κλοιόν· ἀλλ' ἐξένηψαν οἱ διαρπάζοντες αὐτοῦ τὰ σκεύη· ἐθήρευσε γὰρ τῆς ἀποστολικῆς μυσταγωγίας τὸ δίκτυον ἅπαντας τοὺς πεπλανημένους, καὶ προσεκόμισαν τῷ Θεῷ τὴν ὑπ' οὐρανόν.

V. 17. *Stetit in loco campestri, et turba discipulorum ejus, et multitudo copiosa plebis.*

*Ἔστη ἐπὶ τόπου πεδινοῦ, καὶ ὄχλος μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ πλῆθος πολὺ τοῦ λαοῦ.*

Animadverte sis electionis rationem; non enim clam neque latenter rem actam dicit sapientissimus evangelista, sed congregatis potius multis discipulis, magnoque plebis numero ex universa Judæorum regione, et ex maritima Tyri ac Sidonis. Hi porro idololatræ erant, sive in utramque partem claudicantes [77]; Judæorum nempe ritus partim reverentes, neque tamen idololatriæ crimen satis omittentes. Peracta fuit igitur electio, cunctis his astantibus, et universo orbi dati sunt sacri magistri: quod reipse munus gesserunt, Judæos a legali cultu vocantes, dæmonum vero cultores ab ethnico errore, ad veritatis notitiam. Jam vero sanctis deputatis apostolis, plurima ac mira cœpit miracula patrare, dæmonas increpans, insanabilibus morbis ad se accedentes liberans, suamque Deo convenientissimam demonstrans potentiam; ut Judæi accurrentes cognoscerent, nec non idololatricarum terrarum incolæ, honoratos illos fuisse apostolatus dignitate a Christo, non tanquam uno ex nobis communi homine, sed Deo potius incarnato Verbo, qui majestatem suam conservabat. « Etenim virtus de illo exibat, et sanabat omnes [78]. » Non enim vires ab alio mutuabatur Christus, sed ipse naturaliter Deus, etsi caro factus, vim suam ægris inspirans, cunctos sanabat. Quod si vis apostolicorum quoque interpretationem nominum cognoscere, sic habeto. Petrus interpretatur *solvens* aut *cognoscens*; Andreas, *vis decora*, vel *respondens*; Jacobus, *laboris supplantator*; Joannes, *Dei gratia*; Matthæus, *donatus*; Philippus, *os manuum* (1), vel *lampadis os*; Bartholomæus, **193** *filius aquas suspendens*; Thomas, *abyssus* vel *gemellus*; Jacobus Alphæi, *supplantatio vitæ incedentis*; Judas, *confessio*; Simon, *obedientia* (2).

B (A f. 94 b) Ἄθρει δή μοι τῆς χειροτονίας τὸν τρόπον· οὐ γὰρ ἐν παραβύστῳ καὶ λεληθότως πεπράχθαι φησὶν αὐτὸς ὁ σοφώτατος εὐαγγελιστὴς, συναγηγερμένων δὲ μᾶλλον πολλῶν μαθητῶν ὄχλου τε πολλοῦ ἐξ ἁπάσης τῆς Ἰουδαίων χώρας, καὶ ἐκ τῆς παραλίου Τύρου καὶ Σιδῶνος. Οὗτοι δὲ ἦσαν εἰδωλολάτραι, ἤγουν ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ἰγνύαις χωλεύοντες, καὶ τιμῶντες μὲν ἐκ μέρους τὰ τῶν Ἰουδαίων ἔθη, τῶν γε μὴν τῆς εἰδωλολατρίας αἰτιαμάτων οὐκ εἰσάπαν ἀποφοιτήσαντες. Πέπρακται τοίνυν ἡ χειροτονία, τούτων πάντων παρόντων, καὶ ἐφ' ἅπασαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν τέθεινται μυσταγωγοί· ὃ δὴ καὶ πεπράχασι, καλοῦντες μὲν Ἰουδαίους ἐκ νομικῆς λατρείας, τοὺς δέ γε τῶν δαιμονίων θεραπευτὰς ἐκ πλάνης Ἑλληνικῆς, εἰς τὴν τῆς ἀληθείας C ἐπίγνωσιν. Ἀναδείξας δὲ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, πλείστων ὅσων καὶ ἀξιαγάστων σημείων γέγονεν ἀποτελεστὴς, δαιμονίοις ἐπιπλήττων, ἀνιάτων ἀῤῥωστημάτων ἐλευθερῶν τοὺς προσιόντας αὐτῷ, καὶ θεοπρεπεστάτην ἀποφαίνων τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν· ἵν' εἰδεῖεν οἱ ἐπ' αὐτῷ συνδεδραμηκότες Ἰουδαῖοί τε καὶ οἱ ἐκ τῆς Ἑλλήνων χώρας, ὅτι τετίμηνται τῷ τῆς ἀποστολῆς ἀξιώματι παρὰ Χριστοῦ, καὶ οὐχ ἑνὸς ὄντος τῶν καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπου κοινοῦ, Θεοῦ δὲ μᾶλλον ὡς ἐνανθρωπήσαντος Λόγου, καὶ τὴν ἰδίαν σώζοντος δόξαν· « Δύναμις γὰρ παρ' αὐτοῦ ἐξήρχετο, καὶ ἰᾶτο πάντας. » — (C f. 118) Οὐ γὰρ ἰσχὺν ἐδανείζετο τὴν παρ' ἑτέρου Χριστὸς, ἀλλ' αὐτὸς ὢν φύσει Θεὸς, εἰ καὶ γέγονε σὰρξ, τὴν ἐπὶ τοῖς κάμνουσιν ἐκπέμπων δύναμιν, ἰᾶτο πάντας. Εἰ D δὲ βούλει καὶ τὴν ἑρμηνείαν τῶν ἀποστολικῶν μαθεῖν ὀνομάτων, ἴσθι ὅτι Πέτρος μὲν ἑρμηνεύεται, *ἐπιλύων*, ἢ *ἐπιγνούς*· Ἀνδρέας δὲ, *δύναμις εὐπρεπὴς*, ἢ *ἀποκρινόμενος*· Ἰάκωβος, *πτερνιστὴς πόνου*· Ἰωάννης, *Κυρίου χάρις*· Ματθαῖος, *δεδωρημένος*· Φίλιππος, *στόμα χειρῶν*, ἢ *στόμα λαμπάδος*· Βαρθολομαῖος (4), *υἱὸς κρεμάσας ὕδατα*· Θωμᾶς, *ἄβυσσος*, ἢ *δίδυμος*· Ἰάκωβος Ἀλφαίου, *πτερνισμὸς βαδίσεως ζωῆς*· Ἰούδας, *ἐξομολόγησις*· καὶ Σίμων, *ὑπακοή*.

[77] III Reg. XVIII, 21. [78] Luc. VI, 19.

(1) Mendose in D. Thomæ catena: Philippus, *os magnum*; nam Græce est χειρῶν. Mendum hoc certe exstat in tribus, quas inspexi, Thomisticæ catenæ editionibus, Romæ 1470, Parisiis 1546, Venetiis 1746.

(2) Hæc omnia nomina similiter fere explicata invenies in S. Hieronymi libro *De nom. Hebr.*

(3) Imo dicendum est Habacuc II, 6. Paria menda nos arguimus in Cyrilli comment. in Epist. I ad Cor., cap. IV, v. 21, et alias.

(4) Ita est in cod., et sic in aliis quoque libris scribitur. Cæteroqui vera lectio videtur Βαρπτολεμαῖος, *Ptolemæi filius*.

*Μακάριοι οἱ πτωχοί.* A

(A f. 95 b, B f. 63 b, C f. 118) Εἰς καινότητα μὲν οὖν ζωῆς εὐαγγελικῆς μετὰ τὴν χειροτονίαν καταῤῥυθμίζων τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ὁ Σωτὴρ, ταῦτά φησι. Περὶ ποίων δὲ ἄρα πτωχῶν ταῦτα ἔλεγεν, ἀναγκαῖον ἰδεῖν. Ἐν μὲν γὰρ τῷ κατὰ Ματθαῖον, μακαρίους ἔσεσθαί φησι τοὺς πτωχοὺς τῷ πνεύματι, καὶ αὐτῶν εἶναι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ἵνα νοῶμεν πτωχὸν τῷ πνεύματι, τὸν μετριόφρονα καὶ συνεσταλμένον ὥσπερ ἔχοντα νοῦν· ἀξιοζήλωτος δὲ ὁ τοιοῦτος καὶ Θεῷ γνώριμος. Καὶ γοῦν ἔφη δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· « Ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν ταπεινὸν καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους; » Ἔφη δὲ καὶ ὁ προφήτης Δαβὶδ, ὅτι « Καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει. » Ναὶ μὲν καὶ αὐτὸς ὁ Σωτήρ· B « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, φησὶν, ὅτι πρᾷός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. » Ἐν δέ γε τοῖς προκειμένοις ἡμῖν ἀναγνώσμασι, μακαρίους ἔσεσθαί φησι τοὺς πτωχοὺς, οὐ προσκειμένου τοῦ, *πνεύματι*. Οὕτω δέ φασιν οἱ εὐαγγελισταὶ, οὐκ ἀλλήλοις ἐναντιούμενοι, ἀλλὰ μεριζόμενοι πολλάκις τὰ διηγήματα· καὶ ποτὲ μὲν διὰ τῶν αὐτῶν βαδίζουσι κεφαλαίων, ποτὲ δὲ τὸ τῷ ἑνὶ παραλειφθὲν, ἕτερος ταῖς ἰδίαις ἀντίθησι συγγραφαῖς· ἵνα μηδὲν τῶν ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν λαθεῖν δυνηθῇ τοὺς πιστεύοντας εἰς Χριστόν. Ἔοικε τοίνυν πτωχοὺς ὀνομάζειν ἐν τούτοις, τοὺς φιλοκερδείας κρείττονας, καὶ τὸν τρόπον ἔχοντας ἀφιλάργυρον. Καὶ γοῦν ὁ σοφώτατος Παῦλος ἀρίστων ἡμῖν μαθημάτων εἰσηγητὴς ἀναδείκνυται, λέγων· C « Ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος, ἀρκούμενος τοῖς παροῦσι. » Προσετίθει δὲ τούτοις, ὡς « Ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. » Ἔδει γὰρ, ἔδει τὸ σωτήριον καὶ εὐαγγελικὸν μέλλοντας αὐτοὺς διαγγέλλειν κήρυγμα, ἀφιλόπλουτον ἔχειν τὸ φρόνημα, καὶ εὔσχολον ἐπὶ τὰ κρείττω τὴν ἐπιθυμίαν. Οὐ πάντων δὲ τῶν ἐν εὐπορίᾳ ὄντων ὁ λόγος καθάπτεται, μόνων δὲ ἐκείνων τῶν περὶ τὰ χρήματα τὸν πόθον κεκτημένων. Τίνες δέ εἰσιν οὗτοι; Οἱ μὲν τῆς τοῦ Κυρίου φωνῆς ἀκούοντες λέγοντος· « Μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς, » κ. τ. λ.

*Μακάριοι οἱ πεινῶντες νῦν, ὅτι χορτασθήσεσθε.*

(A f. 97 b, B f. 64 b, C f. 14 b) Καί τοι πάλιν ἐν τῷ Ματθαίῳ φησί· « Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ D διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται· » ἐνταῦθα δὲ τοὺς πεινῶντας ἁπλῶς, μακαρίους ἔσεσθαί φησι. Φαμὲν οὖν ὅτι μέγα μὲν καὶ ἐξαίρετον τὸ πεινῆν καὶ διψῆν τὴν δικαιοσύνην, τουτέστι, καθάπερ τινὸς τροφῆς καὶ ποτοῦ μεταποιεῖσθαι φιλεῖν τῶν εἰς εὐσέβειαν σπουδασμάτων· τοῦτο γὰρ ἡ δικαιοσύνη δηλοῖ. Ἐπειδὴ δὲ χρὴ ταῖς ἀρτίως ἡμῖν εἰρημέναις ἐκδόσεσιν ἑπομένην ἀποφῆναι καὶ τὴν ἐν τούτοις διάνοιαν, πάλιν ἐκεῖνό φαμεν· ἐμακάρισεν ὁ Σωτὴρ τοὺς τὴν ἐθελούσιον ἀγαπῶντας πτωχείαν, ὑπέρ γε τοῦ καλῶς καὶ ἀπερισπάστως τὸν ἀποστολικὸν διανῦσαι δρόμον. Τῷ γὰρ

A V. 20. *Beati pauperes.*

Igitur ad evangelicæ vitæ novitatem post electionem suos erudiens discipulos Servator, sic loquitur. Quosnam vero pauperes sermone designet, cognoscere necesse est. Namque apud Matthæum beatos futuros ait pauperes spiritu, atque ipsorum fore regnum cœlorum [79]; ut pauperem spiritu illum esse intelligamus, qui sit modestus, et limitatum veluti animum gerat : est enim hic præclarus et Deo spectabilis vir. Quare et per quemdam sanctorum prophetarum ait : « Super quem respiciam, nisi super humilem et quietum et sermones meos trementem [80]? » Ait etiam propheta David : « Cor contritum et humiliatum Deus non despiciet [81]. » Imo et ipse Servator : « Discite a me, inquit, quia mitis sum et B humilis corde [82]. » Verumtamen in proposita nuper nobis lectione, beati fore dicuntur pauperes, sine illo additamento, *spiritu*. Sic autem loquuntur evangelistæ, haud invicem adversantes, sed narrationem sæpe inter se dispertientes. Modo enim iisdem capitulis juncti incedunt; modo autem partem ab uno prætermissam alius suis scriptis supplet, ne quid necessarium vel utile Christi fideles latere possit. Videtur ergo hoc loco pauperes dicere illos qui lucri amorem cohibent, et moribus sunt minime avaris. Itaque sapientissimus Paulus optimæ nobis doctrinæ magister apparet dum ait : « Mores sine avaritia, contenti præsentibus [83]. » Addebat præterea : « Habentes escas et indumenta, his contenti erimus [84]. » C Apprime scilicet oportebat, quia salutarem et evangelicam doctrinam **194** prædicaturi erant, animum divitiarum cupiditate vacuum habere, et alacre rerum meliorum studium. Non omnes autem in rerum copia versantes hic sermo pulsat, sed illos tantum qui divitiarum amore tenentur. Quinam porro hi sunt? Nempe ii, quibus Domini voce dictum fuit : « Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, » et reliqua [85].

V. 21. *Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini.*

Porro alibi apud Matthæum ait Servator : « Beati D qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur [86]; » hic autem esurientes simpliciter beatos fore ait. Dicimus ergo magnum quid esse esurire et sitire justitiam, id est ceu cibo quodam potuque uti velle pietatis operibus; id enim significat justitiæ vocabulum. Jam quia oportet nos prolatis nuper explanationibus consentaneam nunc etiam dicere sententiam, denuo affirmamus beatos a Servatore appellatos illos qui voluntariam paupertatem sectantur, ut bene et sine ulla dissipatione apostolicum cursum absolvant. Nam quibus aurum argentumve in loculis non est, neque duæ tunicæ, his plane contingit plurimis vitæ incommodis con-

[79] Matth. v, 3. [80] Isa. LXVI, 2. [81] Psal. L, 19. [82] Matth. XI, 29. [83] Hebr. XIII, 5. [84] I Tim. VI, 8. [85] Matth. VI, 19. [86] Matth. V, 6.

flictari, et vix alimenta nancisci. Grave autem est in paupertate et persecutionibus versari ; idcirco opportune admodum is qui corda novit, vetat animo concidere propter inopiæ casus. Etenim qui nunc religionis causa famem patiuntur, satiabuntur ait, id est, dandis postea bonis suaviter fruentur, intellectualibus, inquam, et spiritualibus.

A μὴ ἔχειν χρυσίον ἢ ἀργύριον ἐν ταῖς ζώναις, ἢ δύο χιτῶνας, ἕπεται πάντως πλείστης ὅσης αὐτοὺς ἀνασχέσθαι σκληραγωγίας, καὶ μόλις αὐτοὺς εὐπορῆσαι τροφῆς· φορτικὸν δὲ τοῦτο τοῖς ἐν πενίᾳ καὶ διωγμοῖς· ταύτῃτοι καὶ μάλα εἰκότως ὁ καρδίας εἰδὼς, μικροψυχεῖν οὐκ ἐᾷ πρὸς τὰ ἐκ τῆς πτωχείας συμβαίνοντα. Τοὺς γὰρ νῦν πεινῶντας τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας ἕνεκα, χορταθήσεσθαί φησι (1)· τουτέστι τοῖς δοθησομένοις ἐντρυφήσουσιν ἀγαθοῖς, νοητοῖς δὲ δηλονότι καὶ πνευματικοῖς.

*Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.*

Beatos dicit qui flent, aitque postea risuros. Flere autem dicimus non illos tantummodo qui oculis lacrymas demittunt : hoc enim communiter usuvenit tum fidelibus tum etiam infidelibus, si quid accidit eorum quæ molesta esse solent : sed **195** de illis potius verba fieri dicimus, qui lætam et vanam deliciisque carnalibus deditam vitam fugiunt. Hos, inquam, lætos fore et risuros dicimus. Qui nimirum deliciari et carnalibus indulgere recusant, ac propemodum flent propter mundi detestationem, hos beatos dicit Servator : proptereaque paupertatem sectari jubet, et ea quæ ex paupertate consequuntur præmiis coronat. Sunt autem hæc : ad alendas delicias inopia, et ob angustias tristitia. Scriptum est enim multas esse tribulationes justorum, quibus ex omnibus eripiet eos Dominus [87].

V. 22. *Beati eritis, cum vos oderint homines,* etc.

Jam nunc Dominus persecutionem nuntiat, antequam apostolos mittat. Evangelium eventum præoccupat. Futurum quippe erat ut illi dum evangelicam spargerent prædicationem, dum Judæos a legali cultu avocarent ut viam evangelicæ rectitudinis agnoscerent; dumque idolorum cultores in veritatis notitiam irretirent : futurum, inquam, erat ut in multorum Dei osorum impiorumque hominum offensionem incurrerent. Hi enim bella et persecutiones Jesu præconibus suscitant, rectam pietatem insectantes. Ne igitur instante jam tempore, quo mala hujusmodi a nonnullis inferenda erant, in inconsideratam mœrorem inciderent, prænuntiat utiliter molestiarum quoque incursum utilem ipsis nec absque mercede fore. Vituperabunt enim vos, inquit, ut fallaces ac deceptores : a se vos separabunt, id est amicitia sua et communione excludent. Veruntamen nullam, inquit, rerum hujusmodi rationem habeatis. Qui enim linguæ illorum intemperantia firmæ menti noceat ? Certe iis qui religiose philosophari sciunt, haud infructuosam fore dicit patientiam suam, sed superni gaudii conciliatricem. Commode insuper demonstrat nihil ipsis novi eventurum cum talia patientur : imo illorum fore imitatores, qui ante ipsos Israelis filiis cœlitus sibi creditos intulere sermones : nam

*Μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν, ὅτι γελάσετε.*

(A f. 98 b) Μακαρίζει τοὺς κλαίοντας, καί φησιν ὅτι γελάσουσι· κλαίειν δέ φαμεν, οὐ τοὺς ἁπλῶς τὸ ἐξ ὀμμάτων καθιέντας δάκρυον· κοινὸν γὰρ τοῦτο B καὶ πᾶσι συμβαῖνον πιστοῖς καὶ ἀπίστοις, εἴπερ τι γένοιτο τῶν εἰωθότων καταλυπεῖν· ἐκείνους δὲ μᾶλλον τοὺς τὸν ἱλαρὸν καὶ ἐξίτηλον, καὶ ἐν τρυφαῖς ὄντα ταῖς σαρκικαῖς φεύγοντας βίον· ἐκείνους μὲν γὰρ ἐν τῷ τέρπεσθαι καὶ γελᾷν εἶναί φαμεν. Τοὺς δέ γε τὸ τρυφᾷν καὶ ἀνίεσθαι σαρκικῶν παραιτουμένους, καὶ μονονουχὶ κλαίοντας διὰ τοῦ μισεῖν τὰ ἐν κόσμῳ, μακαρίους εἶναί φησιν ὁ Σωτήρ· οὐκοῦν πτωχεῦσαι κελεύσας, καὶ τὰ ἑπόμενα τῇ πτωχείᾳ τιμαῖς στεφανοῖ· ταῦτα δέ ἐστι, τῶν εἰς τρυφὰς ἐπιτηδείων ἡ σπάνις, καὶ τὸ κατηφὲς διὰ τὴν θλῖψιν. Γέγραπται γὰρ ὡς πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων, καὶ ἐκ πασῶν αὐτῶν ῥύσεται αὐτοὺς ὁ Κύριος.

*Μακάριοί ἐστε, ὅταν μισήσωσιν ὑμᾶς οἱ ἄνθρωποι,* κ. τ. λ.

C (A f. 99 b, B f. 64 b) Ἤδη μέντοι ὁ Κύριος τὸν διωγμὸν ἀπήγγειλε, πρὶν ἀποσταλῆναι τοὺς ἀποστόλους. Προέλαβε τὸ εὐαγγέλιον τὴν ἔκβασιν· ἐχρῆν γὰρ πάντως αὐτοὺς τὸ εὐαγγελικὸν διαγγέλλοντας κήρυγμα, καὶ Ἰουδαίους μὲν ἀφιστῶντας τῆς κατὰ νόμον λατρείας, ἵνα τῆς εὐαγγελικῆς εὐζωΐας εἰδεῖεν τὴν ὁδὸν, τοὺς δέ γε εἰδωλολάτρας εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν σαγηνεύοντας, προσκροῦσαι πολλοῖς ἀφιλοθέοις τε καὶ ἀνοσίοις ἀνδράσιν· οὗτοι γὰρ πολέμους καὶ διωγμοὺς τοῖς τὸν Ἰησοῦν καταγγέλλουσιν ἐπεγείρουσι, διώκοντες τὴν εὐσέβειαν. Ἵνα τοίνυν ἐνστάντος τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν ἔμελλεν ἔσεσθαι ταῦτα παρά τινων, μὴ εἰς ἀνοήτους ἐμπίπτωσιν ἀκηδίας, προαπαγγέλλει χρησίμως, ὡς καὶ τῶν σκυθρωπῶν ἡ ἔφοδος, ἔμμισθος ἔσται καὶ ἐπωφελὴς αὐτοῖς. Ὀνειδίσουσι γὰρ, φησὶν, ὑμᾶς ὡς πλάνους καὶ ἀπατεῶνας· D ἀφορίσουσιν ἑαυτῶν, τουτέστι τῆς πρὸς ἑαυτοὺς φιλίας καὶ κοινωνίας· ἀλλὰ μηδεὶς ἔστω παρ' ὑμῖν, φησὶ, τῶν τοιούτων ὁ λόγος· τί γὰρ ἀδικήσει τῆς ἐκείνων γλώττης τὸ ἄτακτον τὸν εὖ βεβηκότα νοῦν; Τοῖς γὰρ εὐσεβῶς εἰδόσι φιλοσοφεῖν, οὐκ ἄκαρπον ἔσεσθαί φησι τὴν ἐπὶ τούτων ὑπομονὴν, ἀλλ' εὐθυμίας τῆς ἀνωτάτω πρόξενον. Διαδείκνυσι δὲ πρὸς τούτῳ χρησίμως, ὡς ξένον αὐτοῖς οὐδὲν συμβήσεται καὶ ταῦτα παθοῦσιν· ἔσονται δὲ μᾶλλον κατ' ἐκείνους, οἳ καὶ πρὸ αὐτῶν τοὺς θείους καὶ ἄνωθεν τοῖς ἐξ

[87] Psal. XXXIII, 20.

(1) Huc pertinet fragmentum apud D. Thomam. « Cyrillus. Consequitur autem inopiam non solum defectus rerum ad delectationes facientium, sed etiam depressus vultus propter mœstitiam. Unde sequitur : *Beati qui nunc fletis.* » Sunt tamen prope similia apud nos in fine sequentis fragmenti.

Ἰσραὴλ διαπορθμεύοντες λόγους, ἐδιώχθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον, λοιδοριῶν ἠνέσχοντο ἀδίκως αὐτοῖς ἐπενηνεγμένων. Οὐκοῦν δίδωσιν ἐκεῖνο νοεῖν, ὡς ὧν ἂν γένοιντο μιμηταὶ, τούτων ἔσονται καὶ κοινωνοί· καὶ προφητικῶν στεφάνων οὐκ ἀμοιρήσουσι, τὴν ἐκείνοις ἐντριβῆ βαδίσαντες ὁδόν.

*Οὐαὶ ὑμῖν, τοῖς πλουσίοις* (1).

(A f. 100 b) Προαναφωνήσας αἰτίαν παντὸς ἀγαθοῦ τὴν διὰ Θεὸν πτωχείαν, καὶ τὸ πεινῆν καὶ κλαίειν οὐκ ἄμισθον ἔσεσθαι τοῖς ἁγίοις εἰπὼν, μεθίστησι τὸν λόγον ἐπὶ τὰ ἐναντίως ἔχοντα τούτων, καὶ διαδείκνυσιν αὐτὰ κολάσεως ὄντα καὶ δίκης ἐμποιητικὰ, ἵνα τῇ μὲν τῶν στεφάνων ἐπιθυμίᾳ, καὶ τῇ τοῦ μακαρισμοῦ ἐφέσει, σαγηνεύωνται πρὸς τοὺς πόνους, καὶ τὴν διὰ Θεὸν αἱρεῖσθαι πτωχείαν πείθωνται· τῷ δὲ φόβῳ τῆς ἐπηρτημένης κολάσεως, B φεύγωσι τὸ πλουτεῖν, καὶ τὸ ἐν τρυφαῖς εἶναι καὶ γέλωτι, τουτέστιν ἐν τέρψεσι κοσμικαῖς. Καὶ τοὺς μὲν κληρονόμους ἔσεσθαι τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας φησὶ, τοὺς δὲ ἐσχάταις περιπεσεῖσθαι συμφοραῖς· « Ἀπέχετε γὰρ, φησὶ, τὴν παράκλησιν ὑμῶν. » Ἔξεστι δὲ τοῦτο ἰδεῖν, ὡς ἐν πίνακι καλῶς γεγραμμένον, ἐν τῇ περὶ τοῦ πλουσίου καὶ Λαζάρου παραβολῇ· « Ἀπέλαβες γὰρ, φησὶ πρὸς τὸν πλούσιον, τὰ ἀγαθά σου ἐπὶ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος τὰ κακά· νῦν δὲ αὐτὸς ὧδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι. » Ἀλλὰ φέρε, καθ' ἑαυτοὺς ἐκεῖνο γυμνάσωμεν. Ἆρα, εἴ τίς ἐστι πλούσιος ἐν κόσμῳ, οὗτος ἀπώλισθε πάντως τοῦ προσδοκᾶν ἐλεεῖσθαι παρὰ Θεοῦ; Οὐ τοῦτό φαμεν, ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον· ἐξῆν τῷ C πλουσίῳ κατελεῆσαι τὸν Λάζαρον, ὡς καὶ τῆς αὐτοῦ παρακλήσεως γένηται κοινωνός. Καὶ γοῦν ὁ Σωτὴρ τοῖς τὴν ἐπίγειον ἔχουσι πλοῦτον, ὁδὸν ὑπέδειξε σωτηρίας, εἰπών· « Ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ ἀδίκου μαμωνᾶ, ἵνα ὑποδέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς ἑαυτῶν σκηνάς. »

A persecutionem passi sunt, secti sunt, **196** gladio cæsi perierunt, convicia inique sibi inflicta pertulerunt. Ergo vult eos intelligere, quorum fuerunt imitatores, eorum fore etiam participes, et prophetarum coronis non carituros, si viam illorum terendo decurrerint.

V. 24. *Væ vobis, divitibus!*

Locutus antea de omnis boni causa propter Deum paupertate, famemque ac fletum haud sine mercede sanctis fore præfatus, ad contraria his transfert orationem, demonstratque ea pœnam ultionemque importare; ut sic coronæ cupiditate et beatitudinis studio, ad labores impellantur, et ob Dei amorem paupertatem amplecti velint; metuque vicissim impendentis pœnæ, a divitiis abhorreant, et a deliciis atque risu, id est mundanis delectationibus. Et illos quidem regni cœlorum hæredes futuros ait, hos autem calamitates extremas subituros. « Habetis enim, inquit, consolationem vestram. » Licet autem hoc, tanquam in depicta egregie tabula, spectare in divitis Lazarique parabola. « Recepisti enim, ait diviti, bona tua dum viveres; Lazarus vero mala: nunc autem ille hoc in loco recreatur, tu contra cruciaris [88]. » Sed age nobis ipsis ita objiciamus: Num si quis in mundo dives est, hic a misericordiæ divinæ spe prorsus excidit? Haud ita dicimus, sed illud potius, potuisse divitem misereri Lazari, atque ita consolationis ejusdem particeps fuisset. Ecce enim Servator iis qui terrenas habent divitias, viam ostendit salutis, dicens: « Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut hi in sua vos tabernacula recipiant [89]. »

*Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν.*

(A f. 101 b, B f. 66, C f. 118 b) Ἀληθεύει λέγων ὁ μακάριος Παῦλος, ὅτι « Εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις· πάντα γὰρ γέγονεν ἐν αὐτῷ τε καὶ δι' αὐτοῦ καινὰ, καὶ διαθήκη, καὶ νόμος, καὶ πολιτεία. » Ἄθρει δὲ ὅπως πρεπωδεστάτη λίαν ἐστὶ τοῖς ἁγίοις μυσταγωγοῖς ἡ τοιάδε πολιτεία τε καὶ ζωὴ, οἳ ἔμελλον τοῖς ἁπανταχόσε γῆς τὸ σωτήριον ἐξαγγέλλειν κήρυγμα. Καὶ ἦν ἐντεῦθεν προσδοκᾷν, οὐκ εὐαριθμήτους ἔσεσθαι τοὺς διώκοντας αὐτοὺς καὶ πολυτρόπως D ἐπιβουλεύοντας· ἀλλ' εἰ συνέβη ταῖς τοιαύταις λύπαις ἀχθεσθῆναι τοὺς μαθητὰς, εἶτα θέλειν ἀμύνεσθαι τοὺς λελυπηκότας, ἐσίγησαν ἂν καὶ παρέδραμον αὐτοὺς, οὐκέτι τὸ θεῖον αὐτοῖς παρατιθέντες κήρυγμα, οὐ καλοῦντες εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας. Ἔδει τοίνυν ταῖς οὕτω σεπταῖς ἀνεξικακίαις, τὸν τῶν ἁγίων μυσταγωγῶν ἀναχαιτίσαι νοῦν, ἵνα πάντα γενναίως φέρωσι τὰ συμβαίνοντα, κἂν ὑβρίζωσί

V. 27. *Diligite inimicos vestros.*

Vere dicit beatus Paulus: « Si qua in Christo nova creatura; omnia enim facta **197** sunt in ipso et per ipsum nova, et fœdus, et lex, et vitæ genus [90]. » Videsis autem quam sit convenientissima sanctis doctoribus hæc agendæ vitæ ratio, qui cunctis per orbem hominibus salutarem prædicationem illaturi erant. Atqui hinc exspectandi erant persecutores innumeri et omnimodi insidiatores. Quod si contigisset, ut his molestiis gravarentur nimis discipuli, voluissentque offensores suos ulcisci, utique tacuissent, eosque præterissent, omissa deinceps apud eos prædicatione, nec ipsos ad veritatis notitiam vocavissent. Oportebat igitur tam sancta patientia sanctorum magistrorum mentes inhibere, quo casus omnes fortiter ferrent, etiamsi quidam conviciis incesserent, et impias molirentur insidias. Ita vero se gessit ante alios ipse Jesus,

[88] Luc. xvi, 25. [89] ibid. 9. [90] II Cor. v, 17.

(1) Apud D. Thomam. « Cyrillus. Prædicto quod paupertas apud Deum causa sit cujuslibet boni, et esurire et flere non vacabit mercede sanctorum, transfert sermonem ad opposita, et innuit ipsa damnationis et supplicii fore materiam. Unde dicitur: *Verumtamen væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram.* Hæc enim dictio, *væ*, semper in Scripturis dicitur his qui non possunt evadere a futuro supplicio. »

ut exemplar nobis fieret. Namque adhuc de veneranda cruce pendens, Judaica plebe ipsum irridente, preces Patri Deo pro illis offerebat dicens: « Dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt [91]. » Utique et beatus Stephanus lapidibus licet pulsatus, flexis genibus oravit dicens: « Domine, ne statuas illis hoc peccatum [92]. » Divus denique Paulus ait: « Convicium passi, benedicimus; maledicti, obsecramus [93]. » Necessario itaque hæc ad apostolos adhortatio fit: perutilis vero nobis quoque est, ut bonam et admiratione dignam vitam instituamus. Et hæc quidem adhortatio omni philosophia redundat; sed eam nostris mentibus difficilem efficiunt præjudicia non bona, et insitarum cupiditatum superabilis ægre tyrannis. Quare cum sciret animalem hominem haud hæc admittere, quia Spiritus oracula stultitiam existimat, et factu impossibilia, idcirco separans eos qui sunt hujusmodi ab iis qui edicta audire queunt, vobis, inquit, dico qui audire et audita exsequi vultis. Etenim alacritas ad fortitudinem spiritualem, in tentationibus laboribusque manifestatur. Imitare ergo in his Christum, « Qui cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur, **198** tradebat autem se juste judicanti [94]. » Sed enim intra te ipsum sic fortasse dices: Deus erat Christus, ego autem homo infirmus, infirma mente præditus, et quæ dominari cupiditati ac mœrori non valet. Recte ais; proclivis enim ad peccandum mens humana est. Attamen ego aio: Non te destituit nudum patrocinio suo ac benevolentia Dominus. Habes ipsum apud te, id est intra te, per sanctum Spiritum. Habitaculum quippe illius sumus, qui in animabus diligentium se diversatur. Ipse te roborat, ut irruentia mala fortiter feras, et tentationum incursibus viriliter resistas. « Ne igitur malo vincaris, sed bono malum supera [95]. »

A τινες, κἂν ἀνοσίως ἐπιβουλεύωσι. Πέπραχε δὲ τοῦτο καὶ πρό γε τῶν ἄλλων αὐτὸς εἰς ὑποτύπωσιν ἡμετέραν· ἔτι γὰρ ἀπηρτημένος τοῦ τιμίου σταυροῦ, καίτοι τῆς Ἰουδαίων πληθύος ἐπιγελώσης αὐτῷ, τὰς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα λιτὰς ὑπὲρ αὐτῶν ἐποιεῖτο, λέγων· « Ἄφες αὐτοῖς, ὅτι οὐκ οἴδασι τί ποιοῦσι. » Ναὶ μὲν καὶ ὁ μακάριος Στέφανος, καίτοι βαλλόμενος λίθοις, θεὶς τὰ γόνατα, προσηύξατο λέγων· « Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. » Καὶ ὁ θεῖος δὲ Παῦλός φησι· « Λοιδορούμενοι, εὐλογοῦμεν· δυσφημούμενοι, παρακαλοῦμεν. » Οὐκοῦν ἀναγκαία μὲν ἡ τοιάδε παραίνεσις τῶν ἁγίων ἀποστόλων· χρησιμωτάτη δὲ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, εἴς γε τὸ χρῆναι βιοῦν ὀρθῶς καὶ τεθαυμασμένως· μεστὴ γάρ ἐστι πάσης φιλοσοφίας· δυσκατόρθωτον δὲ ἀποτε-
B λοῦσιν αὐτὴν ταῖς ἡμετέραις διανοίαις προλήψεις οὐκ ἀγαθαί, καὶ τῶν ἐν ἡμῖν ὄντων παθῶν ἡ δυσκαταγώνιστος τυραννίς· διόπερ εἰδὼς ὡς ψυχικὸς ἄνθρωπος ταῦτα οὐ δέχεται, μωρίαν ἡγούμενος τὰ τοῦ Πνεύματος λόγια καὶ ἀδύνατα εἰς κατόρθωσιν, διαιρῶν τοὺς τοιούτους ἀπὸ τῶν ἀκούειν δυναμένων· Ὑμῖν λέγω, φησὶ, τοῖς ἀκούουσιν, καὶ ποιεῖν ἑτοίμως τὰ λεγόμενα προαιρουμένοις. Τὸ γὰρ εὐδόκιμον εἰς ἀνδρείαν τὴν πνευματικὴν, ἐν τοῖς πειρασμοῖς καὶ πόνοις διαφαίνεται. Μίμησαι οὖν ἐν τούτοις Χριστόν· « Ὃς λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει, πάσχων οὐκ ἠπείλει· παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως (1). » Ἀλλ' ἴσως κατὰ σαυτὸν, ἐκεῖνο ἐρεῖς· Θεὸς ἦν ὁ Χριστὸς, ἐγὼ δὲ ἄνθρωπος ἀσθενὴς, ἔχων τὴν διάνοιαν ἀσθενῆ, καὶ ἀνικάνως ἔχουσαν πρὸς τὸ
C δύνασθαι καὶ πλεονεξίας καὶ λύπης κατευμεγεθῆσαι. Ὀρθῶς ἐρεῖς· εὐόλισθος γὰρ ὁ ἀνθρώπινος νοῦς εἰς τὸ πλημμελεῖν. Πλὴν ἐκεῖνό φημι· Οὐκ ἀφῆκέ σε γυμνὸν τῆς παρ' αὐτοῦ φειδοῦς καὶ ἀγάπης ὁ Κύριος· ἔχεις αὐτὸν ἐν σεαυτῷ, ἤτοι ἐντὸς, διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· οἶκος γάρ ἐσμεν αὐτοῦ, καὶ ταῖς τῶν ἀγαπώντων αὐτὸν ψυχαῖς ἐναυλίζεται. Αὐτός σε νευροῖ πρὸς τὸ φέρειν γενναίως τὰ παρεμπίπτοντα, καὶ ταῖς τῶν πειρασμῶν ἐμβολαῖς ἀντανίστασθαι νεανικῶς· « Μὴ νικῶ τοίνυν ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν. »

V. 29. *Percutienti te in maxillam, præbe et alteram.*

Finem legis atque prophetarum esse Christum sapientissimus ait Paulus [96]. Nam lex ad hujus mysterium erudit. Sed ut idem rursus dicit Paulus [97], postquam fides supervenit, ulterius sub ductore non sumus; neque puerilem mentem jam gerimus, sed in virum perfectum succrevimus, in ætatem plenitudinis Christi. Itaque nobis haud diutius lacte opus erat, sed cibo potius solidiore; quem nobis largitur Christus, justitiæ, quæ supra legem est, viam ostendens. Ait enim ipse sanctis apostolis: « Amen dico vobis, nisi abundaverit justitia vestra magis quam Scribarum et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum [98]. »

*Τῷ τύπτοντί σε ἐπὶ τὴν σιαγόνα, πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην.*

(A f. 103, B f. 65 b) Τέλος νόμου καὶ προφητῶν γενέσθαι Χριστὸν, ὁ σοφώτατος ἔφη Παῦλος· παιδαγωγεῖ γὰρ ὁ νόμος ἐπὶ τὸ αὐτοῦ μυστήριον. Ἀλλ'
D ὡς αὐτὸς ἔφη πάλιν ὁ μακάριος Παῦλος, ἐλθούσης τῆς πίστεως, οὐκέτι ὑπὸ διαγωγόν ἐσμεν· οὐ γὰρ ἔτι τὰς φρένας νηπιάζομεν, ηὐξήθημεν δὲ μᾶλλον εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ. Ἔδει τοίνυν ἡμῖν οὐ γάλακτος, τροφῆς δὲ μᾶλλον τῆς στερεωτέρας· τοῦτο ἡμῖν χαρίζεται Χριστὸς, τῆς ὑπὲρ νόμον δικαιοσύνης ἐμφανίζων τὴν ὁδόν· ἔφη γὰρ αὐτὸς τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλέον τῶν Γραμματέων καὶ Φαρι-

[91] Luc. xxiii, 34. [92] Act. vii, 59. [93] I Cor. iv, 12. [94] I Petr. ii, 23. [95] Rom. xii, 21. [96] Rom. x, 4. [97] Ephes. iv, 13. [98] Matth. v, 20.

(1) De hac lectione ἀδίκως pro δικαίως, videsis quæ nos diximus in adn. ad commentarium Cyrilli in Epist. II ad Cor., cap. x, vers. 1. (*Opp. Cyrilli hujusce novissimæ edit.* viii).

αἰων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. » Εἶτα, τί τὸ περιττὸν ἐν δικαιοσύνῃ τῇ κατὰ ε, φημὶ, τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα, διπεῖν ἀναγκαῖον. Ὁ νόμος ὁ διὰ Μωϋσέως, τοῖς ρχαιοτέροις τεθεσπισμένος, διὰ τῶν ἴσων ἔρχεσθαι πραγμάτων ἐκέλευε· κεκώλυκε δὲ τὸ ἀδικεῖν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον προηδικημένους ἀνεξικακεῖν, ὅπερ ὁ τοῦ Εὐαγγελίου βούλεται νόμος· « Οὐ γὰρ φονεύσεις, φησὶν, οὐ κλέψεις, οὐκ ἐπιορκήσεις. » Ἔτι τε πρὸς τούτοις· « Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, χεῖρα ἀντὶ χειρὸς, πόδα ἀντὶ ποδὸς, τραῦμα ἀντὶ τραύματος, μώλωπα ἀντὶ μώλωπος. » Ταυτὶ δὲ κελεύοντος ἦν, μὴ ἀδικεῖν ἑτέρους· ἢ γοῦν προηδικημένους, μὴ πέρα τῶν ἴσων τὰς κατὰ τὸν ἀδικήσαντα ἐκτείνειν ὀργάς. Ἀλλ' ἦν οὐ πάντως ἀρέσκουσα τῷ Θεῷ τῆς κατὰ νόμον πολιτείας ἡ δύναμις· γέγονε δὲ τοῖς ἀρχαιοτέροις ἐν τάξει παιδαγωγοῦ κατὰ βραχὺ προσεθίζοντος εἰς δικαιοσύνην σύμμετρον, καὶ ἀναβιβάζοντος εὐφυῶς ἐπὶ τὸ τελέως ἔχειν ἀγαθόν· γέγραπται γάρ· « Ἀρχὴ ὁδοῦ ἀγαθῆς, τὸ ποιεῖν τὰ δίκαια. » Πᾶσα δὲ λοιπὸν τελειότης ἐν Χριστῷ καὶ τοῖς αὐτοῦ θεσπίσμασι· « Τῷ γὰρ τύπτοντί σε, φησὶν, ἐπὶ τὴν σιαγόνα, πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην. » Τῆς εἰς λῆξιν ἀνεξικακίας ἐν τούτοις ὁδὸς ἡμῖν ὑποδείκνυται. Βούλεται δὲ, πρὸς τούτῳ, καὶ χρημάτων εἶναι καταφρονητὴν, ὥστε, κἂν εἰ μόνον ἱμάτιον ἔχοι, μὴ ἀφόρητον ἡγεῖσθαι τὸ συναποβαλεῖν αὐτῷ καὶ τὸν χιτῶνα τυχόν. Ἀρετὴ δὲ αὕτη ψυχῆς ὁλοτρόπως ἀπεστραμμένης τὸ φιλόπλουτον πάθος· « Μὴ γὰρ ἀπαίτει, φησὶ, τὸν αἴροντά τι τῶν σῶν· ἀλλὰ καὶ παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε, δίδου· » ὅπερ ἀγάπης καὶ φιλοπτωχίας τεκμήριον. Τὸν δὲ φιλοικτίρμονα χρὴ πάντως εἶναι καὶ ἀμνησίκακον· ὥστε καὶ τὰ φίλων εἰς ἐχθροὺς ἐργάζεσθαι.

*Καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως.*

(A f. 106, B f. 66, C f. 119, G f. 15 b) Ἀλλ' ἦν εἰκὸς οἰηθῆναι τοὺς ἁγίους ἀποστόλους τάχα που δυσκατόρθωτα εἶναι ταυτί. Ὁ τοίνυν πάντα εἰδὼς, τὸν τῆς ἐν ἡμῖν φιλαυτίας δέχεται νόμον βραβευτὴν ὧν ἂν βούλοιτό τις παρ' ἑτέρου τυχεῖν. Γενοῦ τοιοῦτος, φησὶν, εἰς ἑτέρους αὐτὸς, ὁποίους περ ἂν εἶναι θέλῃς περὶ σέ· εἰ μὲν σκληροὺς καὶ ἀσυμπαθεῖς, θρασεῖς καὶ ὀργίλους, μνησικάκους καὶ πονηροὺς, ἔσο καὶ αὐτὸς τοιοῦτος· εἰ δὲ τοὐναντίον, χρηστοὺς καὶ ἀμνησικάκους, μὴ ἀφόρητον ἡγοῦ τὸ εἶναι τοιοῦτος· καὶ τάχα που τοῖς οὕτω διακειμένοις περιττὸς ὁ νόμος, ἐγγράφοντος Θεοῦ ταῖς καρδίαις ἡμῶν τὴν τοῦ ἰδίου θελήματος γνῶσιν· « Ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, φησὶ Κύριος, διδοὺς δώσω νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς. »

*Γίνεσθε οὖν οἰκτίρμονες.*

(A f. 109 b) Μέγα τῆς ἐλεημοσύνης τὸ καύχημα. Καὶ γοῦν γέγραπται, ὡς « Μέγα ἄνθρωπος, καὶ τίμιον ἀνὴρ ἐλεήμων. » Μορφοῖ γὰρ ἡμᾶς πρὸς Θεὸν ἡ ἀρετὴ, καὶ τῆς ἀνωτάτω φύσεως οἱονεί τινας χαρακτῆρας ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς ἐνεργάζεται.

Deinceps quæ sit justitiæ abundantia, illius, inquam, quæ secundum evangelicam Servatoris doctrinam fit, dicere necesse est. Lex a Moyse priscis hominibus lata, res pari conditione esse jubebat; namque injuriam facere vetabat, haud vero antea offensum patienter se gerere præcipiebat, quod tamen Evangelii lex fieri vult. « Non occides, lex aiebat, non furaberis, non pejerabis [19]. » Tum addebat: « Oculum pro oculo, manum pro manu, pedem pro pede, vulnus pro **199** vulnere, livorem pro livore [1]. » Hæc erant verba imperantis ne alios injuste læderemus; vel si forte antea læsi, ne ultra talionem iram nostram extenderemus. Atqui non satis placebat Deo vitæ secundum legem actæ ratio: sed ea fuit antiquis instar pædagogi paulatim deducentis ad justitiam congruam, atque ad perfecti boni adeptionem prudenter provehentis. Scriptum est enim: « Initium bonæ viæ justa facere [2]. » Reliqua vero perfectio omnis in Christo præceptisque ejus conficitur. « Nam percutienti te, inquit, in maxillam, præbe et alteram. » Summæ nobis patientiæ in his via demonstratur. Vult præterea hominem divitiarum esse contemptorem, ita ut, etiamsi unum pallium fortasse habuerit, ne grave judicet dimittere cum illo etiam tunicam, si opus fuerit. Est autem hæc virtus animæ prorsus alienatæ ab avaritiæ passione. « Ne enim repetas, inquit, si quis tuarum rerum partem aliquam abstulerit: sed et cuilibet a te aliquid petenti, da; » quod est charitatis et erga pauperes benignitatis indicium. Jam misericordem oportet simul esse injuriarum immemorem, it aut amice se cum inimicis gerat.

V. 31. *Prout vultis ut vobis faciant homines, et vos facite illis similiter.*

Sed verisimile erat hæc sanctis apostolis difficilia fortasse factu videri. Qui ergo cuncta novit, proprium cujusque suimet amorem regulam constituit ac definitorem eorum quæ ab aliis consequi vellet. Talis esto, inquit, in alios ipse, quales eos erga te ipsum velles experiri: si duros, immisericordes, procaces, iracundos, ultores, et improbos; tu quoque hujusmodi esto. Sin contra, mites, injuriarum obliviosos, ne intolerandum putes te quoque talem præstare. Fortasse hæc regula hominibus sic recte compositis superflua est, quorum in cordibus suæ voluntatis notitiam Deus scribit. « Etenim diebus illis, inquit Dominus, dabo legem meam in mentem eorum, et in eorumdem corde inscribam illam [3]. »

**200** V. 36. *Estote ergo misericordes.*

Magna est misericordiæ gloria. Quare scriptum est: « Magna res homo, et pretiosum quid vir misericors [4]. » Certe Deo nos conformat virtus, et supernæ naturæ veluti quosdam characteres in animis nostris imprimit.

[19] Exod. xx, 15. [1] Exod. xxi, 24. [2] Prov. xvi, 5. [3] Jerem. xxxi, 33. [4] Prov. xx, 6.

V. 37. *Nolite judicare, et non judicabimini.*

Quinam sit parabolæ scopus, et quo spectet arcanum ejus, ab illo qui eam composuit audiamus. Namque id ante nos nesciebant beati discipuli, qui Servatorem accedentes rogarunt, dicentes: «Quænam est hæc parabola?» — Sed videamus quænam sit causa ob quam semen in viis diripitur. Dura atque inarata quælibet fere via est, quia omnium pedibus teritur, nullumque iis semen committitur. Ergo quicunque mentem obduratam habent, nullum in eos ingreditur divinum sacrumve monitum, cujus beneficio læta virtutis germina possint oriri. Hujusmodi homines impuris spiritibus et ipsi Satanæ trita via sunt, nec unquam sanctorum fructuum fieri possunt altores, quia cor sterile habent et infecundum. Rursus alii sunt qui incuriose intra se retinent fidem, tanquam simplici suasione nixam. Hi non bene fundatam religionem habent: namque in ecclesias ingressi, lætantur multitudine congregatorum, et sacras res libenter participant; verumtamen haud cum serio judicio, **219** sed cum quadam voluntatis levitate. Mox ecclesiis egressos doctrinarum sacrarum statim capit oblivio. Et si quidem res Christianorum haud procella jactentur, fidem illi servant; sed persecutione grassante, fugitivam mentem gerunt. Quibus Jeremias propheta ait: «Sumite arma et scuta [54].» Profecto enim invictam habet manum servator Deus; atque, ut doctissimus Paulus: «Fidelis Deus, qui non patietur nos tentari supra id quod possumus, qui tentationem simul ejusque exitum dabit, ut sustinere possimus [55].»

Jam vero si quando acciua u. pro Christi religione pugnantes patiamur, tunc demum felicissimi usquequaque erimus. Nam sanctis apostolis Servator aiebat: «Ne terreamini ab his qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere,» et reliqua[56]. Quod quidem non verbis tantum, sed factis etiam nos docuit. Animam quippe suam pro nobis posuit, suoque sanguine universum mundum acquisivit. Haud ergo nostri arbitrii sumus, sed ejus potius qui nos emit servavitque, atque ei vitam nostram debemus. Namque, ut divus ait Paulus, propterea mortuus est Christus et revixit, ut mortuorum et vivorum sit dominus [57]. Videamus etiam quæ sint spinæ, quibus divinum suffocatur semen. Quid rursus ait Servator? Projicit quidem ipse semen, quod in recipientibus manens animabus, et jam pene se attollens, et semet ostendendi initium faciens, mundanis curis opprimitur, atque, ut ait Jeremias, fit manipulus efficiendæ farinæ ineptus [58]. «Novate ita-

[54] Jerem. XLVI, 3. [55] I Cor. X, 13. [56] Luc. XII, 4. [57] Rom. XIV, 9. [58] Imo, Osc. VIII, 7.

(1) Ita cod Num pro ἐναργής, vel potius ἐν ἀρχαῖς?

que vobis novalia, ait alius propheta, et in spinis ne seminetis [59]. » Ergo ut divinum in nobis germinet semen, mundanas sollicitudines mentibus nostris pellamus. — Sunt autem terra pinguis et frugifera, quæ centuplum fructum reddit, egregiæ bonæque animæ, quæ sermonis **220** semina penitus concipiunt retinentque, et strenue alunt. De his recte admodum dici potest, quod per unum de sanctis prophetis a Deo dictum fuit : « Et beatos vos dicent cunctæ gentes, quia facti estis vos terra desiderabilis [60]. » Cum enim in mentem, rebus quæ turbare solent purgatam, divinus aliquando sermo incidit, tunc altas radices agit, et spicæ instar erumpit, et bene fructificat.

A Ἰερεμίας (1), γίνεται δράγμα μὴ ἔχον ἰσχὺν τοῦ ποιῆσαι ἄλευρον. « Νεώσατε τοίνυν ἑαυτοῖς νεώματα, ἕτερος προφήτης φησὶ, καὶ μὴ σπείρητε ἐν ἀκάνθαις. » Οὐκοῦν ἵνα ὁ θεῖος ἡμῖν ἐξανθήσῃ σπόρος, προαποβάλωμεν τῆς ἑαυτῶν διανοίας μερίμνας κοσμικάς. — (A f. 123 b, B f. 78 b) Εἴη δ' ἂν γῆ πίων καὶ εὔτοκος, ποιοῦσα καρπὸν ἑκατονταπλασίονα, ψυχαὶ καλαί τε καὶ ἀγαθαὶ, εἰς βάθος δεχόμεναι τὰ τοῦ λόγου σπέρματα, καὶ κατέχουσαι, καὶ γενναίως τρέφουσαι. Περὶ τῶν τοιούτων ἂν λέγοιτο καὶ μάλα δικαίως, τὸ δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν εἰρημένον παρὰ Θεοῦ· « Καὶ μακαριοῦσιν ὑμᾶς πάντα τὰ ἔθνη, διότι ἐγένεσθε ὑμεῖς γῆ θελητή. » « Ὅταν γὰρ εἰς νοῦν καθαρὸν τῶν παρενοχλεῖν εἰωθότων θεῖος ποτὲ λόγος κατενεχθῇ, τότε δίδωσι ῥίζαν εἰς βάθος, καὶ ἀστάχυος δίκην ἐπιπηδᾷ, καὶ τελεσφορεῖται καλῶς.

Verumtamen commodum reor, iis qui utilia discere volunt, aliud quoque edisserere. Nam Matthæus hoc ipsum argumentum nobis narrans [61], bonam ait terram tribus diversis gradibus fructificasse. Alia enim, inquit, fecit centesimum, alia sexagesimum, alia denique tricesimum fructum. Videsis itaque quomodo tria dixit Christus fuisse detrimenta, et simul pari numero prosperitates. Nam quæ secus viam deciderunt semina, ab avibus direpta fuerunt. Quæ autem in petrosis locis germinarunt, paulo post exaruerunt. Quæ denique in spinis, ea suffocata fuerunt. Item terra optabilis triplici cum differentia fructus, ut dixi, parit, centum, sexaginta, triginta. Ut enim scribit sapientissimus Paulus, « unusquisque nostrum proprium habet Dei donum, alius sic, alius aliter [62]. » Non enim parem prorsus mensuram sanctorum hominum bona facinora habuisse comperimus. Verumtamen nos majora, et quæ humilioribus supereminent, æmulari opus est.

B Πλὴν ἐκεῖνο χρήσιμον οἶμαι χρηστομαθεῖν ἑλομένοις εἰπεῖν. Ὁ γάρ τοι Ματθαῖος αὐτὸ δὲ τουτὶ τὸ κεφάλαιον ἡμῖν ἐξηγούμενος, τὴν ἀγαθήν ἔφη γῆν ἐκδοῦναι καρποὺς ἐν τρισὶ διαφοραῖς. Ἡ μὲν γὰρ, φησὶν, ἐποίησεν ἑκατὸν, ἡ δὲ ἑξήκοντα, ἡ δὲ τριάκοντα. Ἄθρει δὴ οὖν ὅπως τρεῖς ἔφη Χριστὸς εἶναι τὰς βλάβας, καὶ ὁμοίως ἰσαρίθμους αὐταῖς τὰς εὐδοκιμήσεις. Τὰ μὲν γὰρ εἰς τὴν ὁδὸν πίπτοντα τῶν σπερμάτων, ὑπὸ πτηνῶν διαρπάζεται· τὰ δὲ ἐν ταῖς πετρώδεσιν ἐξανθήσαντα μόνον, οὐκ εἰς μακρὰν ξηραίνεται. Τὰ δὲ ταῖς ἀκάνθαις, ἐναποπνίγεται. Γῆ δὲ ἡ θελητὴ καρποὺς ἀποτίκτει, τοὺς ἐν τρισὶν, ὡς ἔφην, διαφοραῖς, ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα, καὶ τριάκοντα· ὡς γὰρ ὁ πάνσοφος γράφει Παῦλος, « Ἕκαστος ἡμῶν ἴδιον ἔχει χάρισμα ἐκ Θεοῦ, ὁ μὲν οὕτως, ὁ δὲ οὕτως. »
C Οὐ γὰρ ἐν ἴσῳ μέτρῳ πάντῃ τε καὶ πάντως τὰς τῶν ἁγίων εὐδοκιμήσεις γεγενημένας εὑρίσκομεν. Πλὴν ζηλοῦν ἀναγκαῖον τὰ μείζονά τε καὶ ὑπερκείμενα τῶν χθαμαλωτέρων.

V. 21. *Mater mea et fratres mei hi sunt qui verbum Dei audiunt et faciunt illud.*

*Μήτηρ μου καὶ ἀδελφοί μου οὗτοί εἰσιν οἱ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἀκούοντες καὶ ποιοῦντες αὐτόν.*

Qui in Mosaica lege dixit : « Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene sit tibi [63] ; » nobis vero præcepit ut inimicos etiam amemus ; num idem, inquam, parum erat de honoranda matre sollicitus, et erga fratres charitatem abjecerat? Minime gentium. Quid ergo docere vult? Eximie extollit charitatem erga homines qui suis voluerint legibus obtemperare ; summosque honores debere ipse nobis vult quasi matribus fratribusque. Si enim matrem fratresque **221** ejus esse dicit, qui audiunt verbum ejus et faciunt illud, quidni omnibus sit exploratum, eum peculiari et pretiosa prosequi dilectione sua eos qui asseclæ ipsius erant? Sic enim provocabat omnes, ut accederent, et sermonibus suis obsequi vellent.

(B f. 79 b) Ὁ διὰ τῆς Μωϋσέως νομοθεσίας εἰπὼν, « Τίμα τὴν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται· » ἡμῖν δὲ ἐπιτάξας καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾷν, ἆρα αὐτὸς ὠλιγώρει τῆς εἰς τὴν μητέρα τιμῆς, καὶ ἀπωθεῖται τὴν εἰς τοὺς ἀδελφοὺς ἀγάπην ; Οὐδαμῶς. Τί οὖν ἄρα διδάξαι βούλεται; Εἰς ὕψος αἴρει μέγα τὴν εἰς ἀνθρώπους ἀγάπην, οἵπερ ἂν ἐθέλοιεν τοῖς αὐτοῦ πείθεσθαι νόμοις· καὶ τὰς ἀνωτάτω τιμὰς ὀφείλειν ἡμῖν βούλεται, ὡς
D μητράσι καὶ ἀδελφοῖς. Εἰ γὰρ μητέρα καὶ ἀδελφοὺς αὐτοῦ εἶναί φησι τοὺς ἀκούοντας τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ποιοῦντας αὐτὸν, πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργὲς, ὡς ἐκκεκριμένην καὶ ἀξιόληπτον χαρίζεται τὴν ἀγάπην τοῖς ἑπομένοις αὐτῷ ; Οὕτω γὰρ ἦν πεῖσαι πάντας ἥκειν ἐπὶ τὸ βούλεσθαι τοῖς αὐτοῦ καταπείθεσθαι λόγοις.

V. 22. *Ipse ascendit in naviculam, et discipuli ejus.*

*Αὐτὸς ἀνέβη εἰς πλοῖον, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.*

[59] Jerem. IV, 3. [60] Malach. III, 12. [61] Matth. XIII, 23. [62] I Cor. VII, 7. [63] Deut. V, 16.

(1) Imo Oseas. Paria sphalmata alibi nos coarguimus. Et quidem mox vers. 22, *Matthæus* [illegible] pro *Marcus*.

(A f. 125 b, B f. 80, C f. 123 b) Διέπλει μὲν ὁμοῦ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις Χριστὸς τὴν Τιβεριάδα θάλασσαν ἤτοι λίμνην. Ἐγήγερται δὲ κατὰ τοῦ σκάφους ἀδόκητός τε καὶ ἀπηνὴς χειμὼν, καὶ ταῖς τῶν ἀνέμων ἐμβολαῖς ὑψοῦ τὸ κῦμα κυρτούμενον, τὸ τοῦ θανάτου δέος ἐνετίθει τοῖς μαθηταῖς· τεθορύβηνται γὰρ οὐ μετρίως, καί τοι τὸ θαλασσουργεῖν εἰδότες, καὶ κλύδωνος οὐκ ὄντες ἀπείρατοι. Ἐπειδὴ δὲ λοιπὸν τοῦ κινδύνου τὸ μέγεθος πρὸς ἀφόρητον αὐτοὺς ἐκάλει δειλίαν, ὡς ἑτέραν οὐκ ἔχοντες τοῦ σώζεσθαι τὴν ἐλπίδα, πλὴν ὅτι μόνον αὐτὸν τὸν τῶν δυνάμεων Κύριον, δῆλον δὲ ὅτι Χριστὸν, διανιστῶσι λέγοντες· «Ἐπιστάτα, σῶσον, ἀπολλύμεθα.» Καθευδῆσαι γὰρ αὐτὸν ὁ εὐαγγελιστής φησι· ὁ δὲ Μάρκος προστίθησιν ὅτι καὶ ἐν προσκεφαλαίῳ, δεικνύς τε τὸ ἄτυφον, καὶ πολλὴν ἐντεῦθεν ἡμᾶς παιδεύων φιλοσοφίαν. Οἰκονομικώτατα δέ μοι καὶ τοῦτο λίαν πεπρᾶχθαι δοκεῖ, ἵνα μὴ εὐθὺς ἀρξαμένου τοῦ κλύδωνος ἐπιπηδᾷν τῷ σκάφει, τὴν παρ' αὐτοῦ ζητῶσιν ἐπικουρίαν· ἀλλ' οἷον ἀκμάσαντος ἤδη τοῦ κακοῦ, ἐμφανεστέρα γένηται τῆς θεοπρεποῦς ἐξουσίας ἡ δύναμις, μαινομένην καθιστῶσα θάλασσαν, καὶ μεθιστῶσα πρὸς γαλήνην μεγάλην, ὡς μηδὲ ἴχνος ἐπιμεῖναι τῆς ταραχῆς. Εἰ γὰρ ἐγρηγορότος ἐγένετο, ἢ οὐκ ἂν ἐφοβήθησαν, ἢ οὐκ ἂν παρεκάλεσαν, ἢ οὐδ' ἂν ἐνόμισαν αὐτὸν δύνασθαί τι τοιοῦτον εἰπεῖν. Διὰ τοῦτο καθεύδει, διδοὺς καιρὸν τῇ δειλίᾳ, τρανοτέραν αὐτοῖς ποιῶν τῶν γινομένων τὴν αἴσθησιν. Οὐ γὰρ ὁμοίως τις ὁρᾷ τὰ ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις σώμασι γινόμενα, καὶ τὰ ἐν ἑαυτῷ. Ἐπεὶ οὖν πάντας εὐεργετηθέντας εἶδον, ἑαυτοὺς δὲ οὐδενὸς ἀπολελαυκότας, ὕπτιοί τε ἦσαν, ἔδει δὲ αὐτοὺς διὰ τῆς οἰκείας αἰσθήσεως ἀπολαῦσαι τῶν εὐεργεσιῶν, συγχωρεῖ τὸν χειμῶνα γυμνασίας ἕνεκεν, καὶ τὸ θορυβηθῆναι συμφερόντως ἐγίνετο, ὥστε μεῖζον φανῆναι τὸ θαῦμα, καὶ διηνεκῆ γενέσθαι τοῦ συμβάντος τὴν μνήμην. Προσδοκησάντων γὰρ ἀπόλλυσθαι πρότερον, τότε ἐσώθησαν, ἵνα ὁμολογήσαντες τὸν κίνδυνον, μάθωσι τοῦ θαύματος τὸ μέγεθος. Πλὴν, ὡς ἔφην, διανιστῶσι λέγοντες· «Σῶσον, ἀπολλύμεθα.» Ἐνταῦθα μοι βλέπε μετὰ πίστεως ὀλιγοπιστίαν· πιστεύουσι μὲν γὰρ ὅτι σῶσαι δύναται, ὡς δὲ ὀλιγόπιστοι, λέγουσιν ὅτι «Ἀπολλύμεθα.» Οὐ γὰρ ἦν ἐφικτὸν ἀπολέσθαι ποτὲ, συνόντος αὐτοῖς τοῦ πάντα ἰσχύοντος. —(A f. 126) Ἀλλ' ἐγήγερται παραχρῆμα Χριστὸς, ὁ πάντων ἔχων τὴν ἐξουσίαν, καὶ καθίστησι μὲν εὐθὺς τὸν κλύδωνα, συνέστειλε δὲ τὰς τῶν πνευμάτων ὁρμὰς, καὶ τὸν θόρυβον ἔπαυσε, καὶ δι' αὐτῶν ἔδειξε τῶν πραγμάτων ὅτι Θεός ἐστι. Λεγέσθω τοίνυν παρ' ἡμῶν τὸ ἐν βίβλῳ Ψαλμῶν· «Σὺ δεσπόζεις τοῦ κράτους τῆς θαλάσσης, καὶ τὸν σάλον τῶν κυμάτων αὐτῆς σὺ καταπραΰνεις.»

A Transfretabat una cum sanctis apostolis Christus Tiberiadis mare seu stagnum. Adorta est autem navim subita ac sæva tempestas, vique ventorum elatæ conglobatæque undæ mortis metum discipulis incutiebant. Non parum enim terrefacti erant, quanquam remigandi periti, neque tempestatum ignari. Quia igitur periculi magnitudo intolerandum jam faciebat timorem, cum alia nulla spes salutis reliqua esset, nisi ipse virtutum Dominus, id est Christus, hunc excitant dicentes: «Præceptor, salva nos, perimus:» Namque obdormisse illum ait hic evangelista; Marcus autem addit [64], quod etiam in cervicali jaceret, simul eum fastu alienum demonstrans, multamque hinc nos docens vitæ modestiam. Providentissime autem mihi accidisse videtur, quominus B statim incipiente procella opem ab eo peterent; ut malo jam veluti extremo, manifestior esset Deo dignæ potentiæ vis, furibundum cohibens mare, atque ad magnam tranquillitatem redigens, ita ut ne vestigium quidem turbationis maneret. Nam si tempestas vigilante Christo evenisset, vel non metuissent, vel precati non essent, vel ne existimassent quidem quidquam eum hujusmodi posse mandare. Propterea obdormit, timori tempus concedens, atque ipsis evidentiorem faciens rei gestæ sensum. Neque enim quisquam pari modo agnoscit quæ in alienis corporibus fiunt, et quæ in proprio. Nam quia cæteros omnes beneficiis affectos viderant, se vero nihil fruitos, et supino animo erant, oportebat- C que ipsos quoque beneficium aliquod experiri, tempestatem exercitii causa fieri annuit, terrorque utiliter **222** accidit, ut majus appareret miraculum, et perpetua fieret rei gestæ memoria. Nam qui antea perituros se putaverant, postea servati sunt; ut fatentes periculum, miraculi magnitudinem agnoscerent. Verum, prout dixi, ipsum excitant dicentes: «Salva nos, perimus.» Hic mecum animadverte fidem simul et ejusdem fidei infirmitatem. Credunt eum posse salvare, et tamen ut modica fide præditi dicunt: Perimus. Profecto enim fieri non poterat ut tunc perirent, cum ille aderat qui omnia potest. Evigilat itaque statim Christus, qui rerum omnium potestatem habet, tempestatemque protinus sistit, ventorum impetum cohibet, perturbationem D sedat, reque ipsa demonstrat se esse Deum. Dicatur itaque a nobis quod est in libro Psalmorum: «Tu dominaris potestati maris, motumque fluctuum ejus tu mitigas [65].»

Καταστήσας δὲ τὸν κλύδωνα τῆς θαλάσσης, καὶ χειμαζομένην ἅμα τῷ σκάφει τῶν ἁγίων μαθητῶν τὴν πίστιν μεθίστησι πρὸς τὸ ἀραρὸς, καὶ οἱονεὶ γαλήνην αὐτοῖς ἐνεργάζεται, τὰ τῆς ὀλιγοπιστίας περιστείλας κύματα. Καὶ μετὰ τοῦ χειμῶνος τῶν ὑδάτων, τὸν χειμῶνα τῆς ψυχῆς αὐτῶν λύει, ἐπιτιμῶν καὶ παιδεύων ὁμοῦ, ὡς τὸν φόβον οὐχ ἡ τῶν

Sedata maris procella, fluctuantem simul cum navicula sanctorum discipulorum fidem ad firmitatem convertit, ac serenitatem ipsis quodammodo efficit, modicæ fidei fluctus compescens. Atque ita cum undarum procella perturbationem animi illorum solvit, objurgans simul et docens, causam esse timoris non tentationum incursum, sed mentis infirmitatem. Dice-

[64] Marc. IV, 38. [65] Psal. LXXXVIII, 10.

bat itaque : « Ubinam vestra fides? » Alius autem evangelista ipsum dixisse narrat : « Cur timidi estis, modicæ fidei [66]? » Namque interdum mentem quoque constantem turbat incumbens subito mortis timor. Idcirco accesserunt aliquando ad Christum dicentes : « Adauge nobis fidem [67]. » A fidei perfectione desciscit, qui diffidentiæ culpa abripitur. Sicut enim aurum igne probatur, sic tentationibus fides. Verumtamen mens hominis infirma est, egetque prorsus superna manu, quo ingruentia mala perferre fortiter valeat. Idque nos Servator docebat cum diceret : « Sine me nihil potestis facere [68]. » Fatetur hoc sapientissimus quoque Paulus scribens : « Omnia possum in eo qui me confortat [69]. » Ergo repressa procella, **223** marique reddita quiete ac serenitate reducta, divinum mirantes prodigium discipuli, murmurabant inter se dicentes : « Quis est hic, qui ventis quoque sic imperat et aquis ut ei obediant? » Num ergo quia ipsum non noverant, verba, « Quis est hic? » inter se loquebantur? Atqui quidni hoc prorsus sit incredibile? Sciebant enim et Deum esse et Dei Filium Jesum, stupebant tamen hærentis ei potentiæ summatum, et gloriam divinitatis : cumque adhuc inter homines versaretur, et in carne cerneretur, dicunt ea verba : « Quis est hic? » nempe, quantus qualisque est hic, quantaque vi ac potestate pollet, quoniam ipsis imperat aquis ac vento, a quibus ei obtemperatur? Est enim hic imperativus nutus, Dominicale præceptum, non servilis precatio. Grande est hoc et audientibus utile miraculum : obedit scilicet creatura jubenti quodlibet Christo. Quin adeo ipsum increpationis modum cum digna Deo auctoritate peractum dicit Marcus. Ait enim dixisse mari Dominum : « Tace, obmutesce [70] : » Quæ verba comitatum est præceptum; mare autem fluctibus spumans, incarnatum Verbum audiit, et a sæviendo destitit, agnovitque illum qui se a mundi principio nutibus suis congregaverat, qui arenosum littus posuerat ei terminum quem non transgredietur [71].

Hæc omnia imago fuerunt rerum quæ postea discipulis evenerunt. Stagnum quippe Judea fuit, in qua vehemens commota est tempestas Judæorum adversus Christum. Turbati autem adeo sunt discipuli, ut etiam diffugerint. Sed enim ceu ex somno surrexit Servator, rursusque discipulis tranquillitas adfuit. Etenim iis apparens dixit : « Pax vobis [72]. » Alio etiam modo, maris figuram habet hic apud nos visibilis mundus, navis Ecclesia intelligetur, sanctos habens remiges, qui propterea quod fidem receperunt, præsentem semper habent Christum. At enim gravis interdum commovetur procella, ac plurimi calamitatum **224** sanctam navim circumstant fluctus, innumeræ æstuant tentationes,

A πειρασμῶν ἐργάζεται ἐπαγωγὴ, ἀλλὰ τὸ τῆς διανοίας ἀσθενές. Ἔφη γοῦν· « Ποῦ ἡ πίστις ὑμῶν; » Ὅ γε μὴν ἕτερος τῶν εὐαγγελιστῶν εἰπεῖν αὐτὸν διατείνεται· « Τί δειλοί ἐστε, ὀλιγόπιστοι; » Θορυβεῖ γὰρ ἔσθ' ὅτε καὶ τὸν εὖ βεβηκότα νοῦν, ἐπισκήψας ἀδοκήτως φόβος θανάτου. Διὰ τοῦτο προσῄεσάν ποτε λέγοντες τῷ Χριστῷ· « Πρόσθες ἡμῖν πίστιν. » Λείπεται τοῦ τελείου πρὸς πίστιν, ὁ τοῖς τῆς ὀλιγοπιστίας ἐγκλήμασιν ὑπενηνεγμένος. Ὥσπερ γὰρ ὁ χρυσὸς ἐν πυρὶ δοκιμάζεται, οὕτως καὶ πίστις ἐν πειρασμοῖς. Πλὴν ἀσθενὴς ὁ ἀνθρώπου νοῦς· δεῖται δὲ πάντως τῆς ἄνωθεν χειρὸς, εἰς τὸ δύνασθαι διενεγκεῖν ἀνδρείως τὰ παρεμπίπτοντα. Καὶ τοῦτο ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ ἐδίδασκεν, εἰπών· « Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. » Ὁμολογεῖ δὲ τοῦτο καὶ ὁ σοφώτατος B Παῦλος, γράφων· « Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. » Παυσαμένου δὲ τοῦ χειμῶνος, καὶ εἰς γαλήνην καὶ εὐδίαν, νεύματι Χριστοῦ, τῆς θαλάσσης μεταβληθείσης, καταπεπληγμένοι τὴν θεοσημείαν οἱ μαθηταὶ, παρεψιθύριζον ἀλλήλοις λέγοντες· « Τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐπιτάσσει, καὶ τῷ ὕδατι, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ; » Ἆρ' οὖν ὡς οὐκ εἰδότες αὐτὸν, τὸ, « Τίς οὗτός ἐστι; » παρηγόρευον ἀλλήλων; Εἶτα, πῶς οὐκ ἀπίθανον παντελῶς τὸ χρῆμά ἐστιν; Ἤδεσαν γὰρ ὄντα Θεὸν καὶ Υἱὸν Θεοῦ τὸν Ἰησοῦν, καταπληττόμενοι δὲ τῆς ἐνούσης αὐτῷ δυνάμεως τὴν ὑπερβολὴν, καὶ τὴν τῆς θεότητος δόξαν· καίτοι καθ' ἡμᾶς ὄντι τε καὶ ὁρωμένῳ κατὰ τὴν σάρκα, λέγουσι τό· « Τίς οὗτός ἐστιν· » ἀντὶ τοῦ, Πόσος καὶ οἷος, καὶ ἐν ὅσῃ δυνάμει καὶ C ἐξουσίᾳ, ὅτι καὶ αὐτοῖς ἐπιτάσσει τοῖς ὕδασι καὶ τῷ ἀνέμῳ, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ; Ἐπιτακτικὸν γάρ ἐστι τὸ ἔργον, Δεσποτικὴ πρόσταξις, καὶ οὐκ ἀξίωσις οἰκετική. Μέγα καὶ τοῦτο πρὸς θαῦμα καὶ ὄνησιν τοῖς ἀκροωμένοις· ὑπακούει γὰρ ἡ κτίσις οἷς ἂν ἐπιτάττειν βούλεται Χριστός. Ἀμέλει καὶ τὸν τῆς ἐπιτιμήσεως τρόπον ἐν ἐξουσίᾳ θεοπρεπεῖ γενέσθαι φησὶν ὁ Μάρκος. Ἔφη γὰρ εἰπεῖν τῇ θαλάσσῃ τὸν Κύριον· « Σιώπα, πεφίμωσο· » Καὶ ἅμα τῷ λόγῳ, ἠκολούθησε τὸ πρόσταγμα· καὶ ἡ θάλασσα ἐπαφρίζουσα τοῖς κύμασι, ἤκουσε τοῦ σαρκωθέντος Λόγου, καὶ πέπαυται τοῦ χειμῶνος, καὶ γινώσκει τὸν ἀπ' ἀρχῆς αὐτὴν συναγαγόντα προστάγματι, τὸν θέμενον ἄμμιον ὅριον αὐτῇ, ὃ οὐχ ὑπερβήσεται.

D (A f. 126) Καὶ τύπος τοῦ περὶ τοὺς μαθητὰς συμβάντος ὕστερον. Λίμνη γὰρ ἡ Ἰουδαία, περὶ ἣν κατέβη λαῖλαψ πολλὴ τῆς κατὰ τοῦ Χριστοῦ μανίας τῶν Ἰουδαίων· ἐταράχθησαν δὲ οἱ μαθηταὶ, ὥστε καὶ φυγεῖν. Ἀλλ' ὥσπερ ἐξ ὕπνου ἀνέστη ὁ Σωτὴρ, καὶ πάλιν οἱ μαθηταὶ ἐν γαλήνῃ. Ἐπιστὰς γὰρ αὐτοῖς, εἶπεν· « Εἰρήνη ὑμῖν. » Ἑτέρως δὲ, ἐν σχήματι θαλάσσης νοῦδε τοῦ καθ' ἡμᾶς νοουμένου κόσμου, σκάφος ἡ Ἐκκλησία νοηθήσεται, πλωτῆρας ἔχουσα τοὺς ἡγιασμένους, οἳ καὶ διὰ τοῦ καταδέξασθαι τὴν πίστιν, συνόντα διὰ παντὸς ἔχουσι τὸν Χριστόν. Ἀλλὰ καὶ δεινὸς ἔσθ' ὅτε χειμὼν καταῤῥήγνυται, καὶ μυρία περιστάσεων τοῦ ἁγίου σκάφους κατεξανίσταται κύματα, ἀναρίθμητοι δὲ ὥσπερ πα-

[66] Matth. viii, 26. [67] Luc. xvii, 5. [68] Joan. xv, 5. [69] Philipp. iv, 13. [70] Marc. iv, 39. [71] Psal. ciii, 9. [72] Luc. xxiv, 36.

φλάζουσι πειρασμοί, καὶ μὴν καὶ πνευμάτων πονηρῶν ἀγριότης ἐγκατασκήψασα, πρὸς αὐτὸ καταφέρει τοῦ θανάτου τὸ δεῖμα. Καὶ σύνεστι μὲν τοῖς ἑαυτοῦ γνωρίμοις Χριστός· διὰ δὲ τὸ πολλάκις ἐφεῖναι παθεῖν οἰκονομικῶς, ἀπομιμεῖσθαί πως δοκεῖ τὸν νυστάζοντα. Ὅταν τοίνυν ὑπέρμετρος ἀληθῶς, καὶ οὐκέτι τοῖς πλωτῆρσι φορητὸς ὁ θόρυβος ᾖ, καὶ πρὸς ἄκρον ἤδη τοῦ κακοῦ τὰ πρόβατα (1) βλέπῃ, τότε προσήκει βοᾷν μονονουχὶ λέγοντας· « Ἐξεγέρθητι, ἵνα τί ὑπνοῖς, Κύριε; » Ἀμελητὶ γὰρ διαναστήσεται, καὶ πάντα μὲν ἐκποδὼν ποιήσει φόβον· ἐπιτιμήσει δὲ τοῖς πειράζουσι, καὶ μεταστήσει τὸ πένθος εἰς εὐθυμίαν, εὐδίαν ἁπλώσας τὴν ἁπαλὴν καὶ ἀκύμονα· περιόψεται γὰρ οὐδαμῶς τοὺς ἐπ' αὐτῷ πεποιθότας.

*Κατέπλευσαν εἰς τὴν χώραν τῶν Γεργεσηνῶν*, κ. τ. λ.

(A f. 127, B f. 80 b, C f. 124) Προσωρμίσθη ὁ Σωτὴρ τῇ Γεργεσηνῶν, ὁμοῦ τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς· Εἶτά τις ὑπήντησεν ἀνὴρ, ὃς ἦν ἐνδιαίτημα πολλῶν καὶ ἀκαθάρτων πνευμάτων, ἔξω καὶ νοῦ καὶ φρενὸς ὑπάρχων, καὶ οὐδὲν ἀπεοικὼς τῶν τεθνεώτων ἤδη καὶ ἐν γῇ κειμένων· μᾶλλον δὲ τάχα που καὶ ἐν τοῖς ἔτι χείροσι· γυμνὸς γὰρ τὰ τῶν τεθνεώτων μνήματα περιφοιτῶν, τῆς τῶν δαιμονίων ἀπανθρωπίας ἀπόδειξις ἦν. Ἐφίησι γάρ τινας οἰκονομικῶς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ὑπ' αὐτοῖς γίνεσθαι, οὐχ ἵνα πάθωσι μᾶλλον, ἀλλ' ἵν' ἡμεῖς δι' αὐτῶν μάθωμεν ὁποῖοί τινές εἰσιν ἐκεῖνοι περὶ ἡμᾶς, οὕτω τε παραιτώμεθα τὸ ὑποκεῖσθαι θέλειν αὐτοῖς· ἑνὸς γοῦν πεπονθότος, οἰκοδομοῦνται πολλοί. — Ὁ Γεργεσηνὸς, ἤγουν ἡ ἐν αὐτῷ λανθάνουσα τῶν δαιμονίων ἀγέλη, προσέπιπτε τῷ Χριστῷ, καὶ ταῦτα ἐβόα· « Τί ἐμοὶ καὶ σοί, Ἰησοῦ Υἱὲ τοῦ Θεοῦ; » κ. τ. λ. Καί μοι ἐνταῦθα βλέπε, θάρσει πολλῷ καὶ ἀπονοίᾳ συμπεπλεγμένην δειλίαν· δεῖγμα μὲν γὰρ ἀπονοίας διαβολικῆς, τὸ τολμῆσαι λέγειν· « Τί ἐμοὶ καὶ σοί, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ; » Δειλίας δὲ, τὸ δέεσθαι ἵνα μὴ βασανισθῇ. Ἀλλὰ γὰρ εἰ οἶδας ὅλως αὐτὸν Υἱὸν ὄντα τοῦ ὑψίστου Θεοῦ, ὁμολογεῖς ὅτι Θεός ἐστιν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς. Εἶτα πῶς τὰ μὴ σὰ, μᾶλλον δὲ τὰ αὐτοῦ, διαρπάζεις; Εἶτα λέγεις· « Τί ἐμοὶ καὶ σοί; » Καὶ τίς ἀνέξεται τῶν ἐπὶ γῆς βασιλέων μέχρι παντὸς ἀνεῖναι Βαρβάροις τοὺς ὑπὸ σκῆπτρα κειμένους; Τὰς σαυτῷ πρεπούσας ἐρεύγου φωνάς· αὗται δέ εἰσιν ἐν τῷ, Δέομαί σου, μή με βασανίσῃς. Καὶ ἄθρει δή μοι πάλιν τὴν ἀπαράβλητον δόξαν τοῦ πάντων ἐπέκεινα, φημὶ δὴ Χριστοῦ τὴν ἀκαταγώνιστον ἰσχύν. Συντρίβει τὸν Σατανᾶν, ἐθελήσας μόνον τοῦτο παθεῖν αὐτόν. Πῦρ αὐτῷ καὶ φλόγες εἰσὶ τὰ Χριστοῦ ῥήματα. Ἀληθὲς οὖν ὅτι, καθά φησιν ὁ μακάριος Ψαλμῳδὸς, « Τὰ ὄρη ἐτάκησαν ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ. » Ὄρεσι γὰρ τὰς ὑψηλὰς καὶ ὑπερηφάνους παρεικάζει δυνάμεις πονηρὰς δηλονότι. Πλὴν ὡς πυρὶ προσβαλοῦσαι τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δυνάμει τε καὶ ἐξουσίᾳ κατατήκονται κηροῦ δίκην.

A et impurorum spirituum sævitia incumbens, ad usque mortis terrorem compellit. Attamen familiaribus suis adest Christus; et dum sæpe illos prudente consilio pati sinit, imitari videtur dormitantem. Cum itaque vere summa fuerit remigibusque intoleranda procella, et cum in extremum plane discrimen (Christi) oves venerint; tunc nos oportet clamare, sic fere dicentes: « Expergiscere, quare obdormis, Domine? » Sine mora enim exsurget, omnemque depellet timorem, tentatores objurgabit, et luctum convertet in gaudium, serenitatem explicans nitidam et imperturbatam. Neque enim confidentes ei prorsus despiciet.

B V. 26. *Navigaverunt ad regionem Gergesenorum*, etc.

Navim appulit Servator cum sanctis discipulis ad regionem Gergesenorum. Mox ibi occurrit vir, qui multorum spirituum impurorum domicilium erat, mente quoque et intellectu captus, nihil a mortuis et sub terra conditis differens, imo et pejore conditione utens; nudus enim mortuorum monumenta circumiens, dæmonum crudelitatis spectaculum erat. Nam aliquos sub horum potestatem decidere sinit universalis Deus, non tam ut hi patiantur, quam ut nos discamus quo ingenio sint dæmones adversus nos, atque ita nolimus iis subesse: namque uno patiente, erudiuntur multi. — Gergesenus, seu latens in ipso dæmonum grex, ante Christum
C procidit atque ita exclamabat: « Quid mihi et tibi, Jesu Fili Dei? » etc. Hic mecum animadverte, multæ audaciæ ac vesaniæ mistum timorem. Quippe indicium diabolicæ vesaniæ est, quod dicere audet: « Quid mihi et tibi est, Fili Dei? » Timoris autem, quod obsecrat ne torqueatur. Atqui si omnino scis hunc esse altissimi Dei Filium, confiteris Deum esse cœli ac terræ et omnium quæ in his sunt. Cur ergo quæ tua non sunt, **225** imo aliena diripis? Deinde ais, « Quid mihi et tibi? » Nemo certe terrenorum regum homines sceptro suo suppositos Barbaris in perpetuum permittit. Verba tibi congrua fare. Sunt autem hæc: Rogo te, ne me torqueas. Et videsis incomparabilem dignitatem ejus qui supra omnes est, id est Christi invictam poten-
D tiam. Satanam conterit, ut id tantum patiatur volens. Ignis loco flammæque diabolo sunt Christi verba. Vere itaque dixit Psalmista: « Montes extabuerunt a facie Dei [78]. » Nam montibus comparat excelsas superbasque potentias, improbas illas videlicet. Verum hæ, tanquam igni admotæ, Servatoris nostri virtuti atque potentiæ, ceræ instar liquefiunt.

(A f. 127) Ἠρώτα Χριστὸς, καὶ προστέταχεν εἰ-

Sciscitatus est Jesus, jussitque edicere nomen

[78] Psal. XCVI, 5.

(1) Ita cod. Num erat scribendum πραγματα, res?

suum. Num quia ignoraret interrogavit, atque ut unus de nobis volebat id cognoscere? Quidni vero prorsus sit fatuum quidquam hujusmodi dicere vel cogitare? Cuncta enim scit utpote Deus, et cor scrutatur ac renes. Prudente consilio interrogavit, ut cognoscamus magnam dæmonum multitudinem unam hominis animam possedisse. Nam quia Dominus noverat magnum esse dæmonum illic habitantium numerum; spectatores autem unum cernebant hominem, unamque vocem emissam audiebant, ait Christus: «Dic, quod est tibi nomen;» ne si forte ipsemet dixisset multos illic esse, haud ei crederetur. Ipsos itaque fateri vult multitudinem suam.

V. 31. *Et rogabat eum, ne juberet*, etc.

Nam quia alii jam in abyssum præmissi fuerant, reliqui idem sibi timebant (1).

V. 31. *Rogabant eum ut permitterent sibi in illos (porcos) ingredi.*

Impurorum spirituum grex postulavit sibi parem porcorum gregem. Annuit vero dispensativo consilio Christus, quanquam quid ab ipsis eventurum foret non ignorabat. Rei copiam ipsis concessit, ut hoc **226** etiam cum cæteris nobis fieret utilitatis argumentum et tutelæ spes. Petunt in porcos potestatem, nempe quia non habebant. Jam vero qui adeo parvæ vilisque rei dominio non potiebantur, quomodo cuiquam nocebunt cui Christi sigillum receperit, in eoque spem suam collocaverit? Illud insuper præter cætera discere licet, nempe ex iis quæ porcorum gregi acciderunt, scelestos dæmones esse noxios, et suis subditis mala moliri. Res patet evidentissime ex porcorum præcipitio et in aquis suffocatione. Propterea petentibus illis indulsit Christus, ut ex rei eventu nos discamus cujusmodi sint dæmones, crudeles scilicet atque ferini (2).

V. 45. *Ait Jesus: Quis me tetigit?*

Mira ac subita res ab eo non ignorabatur, etsi qui omnia novit Servator, tanquam ignarus interrogat, aitque: «Quis me tetigit?» Sanctis autem apostolis non inepte respondentibus, «En turbæ te comprimunt et affligunt,» quod maximum erat indicium eum veram gerere carnem, et omni fastu abhorrere, non enim eum procul sequebantur, sed undique circumsistebant; ipse, inquam, rem actam in medium profert, substititque dicens: «Vere aliquis me tetigit; etenim ego novi virtutem de me exiisse.» Quod quidem pro ruditate audientium ita locutus est. Num ergo ob gloriæ cupiditatem noluit Dominus latere divinæ suæ efficaciæ demonstrationem? Minime hoc dicimus. Cur enim id ageret, qui multoties tacere jussit? Illud potius consendum est, nempe ubique propositam fuisse ei

A πεῖν τί τὸ ὄνομα αὐτῷ. Ἆρ' οὖν οὐκ εἰδὼς ἤρετο, καὶ ὡς εἷς τῶν καθ' ἡμᾶς ἐζήτει μαθεῖν; Καίτοι πῶς οὐκ ἀσύνετον παντελῶς τὸ φράσαι τι τοιοῦτον ἢ νοεῖν; Πάντα γὰρ οἶδεν ὡς Θεὸς, καὶ καρδίαν ἐξετάζει καὶ νεφρούς. Ἤρετο οἰκονομικῶς, ἵνα μάθωμεν ὅτι πολλὴ δαιμονίων πληθὺς μίαν ἀνθρώπου ψυχὴν κατενείματο. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Κύριος ᾔδει τὸ πλῆθος τῶν ἐνοικούντων δαιμόνων, οἱ δὲ ὁρῶντες, ἕνα μὲν ἄνδρα ἔβλεπον, μιᾶς δὲ προφερομένης φωνῆς ἤκουον, λέγει· «Εἰπὲ, τί ὄνομά σοι·» ἵνα μὴ αὐτὸς εἰπὼν ὅτι· Πολλοί εἰσιν, ἀπιστηθῇ, ἀλλ' αὐτοὶ ὁμολογήσωσιν ὅτι πολλοὶ τυγχάνουσι.

*Καὶ παρεκάλει αὐτὸν ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ*, κ. τ. λ.

B (B f. 82 b) Ὡς γὰρ ἑτέρων ἤδη προαπεσταλμένων, οἱ καταλειφθέντες τὸ χρῆμα ἐπεφρίκεσαν.

*Παρεκάλουν αὐτὸν ἵνα ἐπιτρέψῃ αὐτοῖς εἰς ἐκείνους εἰσελθεῖν.*

(A f. 127 b) Ἤτησέ γε μὴν ἡ τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων ἀγέλη τὴν ἴσην τε καὶ ὁμοίαν ἑαυτῇ τῶν χοίρων ἀγέλην. Κατένευσε δὲ Χριστὸς οἰκονομικῶς, καίτοι τὸ παρ' αὐτῶν ἐσόμενον οὐκ ἠγνοηκώς. Δέδωκε γὰρ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῖς, ἵνα ἡμῖν γένηται καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων, ὠφελείας πρόφασις καὶ ἀσφαλείας ἐλπίς. Αἰτοῦσι γὰρ χοίρων τὴν ἐξουσίαν, ὡς οὐκ ἔχοντες δηλονότι· οἱ δὲ τῶν οὕτω μικρῶν καὶ εὐτελεστάτων οὐκ ἔχοντες ἐξουσίαν, πῶς ἂν ἀδικήσειάν τινα τῶν ἐσφραγισμένων παρὰ Χριστοῦ, καὶ τῆς εἰς
C αὐτὸν ἐλπίδος ἀνηρτημένων; Καὶ μὴν καὶ τοῦτο πρὸς τούτοις ἔξεστι μαθεῖν, ὡς ἀπό γε τοῦ συμβεβηκότος τῇ τῶν χοίρων ἀγέλῃ, ὅτι εἰσὶν οἱ ἀλιτήριοι δαίμονες κακοὶ, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῖς γενομένων ἐπίβουλοι. Τοῦτο γὰρ ἐκδείξειεν ἂν καὶ μάλα σαφῶς τὸ καταχρημνίσαι τοὺς χοίρους, ἐναποπνίξαι τε τοῖς ὕδασι. Καὶ διὰ τοῦτο κατένευσεν αἰτοῦσιν αὐτοῖς ὁ Χριστὸς, ἵνα ἐκ τοῦ συμβεβηκότος μάθωμεν ἡμεῖς ὁποῖοί τινές εἰσιν, ὡς ἀπηνεῖς τε καὶ θηριώδεις.

*Εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· Τίς ὁ ἀψάμενός μου;*

(A f. 130) Οὐκ ἠγνοήθη δὲ τὸ παράδοξον, καίτοι γὰρ πάντα εἰδὼς ὁ Σωτὴρ, ὡς μὴ εἰδὼς ἐρωτᾷ, καί φησι· «Τίς ὁ ἀψάμενός μου;» Οὐκ ἀπιθάνως δὲ τῶν ἁγίων ἀποστόλων εἰπόντων, ὅτι «Οἱ ὄχλοι συνέχουσί σε καὶ ἀποθλίβουσιν,» ὃ μέγιστον ἦν σημεῖον
D τοῦ καὶ σάρκα αὐτὸν ἀληθῆ περικεῖσθαι, καὶ πάντα τῦφον καταπατεῖν, οὐδὲ γὰρ πόῤῥωθεν εἵποντο, ἀλλὰ συνεῖχον αὐτὸν πάντοθεν· αὐτὸς τὸ πραχθὲν εἰς μέσον συνάγει, καὶ ἐπέμενε λέγων, ὅτι «Ἥψατό μού τις· ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ·» πρὸς τὴν ὑπόνοιαν τῶν ἀκουόντων παχύτερον ἀποκρινόμενος. Ἆρ' οὖν φιλοδόξως ὁ Κύριος οὐκ ἀφῆκε λαθεῖν τῆς θεοπρεποῦς ἐνεργείας τὴν ἔνδειξιν, ἤτοι τὸ συμβαῖνον ἐπὶ τῷ γυναίῳ παράδοξον; Οὐ τοῦτό φαμεν· πῶς γὰρ, ὁ κελεύων σιγᾷν πολλαχοῦ; Ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον· βλέπει γὰρ εἰς ὄνησιν πανταχοῦ

(1) Addit vel præponit D. Thomas in catena. «CYRILLUS. Hinc autem palam est, quod æmulæ catervæ a majestatis divinæ ineffabili potentia Salvatoris detrudebantur ad inferna.»

(2) Apud D. Thomam pergit «CYRILLUS. Erat enim necessarium ostendere, Filium Dei providentiam rerum habere non minus quam Pater, ut æqualitatis decor in utroque appareat.»

τῶν καλουμένων εἰς τὴν διὰ πίστεως χάριν· οὐκοῦν πολλοὺς μὲν ἠδίκησεν ἀγνοηθὲν τὸ σημεῖον· γεγονὸς δὲ γνώριμον, ὠφέλησεν οὐ μετρίως, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τὸν ἄρχοντα τῆς συναγωγῆς. Ἀσφαλεστέραν γὰρ ἐτίθει τὴν τοῦ προσδοκηθέντος ἐλπίδα· καὶ ἀραρότως ἐδίδου θαῤῥεῖν, ὅτι καὶ τῶν τοῦ θανάτου βρόχων ἐξαρπάσει Χριστὸς τὸ θυγάτριον αὐτοῦ. — (A f. 130 b) Οὐ γὰρ ἐξῆν τοῖς μὴ καθαροῖς, ἢ ἅψασθαί τινος τῶν ἁγίων, ἢ ἐγγὺς γενέσθαι ἀνδρὸς ἱεροῦ. Πεπληροφορήμεθα τοίνυν ὡς Θεὸς ἀληθινός ἐστιν ὁ Ἐμμανουὴλ, καὶ ἀπό γε τοῦ παραδόξως ἐνηργημένου, καὶ ἐξ ὧν ἔφη θεοπρεπῶς· « Ἐγὼ γὰρ καὶ ἔγνων, φησὶ, δύναμιν ἐξεληλυθυῖαν ἀπ' ἐμοῦ. » Ἔστι δὲ μέτρων ἐπέκεινα τῶν καθ' ἡμᾶς, ἢ τάχα που καὶ ἀγγελικῶν, τὸ δύνασθαι δύναμιν ἐκπέμψαι τινὰ, καὶ ὡς ἀπό γε τῆς ἰδίας φύσεως, τουτέστιν ἀφ' ἑαυτῶν. Πρέπει δὲ μόνῃ τὸ χρῆμα τῇ πάντων ἐπέκεινα καὶ ἀνωτάτω φύσει· οὐδὲν γὰρ τῶν ἐν τοῖς κτίσμασι φέρει τινὰ δύναμιν ἰατρικὴν, ἢ γοῦν ἑτέραν τινὰ ἰδίαν, ἀλλὰ θεόσδοτον.

*Καὶ ἐπέστρεψε τὸ πνεῦμα αὐτῆς, καὶ ἀνέστη παραχρῆμα.*

(H f. 30) Πλὴν (1) ἀλλὰ τοιαύτη μὲν ἡ τοῦ θαύματος ἱστορία· χρὴ δὲ ἴσως καὶ ἰσχνότερον αὐτὴν θεωρῆσαι καὶ ὑψηλότερον. Οἱ μὲν οὖν ἁπλούστεροι θαυμαζέτωσαν τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ κατὰ ταῦτα· οἰκοδομεῖ γὰρ καὶ σωματικῶς νοούμενα· οἱ δὲ δυνάμενοι διαβαίνειν ἐπὶ τὸ βλέπειν ὅτι καὶ ταῦτα τυπικῶς συνέβαινεν ἐκείνοις, ἐγράφη δὲ δι' ἡμᾶς, εὐξάμενοι τῷ Θεῷ, αἰτήσωμεν λόγον ἐλθεῖν τὸν σαφηνίζοντα καὶ ταῦτα· πῶς ὁ Ἰησοῦς πρὸς ἀρχισυναγώγου θυγατέρα προηγουμένως ἀπῄει, οὐ πρὸς τὴν αἱμοῤῥοοῦσαν, καὶ ἐν τῇ ὁδῷ αὐτῷ ἀπαντῶσαν· καὶ ὅτι προηγουμένως ἀπιόντος αὐτοῦ πρὸς ἐκείνην, πρώτη αὐτὴ θεραπεύεται. Ἦλθε γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ προηγουμένως εἰς τὴν Ἰουδαίων Συναγωγὴν, καὶ εὗρεν αὐτὴν νοσοῦσαν καὶ ἀποθανοῦσαν. Τὰ γὰρ παραπτώματα τοῦ Ἰσραὴλ πεποίηκεν αὐτὴν ἀποθανεῖν· ἡ δὲ αἱμοῤῥοοῦσα ἡ ἐν τῇ ὁδῷ, ἡ ἀκαθαρσίας πεπληρωμένη, ἡ ῥέουσα οὐκ ἐν καιρῷ ἀφέδρου, ἀλλ' ἀεὶ αἱμοῤῥοοῦσα, αὐτὴ πρὸ ἐκείνης πιστεύει τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἐκεῖ μὲν οὗτος ἀπέρχεται, αὐτὴ δὲ κἂν τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου ἅψασθαι θέλει. Ὁ δὲ Λουκᾶς, ὃ μὴ εἶπε Ματθαῖος, προσέθηκεν ὅτι δωδεκαετὴς ἦν ἡ τοῦ ἀρχισυναγώγου θυγάτηρ. Καὶ ἡ αἱμοῤῥοοῦσα δώδεκα ἔτη εἶχεν αἱμοῤῥοοῦσα· οὐκοῦν ἅμα τῇ γενέσει ἐκείνης, αὕτη αἱμοῤῥοεῖ. Ἐν ἀπαθείᾳ γάρ ἐστιν ἐκείνη ὅσον χρόνον ζῇ ἡ Συναγωγὴ, καὶ ὁ αὐτὸς ὅρος τοῦ χρόνου τοῦ τέλους ἐκείνης, καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς σωτηρίας ταύτης ἐστί. Δώδεκα ἐτῶν ἐκείνη ἀποθνήσκει, καὶ δώδεκα ἐτῶν τοῦ πάθους αὕτη πιστεύσασα θεραπεύεται, ἥτις οὐκ ἴσχυσεν ὑπ' οὐδενὸς τῶν ἰατρῶν θεραπευθῆναι.

A utilitatem illorum qui per fidem ad gratiam vocati erant. Multis reapse nocumento fuisset miraculi ejus ignoratio; quod contra palam factum non parum profuit, atque in primis principi Synagogæ. Id enim spem tutiorem exspectanti injecit, firmamque fiduciam contulit, fore ut ejus filiolam de mortis laqueis expediret. — Non enim licebat **227** immundis vel rem sanctam tangere, vel ad sacrum quemvis virum accedere. Persuasum ergo fuit nobis, Deum verum esse Emmanuelem, tum insperato prodigii effectu, tum etiam ejus verbis Deo dignis. « Ego enim, inquit, novi virtutem de me exiisse. » Est autem supra nostram conditionem, et fortasse angelorum etiam vim excedit, ut virtutem aliquis de se possit emittere, tanquam ex propria natura,
B id est se ipso. Id autem uni congruit supremæ naturæ atque altissimæ : neque ulla creatura medicam vim in se gerit, aut aliam quamlibet propriam, sed a Deo tantum concessam.

V. 55. *Et reversus est spiritus ejus, et surrexit continuo.*

Talis utique est miraculi historia. Sed enim fortasse oportet aliquanto subtilius et sublimius hanc ipsam considerare. Itaque simpliciores quidem Dei magnalia mirentur secundum prædicta; quæ etiam materialiter intellecta ædificant. Verum nos qui transcendere possumus ad contemplandum, quod hæc in figura illis contingebant, et nostri gratia
C scripta fuerunt [74], Deum invocantes petamus ut nobis sermo suppetat qui et hanc partem illustrare queat; quomodo scilicet Jesus ad archisynagogi filiam recto itinere abierit, non autem ad hæmorrhoissam, quæ ei in via occurrit; et tamen quamvis recta ad illam pergeret, nihilominus prior hæc sanata fuerit. Venit enim Dei Filius principaliter ad Judæorum Synagogam, invenitque eam languentem, imo mortuam. Namque Israelitarum peccata illam exstinxerant. At vero hæmorrhoissa quæ in via erat, immunditia scatens, fluxum præter tempus patiens in naturalibus, ipsa ante illam credit Filio Dei. Et Jesus quidem illuc abibat, ipsa autem vestimenti ejus fimbriam vult attingere. Porro **228** Lucas quod non dixerat Matthæus, addidit
D duodennem fuisse archisynagogi filiam. Et hæmorrhoissa pariter jam a duodecim annis fluxum patiebatur. Ergo inde a tempore quo illa nata, hæc sanguine fluebat. Namque illa nihil passa est, quandiu Synagoga vixit, idemque terminus temporis interitus illius, et initii salutis istius. Duodennis illa moritur, et duodecimo morbi anno hæc propter fidem suam sanatur, quæ a nullo medico impetrare salutem potuerat. Nam multi medici

[74] I Cor. x, 2.

(1) Totum hoc fragmentum mihi occurrit tantummodo in codice H. f. 30, sub utroque nomine Cyrilli atque Origenis, qui mos interdum catenarum est. Et quidem ex codice Veneto jam dederat auctor appendicis Galland. *Bibl.* t. XIV, p. 95. Corderius quoque in sua Lat. cat. habet sub Cyrilli et Geometræ nominibus.

ethnicos a se sanatum iri promiserant. Si quidem philosophos observaveris veritatem profitentes, hi medici sunt, qui sanare nituntur. Sed enim ipsa omni re sua consumpta, a nemine medicorum sanari potuit; donec Jesu fimbriam cum fide tangens valetudinem recuperavit. Si consideremus nostram in Christum Jesum fidem, et reputemus qualis quantusque sit Filius Dei, et quidnam ejus tetigerimus, videbimus quod præ tot quæ sunt in eo fimbriis, unam fimbriam contigimus: et tamen vel una hæc fimbria nos sanat, facitque ut a Jesu audiamus: « Filia, fides tua salvam te fecit. » Et postquam nos sanati fuerimus, filia quoque archisynagogi resurget. « Quando enim plenitudo gentium intraverit, tunc universus Israel salvabitur[75]. »

## CAP. IX.

V. 1. *Dedit illis virtutem et potestatem super omnia dæmonia, et ut languores curarent.*

Vere dicitur, bonorum laborum fructus gloriosus. Namque eos, qui sanctam et immaculatam, quoad hominibus datum est, degere vo'unt vitam, donis suis Christus illustrat, uberemque illis bonorum operum, prout Deo dignum est, retributionem largitur, gloriæque suæ participes facit. Accipe rei hujus perpicuam evidentemque demonstrationem, sanctos apostolos. Cerne illos illustrissimos factos, et plus quam humana gloria exornatos, hanc eis largiente præter alia dona Christo. « Dedit enim illis, inquit evangelista, virtutem ac **229** potestatem super omnia dæmonia, et ut languores curarent. » Et rursus animadverte, humanatum Dei Verbum humanitatis mensuram excedere, et deitatis dignitate fulgere. Superat enim humanæ naturæ fines ut aliquis, quibus vult, adversus impuros spiritus det potestatem. Morbis item liberandi implicitos,. solius Dei potentia est. Nam supremæ naturæ excelsitas et majestas nemini exsistenti naturaliter inest, nisi ipsi uni. Digna itaque admiratione est quæ sanctis apostolis gratia data fuit. Excedit autem laudem quamlibet atque admirationem, dantis liberalitas; suam quippe ipsis, ut dixi, gloriam largitur. Homo potestatem adversus malos spiritus accipit, elatamque adeo superbiam, diaboli, inquam, prosternit. Quanquam hic aliquando dixerat: « Universum orbem manu mea nidi instar capiam, et ut ova derelicta sumam, nec me quisquam effugiet aut mihi resistet[76]. » Verumtamen a veritate longe aberravit, et spe sua falsus est superbus ille et audax, et qui omnium debilitate gaudebat. Opposuit enim illi sacræ prædicationis ministros, virtutum Dominus. Atque hoc scilicet per unum de sanctis prophetis prædictum fuerat, de Satana videlicet et de sanctis doctoribus, quod « subito exsurgent qui illum mordeant, et evigilabunt adversarii tui, fiesque illis in prædam[77]. »

Πολλοὶ γὰρ ἰατροὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ὑπέσχοντο θεραπεῦσαι. Ἐὰν ἴδῃς τοὺς φιλοσοφοῦντας ἐπαγγελλομένους ἀλήθειαν, ἰατροί εἰσι θεραπεῦσαι πειρώμενοι. Ἀλλ' αὐτὴ δαπανήσασα τὰ παρ' ἑαυτῆς πάντα, οὐκ ἴσχυσεν ὑπ' οὐδενὸς τῶν ἰατρῶν θεραπευθῆναι· ἥψατο δὲ τοῦ κρασπέδου τοῦ Ἰησοῦ διὰ πίστεως, καὶ ἰάθη. Ἐὰν ἴδωμεν τὴν πίστιν ἡμῶν τὴν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, καὶ νοήσωμεν πηλίκος ἐστὶν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ τίνος ἡψάμεθα αὐτοῦ, ὀψόμεθα ὅτι πρὸς σύγκρισιν τῶν ἐν αὐτῷ κρασπέδων, κρασπέδου ἡψάμεθα· ἀλλ' ὅμως τὸ κράσπεδον θεραπεύει ἡμᾶς, καὶ ποιεῖ ἀκούειν ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ· « Θύγατερ, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. » Καὶ ἐὰν θεραπευθῶμεν, καὶ ἡ θυγάτηρ ἀναστήσεται τοῦ ἀρχισυναγώγου. « Ὅταν γὰρ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται. »

## ΚΕΦΑΛ. Θ'.

*Ἔδωκεν αὐτοῖς δύναμιν καὶ ἐξουσίαν ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια, καὶ νόσους θεραπεύειν.*

(A f. 132, B f. 88, C f. 125 b, D f. 34 b) Ἀληθὲς εἰπεῖν, ὅτι πόνων ἀγαθῶν ὁ καρπὸς εὐκλεής. Τοὺς γάρ τοι τὴν πάναγνον καὶ ἀβέβηλον, κατά γε τὸ ἀνθρώποις ἐγχωροῦν κατορθοῦν ἐθέλοντας ζωὴν, τοῖς παρ' ἑαυτοῦ χαρίσμασι καταφαιδρύνει Χριστὸς, καὶ πλουσίαν αὐτοῖς τῶν κατωρθωμένων ἁγιοπρεπῶς χαρίζεται τὴν ἀντέκτισιν, καὶ δόξης αὐτοὺς τῆς ἰδίας καθίστησι κοινωνούς. Δέχου τοῦ πράγματος ἀπόδειξιν σαφῆ τε καὶ ἐναργῆ, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους. Ὅρα γεγονότας ἐκπρεπεστάτους, καὶ τῇ ὑπὲρ ἄνθρωπον δόξῃ κατεστεμμένους, νέμοντος αὐτοῖς μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο Χριστοῦ· « Δέδωκε γὰρ αὐτοῖς, φησὶ, δύναμιν καὶ ἐξουσίαν ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια, καὶ νόσους θεραπεύειν. » Ἀλλ' ὅρα πάλιν τὸν ἐνανθρωπήσαντα τοῦ Θεοῦ Λόγον, τὸ τῆς ἀνθρωπότητος ὑπερτρέχοντα μέτρον, καὶ τοῖς τῆς θεότητος ἀξιώμασι διαπρέποντα· ἐπέκεινα γὰρ τῶν τῆς ἀνθρωπότητος μέτρων, τὸ διδόναι κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων οἷς ἂν βούληται τὴν ἐξουσίαν, καὶ μὴν καὶ τὸ δύνασθαι νοσημάτων ἐλευθεροῦν τοὺς ἐνειλημμένους, καὶ μόνου Θεοῦ· ἡ γὰρ τῆς ἀνωτάτω φύσεως ὑπεροχή τε καὶ δόξα οὐδενὶ τῶν ὄντων ἔνεστι φυσικῶς, πλὴν ὅτι αὐτῷ τε καὶ μόνῳ. Ἀξία τοίνυν θαύματος ἡ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἐκνεμηθεῖσα χάρις· ἐπέκεινα δὲ παντὸς ἐπαίνου καὶ θαύματος, ἡ τοῦ νέμοντος ἀφθονία· τὴν ἑαυτοῦ γὰρ αὐτοῖς, ὡς ἔφην, χαρίζεται δόξαν. Ἄνθρωπος ἐξουσίαν κατὰ πνευμάτων δέχεται πονηρῶν, καὶ τὴν οὕτως ὑπέροπτον ὀφρὺν, τὴν τοῦ διαβόλου φημὶ, καταστρέφει. Καί τοι λέγοντός ποτε· « Τὴν οἰκουμένην ὅλην καταλήψομαι τῇ χειρὶ ὡς νοσσίαν, καὶ ὡς καταλελειμμένα ὠὰ ἀρῶ, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς διαφεύξεται ἢ ἀντείπῃ μοι. » Ἐσφάλλετο δὲ τῆς ἀληθείας, καὶ διημάρτηκε τῆς ἐλπίδος, ὁ σοβαρὸς καὶ θρασὺς, καὶ τῆς ἁπάντων ἀσθενείας καταχαυχώμενος. Ἀντέταξε γὰρ αὐτῷ τοὺς τῶν ἱερῶν κηρυγμάτων ἱερουργοὺς, ὁ τῶν δυνάμεων Κύριος. Καὶ τοῦτο ἦν ἄρα τὸ δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν

[75] Rom. XI, 25. [76] Isa. X, 14. [77] Habac. II, 7.

προκεκηρυγμένον, περί τε τοῦ Σατανᾶ καὶ τῶν ἁγίων μυσταγωγῶν, ὡς « ἐξαίφνης ἀναστήσονται οἱ δάκνοντες αὐτὸν, καὶ ἐκνήψουσιν οἱ ἐπίβουλοί σου, καὶ ἔσῃ εἰς διαρπαγὴν αὐτοῖς. » Μόνον γὰρ οὐχὶ κατεδηδόκασι τὸν Σατανᾶν, ἐπιβουλεύοντες αὐτοῦ τῇ δόξῃ, καὶ διαρπάζοντες αὐτοῦ τὰ σκεύη, καὶ προσκομίζοντες Χριστῷ διὰ πίστεως τῆς εἰς αὐτόν.

« Εἶτα πόθεν εἰς ἀνθρώπους ἡ λαμπρὰ καὶ διαβόητος οὕτω κατενήνεκται χάρις, πολυπραγμονῶμεν, εἰ δοκεῖ. Οὐκοῦν ἐστεφάνωσε τῇ τοιᾷδε τιμῇ τὴν ἀνθρώπου φύσιν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ τῆς ἰδίας ὑπεροχῆς κατ' οὐδένα τρόπον ἐκβεβηκὼς, ἐνήργηκε τὰ θεοπρεπῆ, συνέτριψε τὸν Σατανᾶν ῥήματι τῷ πανσθενεστάτῳ, ἐπετίμησε πνεύμασι πονηροῖς. Αὕτη γέγονεν ὁδὸς τοῦ δύνασθαι πονηροῖς ἐπιπλήττειν πνεύμασι, τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς. — (A f. 132 b) Τί δὲ ἄρά γε εἰκῆ τοιούτους ἀπέφηνε τοὺς ἀποστόλους, καὶ ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἀναγκαίων ἐκπρεπεστάτους; Καί τοι πῶς τοῦτό ἐστιν ἀληθές; Ἔδει γὰρ, ἔδει τῶν ἱερῶν κηρυγμάτων διακόνους ἐπιδεδειγμένους κατορθοῦν δύνασθαι τὰ παράδοξα, καὶ δι' αὐτῶν πιστεύεσθαι τῶν ἐκτελεσμάτων ὅτι τέ εἰσι Θεοῦ διάκονοι, καὶ μεσῖται τῆς ὑπ' οὐρανὸν, καλοῦντες ἅπαντας εἰς διαλλαγὴν καὶ εἰς τὴν ἐν πίστει δικαίωσιν. Τοῖς μὲν γὰρ νουνεχεστέροις, ἀπόχρη καὶ λόγος ἔσθ' ὅτε πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν· τοῖς γε μὴν οὐχ ἑτοίμως ἔχουσιν εἰς παραδοχὴν ὧν ἄν τις λέγοι, δεῖ δὴ θαυμάτων καὶ τερατουργίας. Καλοῦνται γὰρ οὕτω μόλις πρὸς τὴν ἀλήθειαν.

*Εἶπε πρὸς αὐτούς· Μηδὲν αἴρετε εἰς τὴν ὁδόν.*

(A f. 133, D f. 34 b) Οὕτω δὴ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους κατακοσμήσας, ἰέναι προστέταχεν ἐπὶ τὸ χρῆναι λαλεῖν τοῖς ἁπανταχόσε γῆς τὸ αὐτοῦ μυστήριον. Ταύτῃ τοι καὶ εὐζωνοτάτους εἶναι κελεύει, καὶ μερίμνης ἁπάσης κοσμικῆς ἀπαλλάττεσθαι βούλεται, ὡς μηδὲ αὐτῆς τῆς ἀναγκαίας τροφῆς καὶ ἀπαραιτήτου ποιεῖσθαί τινα λόγον. Κόσμον γὰρ αὐτοῖς, καὶ οἷόν τινα στέφανον ἔσεσθαί φησι, τὸ κεκτῆσθαι μηδέν· μήτε μὴν ἐπικομίζεσθαί τι παράπαν, μὴ ῥάβδον, μὴ πήραν, μὴ ἄρτον, μὴ ἀργύριον, μὴ χιτῶνας δύο· μονονουχὶ τὸ ἐν Ψαλμοῖς ἐκεῖνο λέγων· « Ἐπίῤῥιψον ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμνάν σου, καὶ αὐτός σε διαθρέψει. » Καὶ γάρ ἐστιν ἀληθὲς ὅπερ αὐτὸς ἔφη Χριστός· « Οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ. » Ἵνα τοίνυν μονοειδῆ καὶ μονότροπον ἔχωσι τὴν ζωὴν, εἰς μόνον ὁρῶντες τὸ χρῆναι μυσταγωγεῖν, μηδένα προστέταχε ποιεῖσθαι λόγον ἢ ἀμφίων ἢ τροφῆς. Ἀλλὰ φαίη τις ἄν· Καὶ πόθεν αὐτοῖς προσγένοιτο τῶν ἀπαραιτήτως ζητουμένων ὁ πόρος; Διαδείκνυσι καὶ τοῦτο εὐθὺς λέγων·

*Καὶ εἰς ἣν οἰκίαν εἰσέλθητε, κ. τ. λ.*

A f. 133, B f. 88 b, D f. 34 b) Ἀρκέσει, φησὶν, ὁ παρὰ τῶν μυσταγωγουμένων καρπός· ἐκεῖνοι παρ' ὑμῶν τὰ πνευματικὰ λαμβάνοντες, τῶν σωματικῶν ποιήσονται πρόνοιαν. Ἐν οἰκίᾳ δὲ μιᾷ μένειν τε αὐτοὺς προστέταχε καὶ [μὴ] ἀπ' αὐτῆς ἐξέρχεσθαι· ὥστε μήτε τὸν δεχόμενον λυπεῖν, μήτε αὐτοὺς δόξαν λαβεῖν γαστριμαργίας καὶ εὐκολίας. Ἔδει γὰρ μήτε

A Pene enim Satanam consumpserunt, glorationi ejus adversantes, vasa diripientes, et ad Christum per fidem in ipsum transferentes.

Deinde undenam ad homines splendida hæc et famosa gratia delata fuerit, si placet, inquiramus. Coronavit itaque tali honore hominis unigenitum Dei Verbum postquam homo factum est; et quin de suprema sua dignitate quidquam amitteret, Deo congrua operabatur; Satanam potentissimo effato contrivit, malos spiritus increpuit. Sic via debellandis in terra malis spiritibus munita fuit. B — Cur vero, dicet aliquis, tales tantosque frustra ostendit **230** Christus apostolos, et sine ulla necessitate illustrissimos? Quid tu, inquam ego, adversus veritatem ais? Necesse prorsus erat ut delecti sacræ prædicationis ministri patrandi prodigia copiam haberent, et ipsis factis fidem facerent se Dei esse ministros et orbis terrarum mediatores, mortales cunctos ad reconciliationem vocantes atque ad eam quæ fide fit justificationem. Et sapientioribus quidem vel solus interdum satis erat sermo ad veritatis cognitionem; verum iis qui minime parati erant ad alienæ doctrinæ receptionem, opus erat miraculis portentisque. Vix enim ita ad veritatem invitantur.

C V. 3. *Ait ad illos: Nihil tuleritis in via.*

Sic honorabiliter instructos sanctos apostolos, pergere jussit ad ubique nuntiandum mysterium suum. Propterea expeditissimos etiam ire præcipit, atque omni mundana cura vult carere, ita ut ne cibi quidem necessarii et inevitabilis rationem haberent. Namque ipsis fore ornamentum, et quamdam veluti coronam, rerum omnium abdicationem; neque omnino quidquam deferre, non baculum, non peram, non panem, non argentum, aut tunicas duas. Ac prope illud Psalmi dicit: « Jacta in Dominum curam tuam, et ipse te enutriet [78]. » Nam vere Christus dixit: « Non potestis Deo servire et mammonæ [79]. » Ut ergo minime variam curisque D distractam vitam degerent, et ad doctrinæ officium unice incumberent, nullam gerere jussit vestitus aut victus curam. Sed dicet aliquis: undenam ipsis necessariæ res suppetebant? Hoc etiam demonstrat statim subjiciens:

V. 4. *Et in quamcunque domum intraveritis*, etc.

Sufficiet, inquit, quem dabunt neophyti fructum: hi enim spiritalibus a vobis acceptis, vestræ rei corporalis curam gerent. In una autem domo manere jussit, neque inde discedere, ne et hospitem contristarent, et ipsi gulositatem et commoda sectari viderentur. Oportebat enim neque eos **231** qui semel suscepissent dono privare, neque ipsos

[78] Psal. LIV, 43. [79] Matth. VI, 24; Luc. XVI, 13.

sanctos apostolos impedimentum ullum studio ac sedulitati divinæ prædicationis interponere; dum a multis ad se vocarentur, non ut aliquid utile discerent, sed ut delicatas ipsis et præter necessitatem dapes apponerent. Quod autem mercede non careat honor sanctis exhibitus, de Servatoris cognoscemus sermonibus. Aiebat enim discipulis: « Qui vos recipit, me recipit et eum qui me misit [30]. » Solerte enim consilio sibi proprios facit, atque in suam recipit personam qui sanctis deferuntur honores, ut iis undique munimenta conciliet. Quod si optima conditione est, et in splendida spe versatur qui sanctos recipit: quidni contrarium quoque meritum eodem gradu habeatur? Extrema enim laborabit miseria si quis honoris sanctis viris exhibendi negligens fuerit. Ideo ait: « Et quicunque non receperint vos, exeuntes de civitate illa, pedum quoque pulverem super illos excutite. » Quippe oportet ab illis qui ministros non receperint, neque sacram prædicationem admiserint, nihil omnino accipere. Est enim plane incredibile, eos qui Servatoris doctrinam, patremque familias contempserint, erga famulos videri benevolos, eorumque benedictionem expetere.

V. 11. *Quod cum cognovissent turbæ, secutæ sunt illum.*

Partim quidem liberari se dæmonibus partim morbis exquirentes, partim etiam doctrinæ ejus studentes, constanter admodum illi adhærebant.

V. 12. *Dies autem cœperat declinare*, etc.

Die declinante, vel potius vespertino jam tempore, cura discipulos subiit turbarum, ideoque accedentes pro iis rogabant. Jam quid hic significet dictio, *Dimitte*, accurate vestigemus. Alii, ut dixi, eorum qui Jesum assectabantur, liberari malorum spirituum obsessione volebant, alii aliis infirmitatibus levari expetebant. Discipuli ergo ceu probe gnari posse Jesum vel uno nutu laborantium votis satisfacere, *dimitte eos*, aiunt: neque id fastidio **232** quodam faciunt tempore jam elapso, sed benevolo erga turbas studio, quasi jam pastorali officio vacantes, et populorum curam gerere incipientes. Age vero specta incomparabilem exorati Jesu bonitatem. Non enim ea solum concedit, quæ discipuli sequacibus turbis ab eo fieri volebant, verum etiam liberali manu beneficium adjicit, amatores suos omnimode sibi demerens, atque ad spiritalem alacritatem educans Jussit enim victum quoque illis distribui. Verumtamen inextricabile hoc erat negotium discipulis; nihil enim secum attulerant præter quinque panes duosque pisciculos, quam rem Jesu accedentes annuntiarunt. Jam vero ut miraculi sublimitas magis constaret, et ipse suapte natura Deus omnimode appareret, quod tenue fuit multiplicat. Tum cœlum suspicit, ceu inde be-

[30] Matth. x, 40.

τοὺς ἅπαξ λαβόντας ἀποστερεῖσθαι τῆς δωρεᾶς, μήτε μὴν αὐτοὺς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους ἐγκοπήν τινα δοῦναι ταῖς εἰς τὸ θεῖον κήρυγμα σπουδαῖς τε καὶ προθυμίαις, ἑλκομένους παρὰ πολλῶν, οὐχ ἵνα τι τῶν ἀναγκαίων ἔσθ' ὅτε μανθάνωσιν, ἀλλ' ἵνα τράπεζαν αὐτοῖς παραθεῖεν ἁβρὰν, καὶ πέρα τῆς χρείας. Ὅτι δὲ οὐκ ἄμισθον τὸ τιμᾷν ἁγίους, ἐκ τῶν τοῦ Σωτῆρος εἰσόμεθα λόγων. Ἔφη γὰρ πρὸς τοὺς μαθητάς· « Ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται καὶ τὸν ἀποστείλαντά με. » Οἰκονομικῶς, καὶ εἰς ἴδιον πρόσωπον τὰς εἰς τοὺς ἁγίους ἀναφέρει τιμὰς, ἵνα πανταχόθεν αὐτοῖς ὑπάρχῃ τὸ ἀσφαλές. Καὶ εἴπερ ἐστὶν ἐν παντὶ καλῷ καὶ ἐν ἐλπίσι λαμπραῖς ὁ δεχόμενος αὐτοὺς, πῶς οὐ πάντη τε καὶ πάντως, καὶ ἔμπαλιν, ἀληθές; Ἀθλιότητος γὰρ τῆς ἐσχάτης ἐπίμεστος ἂν γένοιτό τις, τὸ χρῆναι τιμᾷν τοὺς ἁγίους, οὐδενὸς ἀξιώσας λόγου. Διά τοῦτό φησιν· « Καὶ ὅσοι ἐὰν μὴ δέξωνται ὑμᾶς, ἐξερχόμενοι ἀπὸ τῆς πόλεως ἐκείνης, καὶ τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν ἐκτινάξατε ἐπ' αὐτούς. » Δεῖ γὰρ παρὰ τῶν μὴ δεξαμένων αὐτοὺς, μήτε μὴν ἀνασχομένων τῶν ἱερῶν κηρυγμάτων, μηδὲν τὸ παράπαν ἐθελῆσαι λαβεῖν. Ἀπίθανον γὰρ κομιδῆ τοὺς ἀτιμάζοντας τὸ σωτήριον κήρυγμα καὶ τὸν οἰκοδεσπότην, περὶ τοὺς οἰκέτας ὁρᾶσθαι χρηστούς, ἢ τὰς παρ' αὐτῶν εὐλογίας ζητεῖν

*Οἱ δὲ ὄχλοι γνόντες, ἠκολούθησαν αὐτῷ.*

(A f. 134 b) Οἱ μὲν δαιμονίων ζητοῦντες ἀπαλλαγὴν, οἱ δὲ καὶ ἀῤῥωστημάτων ἀπόθεσιν ἦσαν, οἱ καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ μυσταγωγίας γλιχόμενοι, προσεδρεύοντές τε καὶ μάλα εὐτόνως.

*Ἡ δὲ ἡμέρα ἤρξατο κλίνειν*, κ. τ. λ.

Filius autem hominis non habet ubi caput suum A reclinet. » Profecto simplicior loci sensus hic est. Videtur tamen profundiore sensu vulpes et cœli volucres dicere maleficos et dolosos dæmonum greges; sic enim sæpenumero apud sacram Scripturam appellantur (1) : « Capite nobis vulpes parvulas quæ demoliuntur vineas [98]. » Et ipse Dominus Herodem vulpem vocitavit [99]. Et de jactis in terra seminibus dicit, ea volucres cœli vorasse, malos nimirum spiritos innuens [1]. Si quidem igitur
245 hujusmodi vulpes et volucres caveas suas recessusque in nobis habent, quomodo veniet Christus? Ubinam requiescet? Quænam societas lucis cum tenebris [2] (2)?

V. 59. *Permitte mihi primum ire, et sepelire patrem meum.*

Honestum hic et laudabile propositum demonstraverat. Verumtamen postulatio ut suis sibi valedicere liceret, bipertitam seu vacillantem innuit mentem. Nam velle omnino communicare antea cum iis, qui idem vitæ institutum non sunt amplexuri, haud est firmi judicii documentum. Propterea dicit ei : « Nemo mittens manum suam, » et reliqua. Nam sicut arator, si forte ad absolvendum opus torpuerit, fructuum ubertatem non est visurus, sic etiam qui Christum quidem sequi decrevit, neque tamen mundanis negotiis valedicit, neque cognatis hominibus, præsertim iis qui idem C propositum non ceperunt, nequaquam hic bonam animi sui fiduciam consummabit, neque aptus erit regno cœlorum. Nam qui hujusmodi est, is aratro quidem manum applicat, ideoque ad sequendum videtur paratus; sed tamen retro respicit, quia moræ causam facit colloquia cum suis et deliberationem. Atqui haud tales fuisse comperiemus sanctos apostolos. Vix enim audita Christi voce, « Venite post me, » relicta navi et patre secuti sunt illum. Quorum exemplum imitari oportet Christi asseclas (3).

« Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις· ὁ δὲ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ. » Καὶ ἡ μὲν ἁπλουστέρα διάνοια αὕτη. Ἔοικε δὲ κατὰ τὴν βαθυτέραν ἔννοιαν ἀλώπεκας καὶ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ τὰς πανούργους καὶ δολερὰς τῶν δαιμόνων ἀγέλας ἀποκαλεῖν· οὕτω γὰρ πολλαχοῦ τῆς θείας Γραφῆς κέκληνται· « Πιάσατε ἡμῖν ἀλώπεκας μικροὺς ἀφανίζοντας ἀμπελῶνας. » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος τὸν Ἡρώδην ἀλώπεκα προσεῖπε. Καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ γῇ καταβληθέντων σπερμάτων φησὶ, ὅτι τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατέφαγεν αὐτὰ, περὶ τῶν πονηρῶν πνευμάτων λέγων. Ὅτε τοίνυν αἱ τοιαῦται ἀλώπεκες καὶ τὰ πετεινὰ φωλεοὺς καὶ καταδύσεις ἔχουσιν ἐν ἡμῖν, πῶς ἔλθῃ Χριστός; Ποῦ δὲ ἀναπαύσεται; Τίς κοινωνία φωτὶ
B πρὸς σκότος;

*Ἐπίτρεψόν μοι ἀπελθόντι πρῶτον θάψαι τὸν πατέρα μου.*

(B f. 99 b) Ἀξιοζήλωτον μὲν οὗτος τὴν ὑπόσχεσιν ἐνεδείξατο καὶ ἐπαινουμένην· τὸ δὲ ζητεῖν ἀποτάξασθαι τοῖς οἰκείοις, μεμερισμένην ἔχειν ἐνδείκνυται τὴν διάνοιαν· τὸ γὰρ ἐθέλειν ὅλως προανακοινοῦσθαι τοῖς μὴ ἀποδεξομένοις, οὐ βεβηκότος ἐστὶ λογισμοῦ. Διὸ καί φησι πρὸς αὐτόν· « Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἀροτριῶν, ὅταν ὀκνήσῃ πρὸς τὸ λεῖπον, οὐκ ὄψεται τοὺς καρποὺς πληθύνοντας, οὕτως καὶ ὁ ἑλόμενος μὲν ἀκολουθεῖν τῷ Χριστῷ, οὐκ ἀποτασσόμενος δὲ τοῖς κοσμικοῖς πράγμασι, καὶ τοῖς κατὰ σάρκα οἰ-
C κείοις, μάλιστα τοῖς μὴ τὸν σκοπὸν ἀποδεχομένοις αὐτοῦ, οὐδαμῶς οὗτος κατορθώσει τὴν ἀγαθὴν εὐτολμίαν, οὐδὲ εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ὁ γὰρ τοιοῦτος ἐπιβάλλει μὲν ἀρότρῳ τὴν χεῖρα, διὸ πρόθυμός ἐστιν ἀκολουθεῖν· ὀπίσω δὲ βλέπει, διότι ἀναβολῆς πρόφασιν ποιεῖται τὴν πρὸς τοὺς οἰκείους διάλεξιν καὶ συμβουλήν. Ἀλλ' οὐδαμῶς τοιούτους εὑρήσομεν ὄντας τοὺς ἁγίους ἀποστόλους· ἅμα γὰρ τῷ ἀκοῦσαι τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· « Δεῦτε ὀπίσω μου, » ἀφέντες τὸ πλοῖον, καὶ τὸν πατέρα αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ. Οὓς μιμεῖσθαι χρὴ τοὺς ἀκολουθοῦντας Χριστῷ.

[98] Cant. II, 15. [99] Luc. XIII, 32. [1] Luc. VIII, 5. [2] II Cor. VI, 14.

(1) In catena Corderii hic ex Cyrillo interseritur : « De quibusdam enim beatus Psalmodes ait : *Partes vulpium erunt.* (*Psal.* LXII, 11.) In Canticorum autem cantico, » etc.

(2) Additur apud Cord. « Requiescit siquidem in iis qui ipsum diligunt, vitat autem profanum. »

(3) Ad hunc v. 59, sic in catenis Lat. Corderii et D. Thomæ : « Vel aliter. CYRILLUS : Erat enim pater senectute gravatus. Putat autem honestum aliquid agere, dum proponeret observare ei debitam pietatem, secundum illud Exod. XX, 12 : *Honora Patrem tuum et matrem tuam.* Unde ubi vocatus est ad evangelicum ministerium, dicente Domino, *Sequere me*, quærebat inducias quæ sufficere possent ad decrepiti patris sustentationem, dicens : *Permitte mihi*, etc. Neque dicimus quod pridem defunctum patrem sepelire voluerit; non enim prohibuisset hoc facere volentem Christus :
D sed sepelire dixit, pro, usque ad sepulturam de alimentis providere. Quid igitur ad ipsum Salvator? *Sine ut mortui sepeliant mortuos suos; tu autem vadens, annuntia regnum Dei.* Erant siquidem etiam alii domestici et propinqui, qui patris illius curam gerebant; sed adhuc mortui, uti autumo, eo quod necdum in Christum crederent, neque per Spiritum sanctum in vitam aliam regenerati adhuc essent. Illi, inquit, sepeliant mortuos suos, cum et ipsi mentem habeant mortuam, neque annumerari possint iis qui Christo vivunt. — Hinc percipe quod præferenda sit pietas qua Deo tenemur, amori parentum; quibus reverentiam exhibemus, qui per eos geniti sumus. Sed omnium Deus, cum non essemus, ad exsistendum nos perduxit; parentes autem facti sunt ministri introitus ad exsistentiam. »

## ΚΕΦ. Ι'.

*Ἀνέδειξεν ὁ Κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδομήκοντα.*

Καὶ ἐπειδὴ πολλή τις ἔμελλεν ἔσεσθαι τῶν εἰς αὐτὸν πιστευόντων ἡ πληθὺς, ἐσαγηνεύετο γὰρ οὐ μόνον ὁ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ γὰρ καὶ αἱ τῶν ἐθνῶν ἀγέλαι· διὰ τοῦτο ἀνεδείχθησαν παρὰ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πρὸς τοῖς δύο καὶ δέκα καὶ ἕτεροι ἑβδομήκοντα. (Τὰ ἀκόλουθα τούτων, οἷον· « Ὁ μὲν θερισμὸς πολύς (1), » καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ, « Μὴ μεταβαίνετε ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν, » ὅπερ ῥεμβασμὸν δηλοῖ, καὶ μισθὸν αἰτούντων, καὶ διαβολῆς ἐστι τεκμήριον· προεγράφετο εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον (2). Ἔτι δὲ καὶ τὰ τούτων ἀκόλουθα ἕως ὧδε· « Ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με. »)— (B f. 100 b) Τούτου ὁ τύπος καὶ ἐν τοῖς Μωϋσέως προεγράφετο λόγοις· ἑβδομήκοντα μὲν γὰρ ἐπελέξατο, καὶ αὐτῆς θεοῦ προστάττοντος· ἐπηφίει δὲ τοῖς ἐξειλεγμένοις τὸ Πνεῦμα θεός· καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον τούς τε δώδεκα μαθητὰς, καὶ αὐτοὺς τοὺς ἑβδομήκοντα, διὰ τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς σημαινομένους εὑρήσομεν· γέγραπται γὰρ ἐν τῇ ἐξόδῳ περὶ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ· « Ἦλθον, φησὶν, Ἐλὴμ (ἑρμηνεύεται δὲ *ἀνάβασις*, ἤτοι *αὔξησις*), καὶ ἦσαν ἐκεῖ δώδεκα ὑδάτων πηγαὶ, καὶ ἑβδομήκοντα στελέχη φοινίκων. » Ἀναβαίνοντες γὰρ εἰς τελεωτέραν σύνεσιν καὶ αὔξησιν πνευματικὴν, εὑρίσκομεν τοὺς δώδεκα ἁγίους ἀποστόλους, καὶ τοὺς ἀναδειχθέντας ὑπὸ Χριστοῦ ἑβδομήκοντα. Ἀρρυόμεθα γὰρ ὡς ἐκ πηγῶν ἁγίων τῶν τοῦ Σωτῆρος μαθητῶν παντὸς ἀγαθοῦ εἴδησιν. Θαυμάζομεν δὲ καὶ τοὺς ἑβδομήκοντα, καὶ οἱονεὶ φοίνικας εἶναί φαμεν· εὐκάρδιον γὰρ τὸ φυτὸν, εὔκαρπόν τε καὶ εὔριζον, καὶ ἀεὶ τοῖς ὕδασιν ἐντεθηλός.

*Ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς ἄρνας ἐν μέσῳ λύκων. — Μὴ βαστάζετε βαλάντιον*, κ. τ. λ.

(B f. 101) Προλέγει τοὺς διωγμοὺς, ἵνα ἐνέγκωσι τὴν πεῖραν. Καὶ πῶς ἂν περιγένοιτο πρόβατον λύκου; Ἐγὼ, φησὶ, συνέσομαι, καὶ συνασπιῶ. μεταβάλλων τοὺς λύκους εἰς πρόβατα· οὐδὲν γάρ μου τῷ θελήματι ἀνθέστηκεν· καὶ τοῦτο ἡ πεῖρα ἔδειξεν ἐπὶ Παύλου· τὸν γὰρ παντὸς λύκου ἀπηνέστερον τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν, προβάτου πεποίηκεν ἡμερώτερον. (B f. 101) Οὐδὲ τὴν περὶ τοῦ σώματος ἔχειν φροντίδα ἐπιτρέπει, μὴ ὅτι περὶ τὰ ἔξω τοῦ σώματος ἀσχολεῖσθαι, ὅπου μὴ δὲ ἐφοδίων φροντίσαι, μηδὲ ἐπικομίσασθαί τι τῶν οὐκ ἤδη περικειμένων τῷ σώματι, οἷον ὑποδήματα· ἀλλ' ἐπ' αὐτῷ πᾶσαν τίθεσθαι

248 CAP. X.

V. 1. *Designavit Dominus et alios septuaginta.*

Et quia multus futurus erat credentium in eum numerus; namque haud Israel solus sagena conclusus fuit, sed etiam ethnicorum greges: propterea designati fuerunt a Deo nostro Christo, ultra illos duodecim, alii quoque septuaginta. (Jam vero quæ his subtexuntur, nempe, « Messis quidem multa » et reliqua; et, « Ne transieritis de domo in domum, » id quod inconstantiam demonstrat, et mercedis postulationem, nec non queruli ingenii indicium est; hæc, inquam, in Matthæo jam scripsimus. Insuper et his consectanea usque huc: « Qui me negat, negat mittentem me. ») — Numeri hujus exemplum in Moysis scriptis ferebatur; namque et hic, Deo jubente, septuaginta delegit, quibus Deus Spiritum largitus est [a]. Alio quoque modo tum duodecim discipulos, tum et ipsos septuaginta, legis umbra denotatos inveniemus. Scriptum est enim in Exodo de filiis Israelis: « Venerunt, inquit, in Elim (quod vocabulum interpretatur *ascensus* vel *incrementum*); erantque ibi duodecim fontes aquarum, et septuaginta palmarum plantæ [b]. » Sane si ad perfectiorem intelligentiam et spiritale incrementum ascendimus, duodecim invenimus apostolos, itemque illos designatos a Christo septuaginta. Haurimus enim tanquam e sanctis fontibus discipulorum Servatoris omne bonorum genus. Miramur etiam septuaginta illos, et palmarum instar esse dicimus. Nam bona medulla, fructuque ubere, et firma radice pollet hæc arbor, semperque juxta aquas viget (3).

247 V. 3, 4. *Ego mitto vos ut agnos in medio luporum.—Nolite portare sacculum*, etc.

Persecutiones prædicit, ut earum experimentum postea tolerent. Quomodo autem lupum superabit ovis? Ego, inquit, vobiscum ero, et protegam, lupos in oves transformans. Nihil enim meæ voluntati resistit. Quod sane experimento in Paulo cognitum est; nam qui lupo quolibet sævior erat adversus fideles Christi, eum ove mansuetiorem effecit. Sed ne corporis quidem curam gerere sinit, neque earum rerum quæ extra corpus sunt: siquidem nec de viatico esse sollicitis concedit, neque quidquam circumferre eorum quæ corpori adhibentur, veluti calceos; sed in Deo spem omnem vult reponi. De-

[a] Num. xi, 16. [b] Exod. xv, 27.

(1) Apud D. Thomam in cat.: « CYRILLUS. Sicut autem agri spatiosi messores multos exigunt, sic multitudo crediturorum in Christum. Unde subdit: *Rogate*, etc. Illud autem attende, quod cum dixisset *Rogate Dominum*, etc., ipse postmodum hoc peregit. Ipse igitur est dominus messis, ac per eum et cum eo Deus Pater omnibus dominatur. »

(2) Videlicet ad Matth. ix, 1 seqq. Sed enim Cyrilliani ad hos Matthæi locos commentarii vix raræ laciniæ in symbolis a Corderio et Possino editis occurrunt.

(3) Pergit in catena Divi Thomæ Cyrillus de palma: « alta simul, et frondes porrigens sursum. »

Ad v. 3. In cat. D. Thomæ: « CYRILLUS. Narrat Lucas, consequenter septuaginta discipulos vindicasse sibi a Christo apostolicam eruditionem, modestiam, innocentiam, æquitatem, nihilque mundanorum sacris prædicationibus anteferre; aspirare autem adeo ad fortitudinem mentis, ut nihil terribile formident, neque ipsam mortem. Unde dicit: *Ite*, etc. »

nique ne officii quidem aliquam appendicem retineri vult, neque ipsos obvios salutari: id quod olim Elisæo quoque misso indictum fuit, nempe ut recto itinere ad demandatum opus pergeret, neque salutantem resalutaret [a]. Sedulitati enim nocet respectus ad alios. Neque prædicationem impediat colloquium incidens, neque moras nectamus amicitiæ causa. Nulla itaque diabolica malitia nos abripiat.

V. 17, 18. *Reversi sunt cum gaudio*, etc. *Videbam Satanam*, etc.

Ne forte existimarent virtute propria ad prædicandum accedere, testis aderat data ipsis Spiritus gratia. Nam adjunctis doctrinæ miraculis, nullum contra eos prævalebat calumniæ genus. Gaudebant itaque ceu digni habiti qui miracula ederent, et dæmonia subjugarent. — Jam quod ceu fulgur decidisset, significat Satanam ex alto humi dejectum, ex gloria in ignominiam, ex viribus in infirmitatem. Ante enim Servatoris incarnationem, dominabatur orbi Satanas, ab omnibus ferme cultus. Sed ceu fulgur demum decidit, qui omnes errore deceptos habebat adoratores, et nunc sub pedibus cultorum suorum jacet. Id enim significant verba: « Ecce dedi vobis potestatem serpentes scorpiosque calcandi; » dæmonas **248** scilicet serpentium scorpionumque vocabulis denotans.

V. 21. *In ipsa hora exsultavit Jesus Spiritu sancto, et dixit*, etc.

Videamus quoque sermonem, quo propter nos et pro nobis Christus Patrem suum allocutus est. « Confiteor tibi, Pater, Domine cœli ac terræ, quod abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. » (1) En, aiunt hi mente perversi, gratiam se Patri debere ait. Quomodo igitur non est illo minor? At enim, o egregii, quid impedit, dicet aliquis, quominus consubstantialis Filius commendet dilaudetque Patrem suum, qui per ipsum salutem mundi efficiebat? Quod si putas, propter hanc confessionem, Filium esse minorem, audi reliqua. Dominum cœli ac terræ suum vocat Patrem. Atqui omnipotentis Dei Filius, sine dubio cum illo rebus omnibus dominatur, superque omnia est Deus ex Deo, omnino æqualis ei substantialiter. — Nobis revelavit Deus Pater absconditum

A τὴν φροντίδα. Ἀλλ' οὐδὲ τῆς σπουδῆς παρελκυσμόν τινα παρῆκε προσδέξασθαι, μηδὲ ἄχρι τοῦ τῶν συντυγχανόντων ἀσπασμοῦ συγχωρήσας ἀφέλκεσθαι· ὃ καὶ πάλαι ὑπὸ Ἐλισσαίου ἐλέγετο τῷ ἀποσταλέντι, εὐθείᾳ ὁρμῇ ἐπὶ τὸ ἔργον χωρεῖν, καὶ μηδὲ εὐλογοῦντα ἀντευλογεῖν. Ζημία γὰρ τῆς σπουδῆς ἡ πρὸς ἑτέρους ἀπόνευσις· μηδὲ τοῦτο, φησὶν, ἐμπόδιον τοῦ κηρύγματος γένηται, ὁμιλίας ἐν μέσῳ παρεμπιπτούσης, καὶ βραδύτητος προφάσει φιλίας. Μηδεμία οὖν διαβολικὴ κακουργία ὑμᾶς ἀποσπάσῃ.

*Ὑπέστρεψαν μετὰ χαρᾶς*, κ. τ. λ. *Ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν*, κ. τ. λ.

(B f. 102 b) Ἵνα γὰρ μὴ νομίζοιντο οἴκοθεν ἥκειν πρὸς τὸ κήρυγμα, ἐμαρτύρει ἡ δοθεῖσα αὐτοῖς τοῦ Πνεύματος χάρις· ἐπαγομένης γὰρ τῷ λόγῳ τῆς B θεοσημείας, οὐδεὶς ἂν ἴσχυσεν κατ' αὐτῶν συκοφαντίας τρόπος. Ἔχαιρον ὡς ἀξιωθέντες θαυματουργεῖν, καὶ ὑποτάσσειν τὰ δαιμόνια. — (B f. 103) Τὸ ὡς ἀστραπὴν πεσεῖν, δηλοῖ τὸ ἐξ ὕψους αὐτὸν κατενεχθῆναι πρὸς γῆν, ἐκ δόξης εἰς ἀτιμίαν, ἐξ ἰσχύος εἰς ἀσθένειαν. Πρὸ μὲν γὰρ τῆς οἰκονομίας τοῦ Σωτῆρος κατεκράτησε τῆς ὑπ' οὐρανὸν, προσκυνηθεὶς σχεδὸν παρὰ πάντων· τότε δὲ πέπτωκεν ὡς ἀστραπὴ, ὁ πάντας ἔχων προσκυνητὰς τοὺς πεπλανημένους, καὶ ὑπὸ πόδας τέθειται τῶν προσκυνούντων αὐτόν· τοῦτο γὰρ μηνύει τό· « Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων· » τοὺς δαίμονας, ὄφεις καὶ σκορπίους καλῶν (2).

*Ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἠγαλλιάσατο τῷ Πνεύματι* (3) *ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν*, κ. τ. λ.

C (A f. 137) Ἴδωμεν δὲ καὶ τοὺς λόγους, οὓς δι' ἡμᾶς ὑπὲρ ἡμῶν Χριστὸς ἐποιήσατο πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα· « Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. » (B f. 103 b) Ἰδοὺ, φασὶν οἱ διεστραμμένοι τὸν νοῦν, χάριν ὁμολογεῖ τῷ Πατρί· πῶς οὖν οὐκ ἐλάττων αὐτοῦ; Καὶ τί τὸ κωλῦον, ὦ βέλτιστοι, φαίη τις ἂν, τὸ ὁμοούσιον Υἱὸν ἀποδέχεσθαι, καὶ ἐπαινεῖν τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, σώζοντα δι' αὐτοῦ τὴν ὑπ' οὐρανόν; Εἰ δὲ νομίζεις διὰ τὴν ἐξομολόγησιν ἐλάττονα εἶναι, ἄκουσον τῶν ἑξῆς. Κύριον οὐρανοῦ καὶ γῆς τὸν ἑαυτοῦ καλεῖ Πατέρα· ὁ Υἱὸς δὲ τοῦ τῶν ὅλων κρατοῦντος Θεοῦ, πάντως που σὺν αὐτῷ δεσπόζει τῶν ὅλων, D καὶ ἐπάνω πάντων ἐστὶν ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὴν κατὰ πᾶν ὁτιοῦν ἰσότητα πρὸς αὐτὸν ἔχων οὐσιωδῶς.

[a] IV Reg. IV, 29.

(1) Hic amplius apud Corderium cat. Lat. « Illud, *Confiteor tibi, Pater*, dicit more hominum, pro, gratiam agnosco, quare laudo te, gratias ago tibi. Solet enim divinitus inspirata Scriptura confessionis nomen secundum talem aliquem modum sumere. Scriptum est enim: *Confiteantur nomini tuo magno.* (*Psal.* CV, 47.) Et iterum: *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo.* (*Psal.* IX, 2.) Verum ecce, etc., ut apud nos sequitur. »

(2) Prosequitur hic apud Corderium, « Idem Cyrillus. De hoc etiam Ezechiel lamentando dicit: *Tu signaculum similitudinis in paradiso Dei fuisti.* Et paulo post: *Perfectus in viis tuis a die conditionis tuæ, donec inventa est iniquitas in te.* Non extrinsecus inducta, sed nata est in te malitia, et per peccatum tuum vulneratus es; et in terram projeci te. »

(3) Apud Corderium in Lat. cat. « Cyrillus. *Exsultavit in Spiritu sancto*, hoc est in beneficiis et virtutibus Spiritus sancti, bene sciens a se missos plurimis profuisse, et præ cæteris ipsa experientia gloriam ejus cognovisse, animus ejus lætitia implebatur. Erat enim exsultandum, quoniam bonus hominumque amantissimus Deus, omnes salvari volens, errantium conversionem exsultationis gaudiique occasionem fecerat. »

— (A f. 137 b. B f. 104) Ἡμῖν ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τὸ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς κεκρυμμένον καὶ σεσιγημένον παρ' αὐτῷ μυστήριον· δῆλον δὲ, ὅτι τὸ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Μονογενοῦς, ὃ προεγνώσθη μὲν πρὸ καταβολῆς κόσμου, πεφανέρωται δὲ τοῖς ἐπὶ γῆς ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς. Γράφει γοῦν ὁ μακάριος Παῦλος, ὅτι « Ἐμοὶ, τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων ἁγίων, ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη, τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελίσασθαι τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τοῦ Χριστοῦ, καὶ φωτίσαι πάντας, τίς ἡ οἰκονομία τοῦ μυστηρίου τοῦ ἀποκεκρυμμένου ἀπὸ τῶν αἰώνων ἐν τῷ Θεῷ τῷ τὰ πάντα κτίσαντι. » Οὐκοῦν ἐν τῇ τοῦ Πατρὸς γνώσει ἐκέκρυπτο καὶ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς, τὸ σεπτὸν καὶ μέγα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μυστήριον· οὕτω καὶ ἡμεῖς προεγνώσθημεν καὶ προωρίσθημεν εἰς υἱοθεσίαν. Καὶ τοῦτο πάλιν ἡμᾶς ὁ σοφώτατος Παῦλος διδάξει γράφων· « Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ, ἐν ἀγάπῃ προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτόν. » Ἡμῖν οὖν ἄρα τοῖς νηπίοις τὸ κεκρυμμένον καὶ σεσιγημένον ἐκ τῶν αἰώνων μυστήριον ἀπεκάλυψεν ὁ Πατήρ.

Καί τοι πρὸ ἡμῶν πλεῖστοί τε ὅσοι καὶ ἀριθμοῦ κρείττονες ἦσαν κατὰ τόνδε τὸν βίον ἄνδρες τό γε ἧκον ἐν λόγοις σοφοί· ἀλλ' ὥς ὁ Παῦλός φησιν, « Ἐματαιώθησαν ἐν διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία· φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ, ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν· ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, παρεδόθησαν εἰς ἀδόκιμον νοῦν, καὶ οὐκ ἐγνώρισεν αὐτοῖς τὸ μυστήριον. » Γέγραπται δὲ καὶ ἡμῖν· « Εἴ τις δοκεῖ ἐν τῷ κόσμῳ σοφὸς εἶναι, μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός· ἡ γὰρ τοῦ κόσμου τούτου σοφία, μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστιν. » Οὐκοῦν ἀληθὲς εἰπεῖν, ὅτι ὁ ψιλὴν καὶ μόνην ἔχων τὴν τοῦ κόσμου σοφίαν, μωρός ἐστι καὶ ἀσύνετος παρὰ Θεῷ· ὁ δὲ μωρὸς εἶναι δοκῶν παρὰ τοῖς τοῦ κόσμου σοφοῖς, ἔχων δὲ εἰς νοῦν καὶ καρδίαν τῆς ἀληθοῦς θεοπτίας τὸ φῶς, οὗτος σοφός ἐστιν παρὰ τῷ Θεῷ. Οὐκοῦν τοῖς δοκοῦσιν εἶναι μωροῖς, ἤγουν ἄκακον καὶ νηπιάζουσαν ἐπὶ κακίᾳ τὴν διάνοιαν ἔχουσιν, ἀπεκάλυψεν ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν, ἅτε δὴ καὶ προεγνωσμένοις καὶ προωρισμένοις εἰς υἱοθεσίαν.

Οὐκ ἀπίθανον δὲ, ὥς γε οἶμαι, κἀκεῖνο τούτοις ἐπενεγκεῖν. Οἱ Γραμματεῖς τε καὶ οἱ Φαρισαῖοι, καὶ

A apud se silentioque pressum jam inde a constitutione mundi mysterium, id est incarnationem Unigeniti; quæ quidem prævisa fuit ante mundi primordia, sed terræ incolis demum manifestata fuit postremis sæculi temporibus. Scribit ergo beatus Paulus : « Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi : et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in Deo qui omnia creavit [6]. » Ergo in Patris mente celabatur, **249** etiam ante mundi constitutionem, venerandum magnumque Servatoris nostri mysterium. Sic et nos prævisi fuimus et prædestinati ad adoptionem in filios. Quod rursus nos sapientissimus Paulus docet scribens : « Benedictus Deus et Pater B Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo ; sicut elegit nos in Christo ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in charitate; qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum [7]. » Nobis itaque parvulis absconditum taciturnque a sæculis mysterium revelavit Pater (1).

Quanquam vero ante nos plurimi, imo innumerabiles magnique hoc in mundo viri fuere, ad doctrinam quod attinet, plane sapientes; hi tamen, ut Paulus ait, « evanuerunt in cogitationibus suis, et C obscuratum est insipiens cor eorum : dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum et quadrupedum et serpentium. Quam ob causam traditi sunt improbæ menti, neque iis mysterium manifestavit [8]. » Quamobrem nobis quoque scriptum est : « Si quis videtur in mundo sapiens esse, stultus fiat, ut sit sapiens. Sapientia enim hujus mundi stultitia est apud Deum [9]. » Ergo vere dici potest, eum qui nudam solamque habet mundi sapientiam, stultum esse atque insipientem coram Deo. Qui autem stultus esse videtur mundi sapientibus, is si mente et corde gerat veræ Dei contemplationis lumen, sapiens est coram Deo. Iis itaque qui videntur stulti, D id est **250** innocuum et pueri instar ad malitiam ineptum ingenium habent, revelavit Filium Pater, ceu jam præcognitis et adoptioni destinatis.

Porro non est, ut opinor, absurdum prædictis hoc quoque addere. Scribæ ac Pharisæi, et qui

[6] Ephes. III, 8. [7] Ephes. I, 3-5. [8] Rom. I, 21-24. [9] I Cor. III, 18.

(1) Ad v. 17. Adhuc in catena D. Thomæ. « CYRILLUS. Supra dictum est, quod Dominus misit discipulos gratia Spiritus sancti insignitos; et quod hi facti prædicationis ministri potestatem super immundos spiritus acceperunt. Nunc autem reversi confitentur honorantis eos potentiam; unde dicitur : *Reversi sunt*, etc. Videbantur itaque gaudere magis quod facti fuissent miraculorum auctores, quam quod prædicationis ministri. Erat autem melius eos gaudere in illis, quos ceperant; sicut vocatis per ipsum dicit Paulus (*Philipp.* IV) : *Gaudium meum et corona mea.* »

Ad v. 20. In D. Thomæ catena sic. « CYRILLUS. Sed cur, Domine, non sinis lætari in honoribus a te collatis, cum scriptum sit (*Ps.* LXXXVIII, 17) : *In nomine tuo exsultabunt tota die?* Sed Dominus eos ad majus gaudium erigit; unde subdit : *Gaudete autem quia nomina vestra*, etc. »

Judaico populo præerant, cum legis periti viderentur, loco sapientum habebantur. Quod tamen tales haud vere essent, factis coarguebantur. Quamobrem Jeremias propheta sic eos alloquebatur: « Quomodo dicitis: Sapientes nos sumus, et sermo Domini nobiscum est? Vanus evasit funiculus mendax scribis. Confusi sunt sapientes, perterriti et capti. Quænam illis sapientia est, quandoquidem sermonem Domini improbaverunt [10]? » Postquam ipsi Servatoris sermonem repulerunt, id est Evangelii salutarem prædicationem, scilicet Dei Patris Verbum, pro nobis hominem factum, ipsi reprobi facti sunt. Unde ait de illis Jeremias: « Reprobatum argentum hos vocate, quia Deus ipsos reprobavit [11]. » His quoque absconditum est Christi mysterium. Quare de iisdem aiebat aliquando discipulis suis Dominus: « Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum; non item illis [12]. » Quibusnam vobis? nempe qui credidistis, qui adventum ejus cognovistis, qui legem spiritaliter intelligitis. His, inquam, revelare Filium suum placuit Patri.

οἱ τῶν Ἰουδαϊκῶν κρατοῦντες ταγμάτων, νομομαθείας δόκησιν ἔχοντες, ἐνομίζοντό τινες εἶναι σοφοί· ἀλλ' οὐκ ὄντες τοιοῦτοι κατὰ τὸ ἀληθὲς, δι' αὐτῶν ἠλέγχοντο τῶν πραγμάτων. Καὶ γοῦν ὁ προφήτης Ἱερεμίας οὕτω πού φησι πρὸς αὐτούς· « Πῶς ἐρεῖτε ὡς Σοφοί ἐσμεν ἡμεῖς, καὶ λόγος Κυρίου μεθ' ἡμῶν ἐστιν; Εἰς μάτην ἐγενήθη σχοῖνος ψευδὴς γραμματεῦσιν· ᾐσχύνθησαν σοφοὶ, ἐπτοήθησαν, καὶ ἑάλωσαν· σοφία τίς ἐστιν ἐν αὐτοῖς, ὅτι τὸν λόγον Κυρίου ἀπεδοκίμασαν; » Ἐπειδὴ δὲ ἀπεδοκίμασαν αὐτοὶ τοῦ Σωτῆρος τὸν λόγον, τουτέστι τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα, ἤγουν τὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Λόγον, τὸν δι' ἡμᾶς γενόμενον ἄνθρωπον, αὐτοὶ γεγόνασιν ἀδόκιμοι· ἔφη οὖν Ἱερεμίας περὶ αὐτῶν· « Ἀργύριον ἀποδεδοκιμασμένον καλέσατε αὐτοὺς, ὅτι ἀπεδοκίμασεν αὐτοὺς Κύριος· » Κέκρυπται καὶ ἀπὸ τούτων τὸ Χριστοῦ μυστήριον· καὶ γοῦν ἔφη που τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ὁ Κύριος περὶ αὐτῶν· « Ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται. » Ὑμῖν δὲ τίσι; Τοῖς πιστεύσασι δηλονότι, τοῖς ἐπεγνωκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, τοῖς τὸν νόμον νοοῦσι πνευματικῶς, τούτοις εὐδόκησεν ὁ Πατὴρ ἀποκαλύψαι τὸν ἴδιον Υἱόν.

V. 22. *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo.*

Manifestat iterum nobis gloriam suam, et congruam Deo celsitudinis dignitatem, nec non humanationis solertem rationem, Dominus noster Jesus Christus; et quanta hinc evenerit terræ incolis utilitas, palam facit. « Omnia, inquit, tradita sunt mihi a Patre meo. » Erat enim, et adhuc est cœli ac terræ Dominus, Patri assidens, et cum ipso rerum omnium Dominator. Postquam vero semet demittens homo inter nos exstitit, loquitur item haud alieno a carnis dispensatione modo, et convenientia exinanitionis modulo verba non recusat, ut 251 credatur factus unus de nobis, nostramque gerere paupertatem. Itaque cœli et terræ, et omnino rerum omnium Dominus, cuncta sibi tradita dicit a Patre. Nam totius orbis terrarum Dominus est. Cæteroquin his dictis, statim transilit ad majestatem suam ac sublimitatem, seque demonstrat nullatenus Parenti proprio inferiorem. Quid enim Patri dicit? Et nemo scit, sine magisterio, Patris naturam, inquit, nisi Filius. Neque consubstantialem ei Filium quispiam agnovit, nisi Pater. Quotquot autem per revelationem noverunt Deum, hi non quid sit sciunt, sed eum exsistere sciunt. —Qui ergo priora verba, « Omnia mihi tradita sunt a Patre, » ad Filii depressionem trahunt, discant e posterioribus, Filii in re omni æqualitatem Patri. Cur enim, nemine sciente, ut ait, Filium præter solum Patrem, vos audetis cogitare ac dicere, Patre minorem esse Filium, quasi hunc apprime cognoscatis? Nam qui a solo cognoscitur Patre, is supra omnem mentem sermonemque est; sicuti et ipse Pater, qui a solo cognoscitur proprio Filio. Sola enim se ipsam novit sancta consubstantialis Trini-

*Πάντα παρεδόθη μοι ὑπὸ τοῦ Πατρός μου.*

(A f. 139, B f. 104) Ἐμφανίζει γοῦν πάλιν ἡμῖν τὴν ἑαυτοῦ δόξαν, καὶ τῆς θεοπρεποῦς ὑπεροχῆς τὸ ἀξίωμα, καὶ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ εὔτεχνὲς, ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· ὅση τε γέγονεν ἐντεῦθεν ἡ ὄνησις, τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς καθίστησιν ἐναργές· « Πάντα μοι, φησὶ, παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρός μου. » Ἦν μὲν γὰρ καὶ ἔστιν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς Κύριος, καὶ σύνθρονος τῷ Πατρὶ, καὶ συγκατάρχων αὐτῷ τῶν ὅλων. Ἐπειδὴ καὶ καθεὶς ἑαυτὸν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς κεχρημάτικεν ἄνθρωπος, διαλέγεται πάλιν οὐκ ἀπεικότως τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ, καὶ τὰς πρεπούσας τοῖς τῆς κενώσεως μέτροις οὐ παραιτεῖται φωνὰς, ἵνα πιστεύηται γεγονὼς καθ' ἡμᾶς, καὶ τὴν ἡμῶν φορέσας πτωχείαν. Ὁ τοίνυν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, καὶ συλλήβδην τῶν ὅλων Κύριος, ἑαυτῷ πάντα παραδεδόσθαι φησὶν ὑπὸ τοῦ Πατρός· κεκυρίευκε γὰρ τῆς ὑπ' οὐρανόν. Ἀλλὰ τοῦτο εἰπὼν, ἄνεισιν εὐθὺς εἰς τὴν ἑαυτοῦ δόξαν καὶ ὑπεροχήν· καὶ διαδείκνυσι κατ' οὐδένα τρόπον, τοῦ ἰδίου Πατρὸς ἑαυτὸν ἡττώμενον· τί γὰρ ἔφη πρὸς ἐκεῖνον; Καὶ οὐδεὶς γινώσκει τὴν τοῦ Πατρὸς φύσιν ἀδιδάκτως, φησὶν, εἰ μὴ ὁ Υἱός· οὐδὲ τὸν ὁμοούσιον αὐτῷ Υἱὸν εἶδέ τις, εἰ μὴ ὁ Πατήρ· ὅσοι δι' ἀποκαλύψεως ἔγνωσαν τὸν Θεὸν, οὗτοι οὐ τί ἐστιν ἔγνωσαν, ἀλλ' ὅτι ἐστιν. — (A f. 159 b, B f. 104 b) Οἱ τοίνυν τὰς πρώτας λέξεις, τὰς λεγούσας, « Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, εἰς ὕφεσιν ἐκλαμβάνοντες τοῦ Υἱοῦ, μανθανέτωσαν διὰ τῶν ἐφεξῆς τὴν κατὰ πᾶν ὁτιοῦν τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα ἀπαραλλαξίαν. Πῶς γὰρ οὐδενὸς εἰδότος, καθά φησι, τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ μόνου τοῦ Πατρὸς, αὐτοὶ τετολμήκατε φρονεῖν καὶ λέγειν, ὅτι ἐλάττων ἐστὶν αὐτοῦ, ὡς ἀκριβῶς εἰδότες αὐτόν; Ὃν γὰρ μόνος εἶδεν ὁ Πατὴρ, ὑπὲρ

[10] Jerem. VIII, 8, 9. [11] Jerem. VI, 30. [12] Luc. VIII, 10.

πάντα νοῦν ἐστι καὶ λόγον, καθὰ καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ ὁ ὑπὸ μόνου γινωσκόμενος τοῦ ἰδίου γεννήματος· μόνη γὰρ οἶδεν ἑαυτὴν ἡ ἁγία καὶ ὁμοούσιος Τριάς, ἡ παντὸς ἐπέκεινα καὶ νοῦ καὶ λόγου· ἀποκαλύπτει δὲ ἡμῖν ὁ Υἱὸς διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὥς φησι Παῦλος· « Ἡμῖν γὰρ ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ. »

tas, quæ omnem superat intellectum atque orationem. Revelat autem nobis Filius per sanctum Spiritum, ut ait Paulus : « Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum [13]. »

*Καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς, κατ' ἰδίαν εἶπε· Μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ βλέποντες ἃ βλέπετε.*

V. 23. *Et conversus ad discipulos suos seorsum dixit : Beati oculi qui vident quæ vos videtis !*

(A f. 140) Τὰ τῶν πραγμάτων ἀποῤῥητότερα, τοῖς ἀναγκαίοις μάλιστα τῶν ἐπιτηδείων, ἀνακοινοῦσθαι χρὴ, καὶ οὐχὶ τοῖς τυχοῦσιν ἁπλῶς. Φίλοι δὲ αὐτοῦ μαθητείας ἠξιωμένοι, καὶ πεφωτισμένον ἔχοντες τῆς καρδίας τὸν ὀφθαλμὸν, καὶ τὸ οὖς ἕτοιμον εἰς ὑπακοήν. Καὶ γοῦν ἔφη ποτὲ πρὸς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους· « Οὐκέτι λέγω ὑμᾶς δούλους, ὑμεῖς φίλοι μού ἐστε· ὁ δοῦλος οὐκ οἶδε τί ποιεῖ αὐτοῦ ὁ Κύριος· ὑμᾶς δὲ εἴρηκα φίλους, ὅτι πάντα ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρός μου, ἐγνώρισα ὑμῖν. » Τούτοις καὶ τὰ προγεγραμμένα φησὶν οἰκονομικώτατα στραφεὶς πρὸς αὐτοὺς, τουτέστιν ἐν ἀποστροφῇ ποιησάμενος τοὺς μήτε ὁρᾷν μήτε ἀκούειν ἐθέλοντας, ἀνηκόους δὲ ὄντας, καὶ τυφλὸν ἔχοντας ἐν ἑαυτοῖς τὸν νοῦν, ὅλον ἑαυτὸν ἐχαρίζετο τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· καὶ εἰς αὐτοὺς ἀφορῶν, μακαρίους ἔφη τοὺς ὀφθαλμοὺς τοὺς ὁρῶντας ἤγουν ὀψομένους ἃ πρὸ τῶν ἄλλων αὐτοὶ καὶ πρῶτοι τεθέανται. Πεποίηται μὲν οὖν ὁ ἐπὶ τούτοις λόγος, ὡς ἀπό γε τῆς παρὰ πᾶσι καὶ κοινῆς συνηθείας· πλὴν ἐκεῖνο ἡμᾶς ἐξεπίστασθαι χρή· τὸ γὰρ βλέπειν ἐν τούτοις, οὐκ ἐνεργείας τῆς δι' ὀμμάτων σωματικῶν εἰσκομίζει δήλωσιν, ἀπολαύσεως δὲ μᾶλλον τῶν δι' αὐτοῦ τοῖς εὐσεβέσι δεδωρημένων· οἷον, ὡς εἴ τις λέγοι· Ὁ δεῖνα τυχὸν καιροὺς εἶδε καλοὺς, ἀντὶ τοῦ, Ἐν ἀπολαύσει γέγονε καιρῶν ἀγαθῶν. Καὶ τό· « Ἴδοις δὲ τὰ ἀγαθὰ Ἰερουσαλὴμ, » ἐν ψαλμοῖς εἰρημένον, οὕτω νοήσεις, ἀντὶ τοῦ, Γένοιτό σοι μετασχεῖν τῶν ἀγαθῶν τῆς Ἰερουσαλὴμ, τῆς ἄνω δηλονότι καὶ ἐν οὐρανοῖς. Ὅτι γὰρ οὐχ' οἱ γεγονότες θεωροὶ τῆς διὰ Χριστοῦ θεοσημείας, εἶεν ἂν μακάριοι πάντῃ τε καὶ πάντως, πῶς ἔστιν ἀμφιβάλλειν; Πλεῖστοι μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι τεθέανται θεοπρεπῶς ἐνεργοῦντα Χριστόν· ἀλλ' οὐχ ἅπασιν ἂν πρέποι τὸ μακαρίζεσθαι· πεπιστεύκασι γὰρ οὐδαμῶς, ἀλλ' οὐδὲ τεθέανται τὴν δόξαν αὐτοῦ τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασιν.

Secretiora negotia necessariis potissimum familiarium communicanda sunt, non autem indifferenter quibuslibet. Amici vero Domini sunt ii omnes, qui discipulatu illius digni fuerunt, cordisque oculum illuminatum habent, et aurem obtemperando paratam. Quamobrem aiebat aliquando sanctis apostolis : « Jam non dico vos servos; vos enim amici mei estis : servus nescit quid faciat Dominus suus ; vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audivi a Patre meo, nota feci vobis [14]. » His ea etiam quæ supradicta sunt ait, prudentissime ad eos 252 conversus; id est ab illis avertens se, qui neque videre neque audire volebant, contumacibus videlicet, cæcamque mentem gerentibus, totum se præbebat amatoribus suis; in eosque intuens, beatos dixit oculos videntes vel potius visuros, quæ præ cæteris ipsi primi spectabant. Hic ergo ita locutus est, ut in communi consuetudine fit. Verumtamen hoc nos sedulo cognoscere debemus; nempe hic videre, haud corporeorum oculorum actionem significare, sed oblectationem potius quam pii homines ex Christi donis percipiunt. Veluti si quis dicat : Ille bona tempora vidit, pro bonis temporibus fruitus est. » Et illud, « Videas utinam tempora bona Jerusalem ! » quod in Psalmis dicitur [15], pro eo intelliges : utinam tibi contingat potiri bonis Jerusalem, supernæ illius scilicet et cœlestis! Nam quod ii qui Christi miraculorum fuere spectatores, haud per se omnino absoluteque beati fuerint, quis dubitare queat? Plurimi enim Judæi Christum Deo digna operantem viderunt : neque tamen omnes appellare beatos merito possumus : nam neque crediderunt, neque gloriam ejus mentis oculis viderunt.

Ἀλλὰ γὰρ τίνα τρόπον ἐμακαρίσθησαν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοί; Τί δὲ ἄρα τεθεαμένοι; Εἴδομεν τὸν ἐν μορφῇ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Θεὸν Λόγον, δι' ἡμᾶς γενόμενον ἄνθρωπον· τὸν ὁμόθρονον τῷ Πατρὶ, μεθ' ἡμῶν, ἤγουν ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς, ἵν' ἡμᾶς ἑαυτῷ συμμόρφους ἀποτελέσῃ, δι' ἁγιασμοῦ καὶ δικαιοσύνης, ἐγχαράττων ἡμῖν τὸ τῆς ἑαυτοῦ θεότητος κάλλος, νοητῶς δηλονότι καὶ πνευματικῶς. Καὶ τούτου μάρτυς ὁ Παῦλος, οὕτω γεγραφώς· « Ὥσπερ γὰρ ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, οὕτω φορέσομεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου· » χοϊκὸν κενὸν ἄνθρωπον εἶναι λέγων, τὸν πρωτόπλαστον Ἀδάμ· ἐπουράνιον δὲ, τὸν ἄνωθεν καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς

Sed age quomodo beati dicti sunt oculi nostri? Vel quid demum hi viderunt? Vidimus in forma Dei Patris Deum Verbum, propter nos hominem factum : Patris assessorem, inter nos versantem, id est, forma nostra vestitum ; ut nos sibi conformes faceret, per sanctificationem atque justitiam, nobis imprimens divinitatis suæ pulchritudinem, intellectualiter nimirum ac spiritaliter. Rei hujus testis Paulus, ita scribens : « Sicut enim terreni imaginem gessimus, ita cœlestis quoque imaginem geremus [16] ; » terrenum vanumque hominem esse dicens, primum illum creatum Adamum ; cœlestem autem, illud quod desuper ex substantia Patris efful-

[13] I Cor. II, 10. [14] Joan. XV, 15. [15] Psal. CXXVII, 5. [16] I Cor. XV, 49.

sit Verbum. Deinde factus, ut dixi, in similitudinem nostram naturalis ille Filius formam servi assumpsit [17], ut nos servitutis jugo alligatos, naturaliter **253** enim serva est creatura quælibet, liberos efficeret, bona ejus participantes : etenim filii, appellati fuimus per ipsum et cum ipso. Pauper nobiscum effectus est, qui dives erat, ut hominis naturam ad suas opes extolleret. Mortem in crucis ligno gustavit, ut de medio auferret quæ propter lignum evenerat transgressionem, ut contractam culpam elueret, mortisque a nobis tyrannidem procul pelleret. Vidimus cadentem Satanam; humiliatum, qui superbiebat; sine honore eum, qui antea adorabatur; eum qui Deus videbatur, sanctorum pedibus conculcatum. His enim potestas fuit attributa impuros spiritus increpandi.

Maxima est hæc dignitas hominisque naturam excedens, imo uni congruens qui est super omnia Deo. Hujus vero rei initium nobis fuit, manifestatum humana forma Verbum; increpabat enim impuros spiritus. Attamen miseri Judæi aiebant : « Hic non ejicit dæmonia nisi ope Beelzebul principis illorum [18]. » Quarum vocum impietati occurrebat Dominus dicens : Si ego ope Beelzebul ejicio dæmonia, filii vestri quo juvante ejiciunt? « Quod si ego cum Dei Spiritu ejicio dæmonia, profecto pervenit in vos regnum Dei [19]. » Nam si ego, inquit, homo æque ac vos factus, nihilominus habeo congruæ Deo potestatis efficaciam, utique ad vos tam grande tamque eximium bonum devenit. In me enim gloriatur hominis natura posse Satanam se calcare. Itaque ad nos pervenit regnum Dei, dum versans nobiscum Verbum, in carne ipsa operatur quæ Deum decent. In hac nos conditione esse cognoscimus; beatique oculi nostri sunt, ineffabilem doctrinam ejus audivimus, notitiam Patris sui nos docuit, cum nobis propria in natura manifestavit, Mosaicarum figurarum veritatem fecit conspicuam. Hæc multi prophetarum cernere optarunt, plurimi quoque reges. Itaque **254** comperiemus modo quidem dicentes : « Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis [20]. » Salutaris quippe misericordiæ nomine Filium designant. Rursus aliquando : « Memento, Domine, in beneplacito populi tui; visita nos in salutari tuo; ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ [21]. » Quænam autem sit gens electa in Christo a Deo Patre, edisseret sapientissimus Petrus homines fide præstantes alloquens : « Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum [22]. »

A ἐλλάμψαντα Λόγον. Εἶτα γενόμενος ὡς ἔφην, ἐν ὁμοιώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς ὁ κατὰ φύσιν Υἱὸς ἔλαβε δούλου μορφὴν, ἵν' ἡμᾶς τοὺς ἐν ζυγῷ δουλείας κατεσφιγμένους, φύσει γὰρ δοῦλόν ἐστι τὸ ποιηθὲν, ἐλευθέρους ἀποφήνῃ, τὰ αὐτοῦ κερδαίνοντας· ὠνομάσμεθα γὰρ υἱοὶ δι' αὐτόν τε καὶ σὺν αὐτῷ· συνεπτώχευσεν ἡμῖν πλούσιος ὢν, ἵνα τὴν ἀνθρώπου φύσιν εἰς τὸν ἴδιον ἀγάγῃ πλοῦτον· ἐγεύσατο θανάτου διὰ ξύλου καὶ σταυροῦ, ἵν' ἐκ μέσου ποιήσῃ τὴν διὰ ξύλου παράβασιν, καὶ τὰ ἐπ' αὐτοῖς δὴ τούτοις αἰτιάματα καταλύσῃ, καὶ τῆς καθ' ἡμῶν τυραννίδος ἀποστήσῃ τὸν θάνατον· εἴδομεν πεσόντα τὸν Σατανᾶν· ἐν ταπεινώσει, τὸν ἀλαζόνα· ἄτιμον, τὸν ποτὲ προσκυνούμενον· τὸν ἐν ὑπολήψει θεότητος, ὑπὸ πόδας ἁγίων· ἔλαβον γὰρ ἐξουσίαν πνεύμασιν ἀκαθάρτοις
B ἐπιτιμᾷν (1).

Ἀξίωμα δὲ τοῦτο πάμμεγα καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπου φύσιν καὶ μόνῳ πρέπον τῷ πάντων ἐπέκεινα Θεῷ· ἀρχὴ δὲ τούτου γέγονεν ἡμῖν, ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ πεφηνὼς ὁ Λόγος· καὶ γοῦν ἐπέπληττε μὲν τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν. Ἔφασκον δὲ οἱ τάλανες Ἰουδαῖοι, ὅτι « Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων. » Πρὸς ταύτας αὐτῶν τὰς ἀνοσίους φωνὰς ὑπήντα λέγων ὁ Κύριος· « Εἰ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσιν; Εἰ δ' ἐγὼ ἐν Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. » Εἰ γὰρ ἐγὼ, φησὶν, ἄνθρωπος καθ' ὑμᾶς γεγονὼς, ἔχω οὕτως τῆς θεο-
C πρεποῦς ἐξουσίας τὴν ἐνέργειαν, ἐφ' ὑμᾶς κατέβη τὸ οὕτω μέγα καὶ ἐξαίρετον ἀγαθόν· εὐδοκιμεῖ γὰρ, φησὶ, ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐν ἐμοὶ πατοῦσα τὸν Σατανᾶν· οὐκοῦν ἐφ' ἡμᾶς ἔφθασεν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, τοῦ καθ' ἡμᾶς γεγονότος Λόγου καὶ μετὰ σαρκὸς ἐνεργοῦντος τὰ θεοπρεπῆ· ἐν τούτοις ὄντας ἑαυτοὺς τεθεάμεθα· καὶ μακάριοι γεγόνασιν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοί· ἠκούσαμεν αὐτοῦ τῆς ἀῤῥήτου μυσταγωγίας· ἐδίδαξεν ἡμᾶς τὰ περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· ἔδειξεν ἡμῖν αὐτὸν ἐν ἰδίᾳ φύσει· ἐμφανῆ κατέστησε τῶν διὰ Μωϋσέως τύπων τὴν ἀλήθειαν. Ταῦτα πολλοὶ τῶν προφητῶν ἐπεθύμησαν ἰδεῖν, πλεῖστοι δὲ καὶ βασιλεῖς· καὶ γοῦν εὑρήσομεν ποτὲ μὲν λέγοντας· « Δεῖξον ἡμῖν, Κύριε, τὸ ἔλεός σου, καὶ τὸ σωτήριόν σου δῴης ἡμῖν· » ἔλεος γὰρ σωτήριον ὀνομά-
D ζουσι τὸν Υἱόν· ποτὲ δὲ πάλιν· « Μνήσθητι ἡμῶν, Κύριε, ἐπὶ εὐδοκίᾳ τοῦ λαοῦ σου, ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ἐν τῷ σωτηρίῳ σου· τοῦ ἰδεῖν ἐν τῇ χρηστότητι τῶν ἐκλεκτῶν σου, τοῦ εὐφρανθῆναι ἐν εὐφροσύνῃ, μετὰ τοῦ ἔθνους σου. » Ἔθνος δὲ ποῖόν ἐστι τὸ ἐξειλεγμένον ἐν Χριστῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἐξηγήσεται λέγων ὁ σοφώτατος Πέτρος πρὸς τοὺς διὰ πίστεως εὐδοκιμηκότας· « Ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν, ἵνα τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε τοῦ ἐκ σκότους ὑμᾶς καλέσαντος εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς. »

[17] Philipp. II, 7. [18] Matth. XII, 24. [19] ibid. 27, 28. [20] Psal. LXXXIV, 8. [21] Psal. CV, 4, 5. [22] I Petr. II, 9.

(1) Agitur de potestate exorcismorum quam Ecclesiæ suæ Christus contulit.

*Ἰδοὺ νομικός τις ἀνέστη ἐκπειράζων αὐτὸν*, κ. τ. λ. A

(E f. 170) Καιρὸν μὲν ἐκεῖνόν φησι καθ' ὃν ὁ Σωτὴρ τὰς διατριβὰς ἐπὶ τῆς γῆς ἐποιεῖτο, ὁ πανταχοῦ παρὼν, καὶ τῶν πατρικῶν μὴ ἐξιστάμενος. — (A f. 141) Νομικὸν (1) δὲ ἐν τούτοις φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς, τὸν νομοΐστορα, κατά γε τὴν παρὰ Ἰουδαίων συνήθειαν, ἤγουν τὸν οἰόμενον εἰδέναι τὸν νόμον, οὐ μὴν ἔτι καὶ εἰδότα κατὰ ἀλήθειαν. Οὗτος ἐνόμισε συναρπάσαι Χριστόν· καὶ ἐπί τισιν, ἐρῶ. Λογοποιοί τινες ἀθυροστομεῖν εἰωθότες, ἅπασαν περιεφοίτων τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ, κατηγοροῦντες Χριστοῦ, καὶ φάσκοντες, ὅτι τὴν μὲν διὰ τοῦ Μωϋσέως ἐντολὴν ἀνόνητον εἶναί φησι, καινὰ δὲ αὐτὸς εἰσφέρει διδάγματα· ἦσαν δὲ τῶν πιστευσάντων ἤδη τινὲς, οἳ τοῖς παρ' ἐκείνων B ἀντέπραττον λόγοις, ἀποδεχόμενοι πανταχοῦ τὸ εὐαγγελικὸν σωτήριον κήρυγμα. Ἐθελήσας τοίνυν ὁ νομικὸς, ἤγουν οἰηθεὶς δύνασθαι παγιδεῦσαι Χριστὸν εἰς τὸ λαλῆσαί τι κατὰ Μωϋσέως, ἤγουν τῆς δι' αὐτοῦ λαληθείσης ἐντολῆς, κρείττονα τὴν παρ' ἑαυτοῦ διδασκαλίαν εἰπεῖν, πρόσεισι πειράζων αὐτὸν καὶ λέγων· « Τί ποιήσας, ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω. » Μεθ' ὑποκρίσεως πρόεισι, καὶ γνώμης ἐπιπλάστου καὶ τιμᾷν ὑποκρινόμενος, διδάσκαλον ὀνομάζει, ὡς ἂν διὰ τῆς χρηστολογίας ἡ ἐν αὐτῷ κεκρυμμένη διαλάθῃ πεῖρα· ἀλλ' εἶπεν ἄν τις αὐτῷ τῶν εὖ εἰδότων τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ μυστήριον· Εἰ νόμον ἠπίστασο, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ κεκρυμμένης θεωρίας τὴν δύναμιν, οὐκ ἂν ἠγνόησας ὃν πειράζειν ἐπεχείρεις, εἰδότα τὰ κεκρυμμένα, C καὶ καθορᾷν ἰσχύοντα τὰς τῶν προσιόντων αὐτῷ καρδίας. Διδάσκαλον ἀποκαλεῖς, μανθάνειν οὐκ ἀνεχόμενος· ὑποκρίνῃ τιμᾷν, συναρπάσαι προσδοκῶν. Ἄθρει δέ μοι πάλιν τὸ κακόηθες εἰς λόγους τοῦ νομικοῦ (2)· ἐξῆν μὲν γὰρ εἰπεῖν· Τί ποιήσας, σωθήσομαι, ἤγουν ἀρέσω Θεῷ, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ λήψομαι μισθόν; Ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ἀφίησι· κέχρηται δὲ μᾶλλον ταῖς τοῦ Σωτῆρος φωναῖς, τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς καταχέων τὸν γέλωτα (3). Ἐπειδὴ γὰρ ἔθος ἦν τῷ πάντων Σωτῆρι Χριστῷ περὶ ζωῆς αἰωνίου διαλέγεσθαι συχνῶς τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ, διαλεγόμενος ὡς ἔφην ὁ περίαυτος νομικὸς, ταῖς αὐτοῦ κέχρηται φωναῖς. Ἀλλ' εἴπερ ἦσθα φιλομαθὴς ἀληθῶς, ὦ νομικέ, ἤκουσας ἂν παρ' αὐτοῦ τὰ εἰς ζωὴν ἀποφέροντα τὴν αἰώνιον· ἐπεὶ δὲ πειράζεις κακούργως, D οὐδὲν ἕτερον ἀκούσῃ, πλὴν ὅτι μόνον τὰ διὰ Μωϋσέως τοῖς πάλαι τεθεσπισμένα· ἅπερ προδήλως οὐδὲ τὴν αἰώνιον εἶχε ζωὴν ἀντιμισθίαν, ἀλλὰ τὴν ἐνταῦθα διδομένην, τῶν τε κακῶν ἀπαλλαγὴν, καὶ τῶν χρηστοτέρων ἀντίδοσιν. « Ἐὰν γὰρ θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, φησὶ, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται. »

V. 25. *Ecce quidam nomicus surrexit tentans illum*, etc.

Tempus quidem dicit illud quo Servator versabatur in terra, ille ubique præsens et a paterno sinu nunquam absens. Nomicum autem hic evangelista legisperitum appellat secundum Judæorum consuetudinem, nempe hominem qui credebatur legem cognoscere, etsi aliter res se habebat. Hic putavit posse a se Christum decipi. Quanam autem in re, jam dicam. Garruli quidam homines, effreni lingua uti soliti, universam Judæorum regionem concursabant, ipsamque Jerusalem, Christum criminantes, cum dicerent ab illo Moysis legem inutilem pronuntiari, novasque doctrinas invehi. Erant tamen jam nonnulli credentes, qui illorum sermonibus contradicebant et evangelicam Servatoris prædicationem prono animo admittebant. Volens itaque nomicus, vel potius sperans, posse a se Christum irretiri, ut aliquid contra Moysen, id est contra legem per eum latam diceret, melioremque esse affirmaret doctrinam suam, accedit tentans eum dicensque: « Quid agam, ut vitam æternam consequar? » Nimirum cum hypocrisi procedit fictaque mente; et honorare simulans, magistrum appellat, ut sub blandi sermonis velamine tentatio ejus lateret. Atqui aliquis incarnationis mysterium minime ignorans fortasse huic diceret: Si legem **255** scires, reconditæque illic doctrinæ vim, profecto etiam scires, ab eo quem tentas, res occultas non ignorari eique corda accedentium patescere. Magistrum dicis, quem audire non sustines; honorare simulas, quem decipere speras. Et videsis adhuc nomici improbam loquendi rationem. Nam cum dicere posset: Quid agam ut salver, sive Deo placeam, ab eoque mercedem recipiam; his omissis, Servatoris vocabulis utitur, ridiculum plane se exhibens. Nam quia solebat universalis Servator Christus de vita æterna ad sibi accedentes perpetuo loqui, nomicus hic de se magnifica sentiens, utitur illius vocibus. Sed enim si vere esses, o nomice, discendi cupidus, utique ab eo quæ ad vitam æternam conferunt audivisses; nunc quia maligne tentas, nihil aliud audies quam quæ a Moyse priscis hominibus præscripta fuerunt; quæ quidem constat ne æternam quidem vitam, sed præsentem tantummodo mercedis loco contulisse, malaque avertisse, et paulo meliora bona retribuisse. Nam « Si volueritis, inquit, mihi auscultare, terræ bona manducabitis; sin vero obtemperare mihi recusabitis, gladio consumemini [22]. »

*Εἶπε δὲ αὐτῷ· Ὀρθῶς ἀπεκρίθης*, κ. τ. λ.

(A f. 143, B f. 106, E f. 177) Πλὴν ἀπαγγείλαντος τοῦ νομικοῦ τὰ ἐγκείμενα τῷ νόμῳ, κολάζων αὐτοῦ

V. 28. *Dixitque illi: Recte respondisti*, etc.

Nomico referente quid esset in lege, ut malitiam ejus puniat, mentemque improbam Christus, qui

[22] Lev. XXVI, 3 seqq.

(1) De nomico videsis copiose disserentem Arsenium apud nos *Class. AA.*, t. X, p. 553-557.

(2) Corderius in sua Lat. catena a loci sensu prorsus aberrans scribit, *verum incitat me rursus cacoethes in sermonem legisperiti.*

(3) Perverso rursus sensu Corderius, *ut eum risui haberet.*

omnia novit, coarguat, « Recte respondisti, ait; hoc fac, et vives. » Atque ita speratam prædam amisit nomicus, ruptum est fraudis rete. Ergo nos illi inclamemus Jeremiæ voce : « Præda fuisti, captus es [24]. » — Præda amissa, ad jactantiam devolvitur, a dolo ad superbiam; nam vitia eum alternatim circumveniunt. Interrogaverat enim non quia discere vellet, sed, ut ait evangelista, quia **256** semel justum ostendere studebat. Et videsis quomodo et sui nimis amans et simul tumidus impudenter respondet : « Et quis est meus proximus ? » Quis est hic, inquit, ut eum tanquam me ipsum amem ? Ego enim cunctis emineo, legis doctor sum, sententiam dico in omnes, nemo in me; judico, et non judicor, excedo dignitate omnes, cunctis præsto, cunctis impero. Quis est, inquam, proximus meus, ut hunc ceu me ipsum diligam ? Nemo igitur, o legis doctor, tibi est comparandus? Cunctis superiorem te facis ? Demitte supercilium, memento quid dicat Proverbiorum auctor : « Sui ipsius cognitores, sapientes sunt [25]. » Revera in his tota vitæ virtus consistit, in Deo scilicet amando ac proximo : quæ quidem a nobis præcepta non immutantur, sed ultra Judaicam mensuram extenduntur : cujus extensionis virtus, prædictorum præceptorum utrumque complectitur. Namque ex toto corde et anima et viribus Deum amare, expellit amorem divitiarum, voluptatum, vanæque gloriæ; abstrahit a mundi affectu, a mundo separat, Christo copulat; atque ut summatim dicam, Christianum ex Judæo facit. Item proximi amor recte intellectus, nempe si erga non unam gentem fuerit, sed erga omne nobis connaturale genus, charitatem erga Deum subsequitur; adjiciens etiam, per Christi imitationem, ut ne tantummodo sicuti nosmet ipsos proximum diligamus, verum etiam supra nos; in tantum, ut animam quoque pro dilectis hominibus ponamus, quod fecit Dominus. Porro laudatus a Servatore nomicus quod pulchrum responsum fecisset, in superbiam erupit, neminem sibi proximum esse statuens; quasi nemo justitiæ merito secum certare posset. Ita apud se existimans ceu Pharisæus ille qui aiebat : « Non sum sicut cæteri hominum [26]. » Nempe ignorans, justitiam corrumpi, nisi quod fit, charitate fiat. Et hic itaque charitate carere convincitur; neque illa tantummodo erga Deum, sed sine dubio etiam **257** illa, quæ tendit in proximum, quandoquidem is neminem sibi proximum judicat. Exploratum quippe est, eum qui fratrem quem videt non diligit, non posse Deum quem non videt diligere.

V. 30. *Homo quidam descendebat*, etc.

Animadverte quomodo proximum designat Salvator, non ex genere illum definiens, non virtute pro-

A τὴν πονηρίαν, καὶ τὸ δύστροπον ἐλέγχων φρόνημα Χριστὸς ὁ πάντα εἰδώς· « Ὀρθῶς ἀπεκρίθης, φησί· τοῦτο ποίει καὶ ζήσῃ. » Ἐκπέπτωκε τῆς θήρας (1) ὁ νομικὸς, ἐῤῥάγη τῆς ἀπάτης τὸ λίνον· οὐκοῦν ἐπιφωνῶμεν αὐτῷ τὸ διὰ τῆς Ἱερεμίου φωνῆς· « Ἠγρεύθης καὶ ἐλήφθης. » — (A f. 143 b, E f. 178) Ἀποτυχὼν τῆς θήρας, ἐκκεκύλισται πρὸς φιλοδοξίαν· ἐξ ἀπάτης εἰς ὑπεροψίαν· ἀλλήλαις ὥσπερ αὐτὸν αἱ κακίαι κιχρῶσιν. Ἠρώτησε γὰρ οὐ μαθεῖν θέλων, ἀλλ' ἤ, φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς, θέλων ἑαυτὸν δικαιῶσαι. Ἄθρει δὲ ὅπως ἐκ φιλαυτίας τε ὁμοῦ καὶ ὑπεροψίας, ἀναίδην ἀνεφώνει· « Καὶ τίς ἐστί μου πλησίον; » Τίς ἐστιν οὗτος, φησὶν, ἵνα τοῦτον ὡς ἐμαυτὸν ἀγαπήσω; Ὑπερέχω πάντων· εἰμὶ νομικός· κρίνω πάντας, οὐ κρίνομαι παρά τινος· δικάζω, καὶ οὐ B δικάζομαι· πάντων διαφέρω· πάντων κρείττων τυγχάνω· πᾶσιν ἐπιτάττω· πάντες μου χρῄζουσιν, ἐγὼ δὲ χρῄζω οὐδενός· τίς μου ἄρα ἐστὶ πλησίον, ἵνα τοῦτον ὡς ἐμαυτὸν ἀγαπήσω; Οὐδεὶς αὖ, νομικὲ, κατὰ σέ; Πάντων ἐπέκεινα σαυτὸν ἀποφέρεις; Κατένεγκε τὴν ὀφρύν· μέμνησο τοῦ λέγοντος παροιμιαστοῦ· « Οἱ δὲ ἑαυτοῖς ἐπιγνώμονες, σοφοί. » Ὄντως ἐν τούτοις ἡ τῆς ζωῆς δύναμις ἐν τῷ ἀγαπᾷν τὸν Θεὸν καὶ πλησίον, οὐκ ἀλλαττομένοις ὑφ' ἡμῶν, ἀλλ' ἐπιτεινομένοις ὑπὲρ τὰ μέτρα τὰ Ἰουδαϊκὰ, καὶ τῆς ἐπιτάσεως ἐμπεριεχομένης δυνάμει τοῖς εἰρημένοις ἐπιτάγμασι. Τὸ γὰρ ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ψυχῆς, καὶ ἰσχύος τὸν Θεὸν ἀγαπᾷν, ὑπεξαίρει τὴν πρὸς χρήματα, τὴν πρὸς ἡδονὴν, τὴν πρὸς κενὴν δόξαν C ἀγάπην· ἐξάγει κοσμικῆς διαθέσεως, ἐκλεκτὸν ἀπὸ κόσμου καθίστησι, συνάπτει Χριστῷ, καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν, Χριστιανὸν ἐξ Ἰουδαίου ποιεῖ. Ἥ τε πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπη καλῶς νοουμένη, ὅταν μὴ πρὸς τὸ ὁμοεθνὲς ᾖ μόνον, ἀλλὰ πρὸς πᾶν τὸ ὁμογενὲς, ἀκόλουθος τῇ πρὸς Θεὸν ἀγάπῃ καθίσταται· προσλαμβάνουσα καὶ τὸ κατὰ μίμησιν Χριστοῦ, τὸ μὴ μόνον ὡς ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἑαυτόν· ὥστε θεῖναι τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν φίλων· ὅπερ ὁ Κύριος πεποίηκεν. Ἐπαινεθεὶς μέν τοι ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ὁ νομικὸς, ὡς καλὴν τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσατο, τὴν ἀλαζονείαν ἐξέῤῥηξεν· οὐδένα εἶναι πλησίον ἑαυτοῦ τιθέμενος, ὡς οὐδενὸς ὄντος αὐτῷ κατὰ τὴν δικαιοσύνην ἐφαμίλλου. Τοιαῦτα δὴ φρονῶν οἷα ἐκεῖνος ὁ Φαρισαῖος, ὁ λέγων· « Οὐκ εἰμὶ ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων » D οὐκ εἰδὼς ὡς τοῦτο, διαφθείρει τὴν δικαιοσύνην, τὸ μὴ ἐξ ἀγάπης ὃ πράττει ποιεῖν. Ἐνδεὴς οὖν καὶ οὗτος τῆς ἀγάπης ἁλίσκεται· πάντως μὲν καὶ τῆς πρὸς Θεὸν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς γε πρὸς τὸν πλησίον ἐμφανῶς, ὅπου οὐδὲ εἶναί τινα πλησίον ἑαυτοῦ λογίζεται· δῆλον δὲ ὅτι τὸν ἀδελφὸν οὐκ ἀγαπῶν ὃν ἑώρακεν, οὐ δύναται Θεὸν ἀγαπᾷν ὃν οὐχ ἑώρακεν.

*Ἄνθρωπός τις κατέβαινεν*, κ. τ. λ.

(E f. 179) Ὅρα δὲ πῶς δείκνυσιν τὸν πλησίον ὁ Σωτὴρ τίς ἐστιν, οὐ γένει διορίζων, οὐκ ἀρετῇ ἐο-

[24] Jerem. II, 14. [25] Prov. XIII, 10, juxta LXX. [26] Luc. XVIII, 11.

(1) Corderius, mendose legens θύρας, ait, *jurisperitus a janua*. Item voc. ἠγρεύθης vertit *venabatur*, pro *præda fuisti*. Sed omnia hujusmodi animadvertere jam desinam; est enim id prope inutile vel certe odiosum, præsertim quia scriptores omnes multifariam labimur.

χιμάζων ἀλλὰ τῇ φύσει συνάπτων, διηγούμενος περὶ A τοῦ δεῖνα πεπονθότος ὑπὸ λῃστῶν, ᾧ φιλανθρωπία παρὰ παντὸς ἀνθρώπου προσήκει, τοῦτο τῆς φύσεως αὐτῆς ἀπαιτούσης. Συνεπιδείκνυται δὲ ἐν τῇ παραβολῇ καὶ τοῦτο, ὅτι μᾶλλον εὑρίσκει τὸν κατὰ φύσιν πλησίον ὁ μὴ τετυφωμένος, ἤπερ ὁ τετυφωμένος· Σαμαρείτης γὰρ ὑπὲρ ἱερέα καὶ Λευίτην· ὅτι οἱ μὲν κείμενον ἡμιθνῆτα καὶ ἐν ἐσχάτοις ὄντα κακοῖς, ἀντιπαρῆλθον, οὐδὲν ἐπ' αὐτῷ πεπονθότες ἀνθρώπινον, οὐ τὸ ἐξ ἀγάπης ἔλαιον ἐπιστάξαντες, ἀσυμπαθὲς δὲ μᾶλλον καὶ ἀπηνὲς ἐσχηκότες τὸ φρόνημα. Ὅ γε μὴν ἀλλογενὴς καὶ τελῶν ἐν Σαμαρείταις πεπλήρωκε τῆς ἀγάπης τὸν νόμον. Ἄκουε γοῦν καὶ τῆς παραβολῆς. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς, κ. τ. λ.

*Ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος*, B κ. τ. λ.

(A f. 144, B f. 106 b, E f. 180 b) Ἄλλως δὲ, ἐπειδὴ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, « Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκεν, ἀλλὰ παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς, » καὶ πᾶσαν μὲν ἐπιθυμίαν βοσκηματώδη καὶ ἀκόλαστον κατηῤῥώστησεν· ἀπαρχὴ γενόμενος τοῦ γένους ἡμῶν ὁ Χριστὸς, ὁ μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν, ἐν ἑαυτῷ πρῶτον ἔδειξε τούτων τῶν κτηνωδῶν παθῶν ὑπεραναβάντας ἡμᾶς· αὐτὸς γὰρ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε. Διὰ τοῦτό εἶπεν, ὅτι τὸν τυχόντα τῆς θεραπείας ἐπὶ τὸ ἴδιον ὑποζύγιον ἀνεβίβασεν· ἐν ἑαυτῷ γὰρ ἡμᾶς ἔφερεν, ὅτι ἐσμὲν μέλη τοῦ σώματος αὐτοῦ. Ἀλλὰ μὴν καὶ εἰς πανδοχεῖον ἀπήγαγε· C πανδοχεῖον δὲ τὴν Ἐκκλησίαν καλεῖ, τὴν πάντων γενομένην δεκτικὴν καὶ χωρητικήν. Οὐκέτι γὰρ κατὰ τὸ στενὸν τῆς νομικῆς σκιᾶς καὶ τῆς ἐν τύποις λατρείας ἀκούσομεν· « Οὐκ εἰσελεύσεται Ἀμμανίτης καὶ Μωαβίτης εἰς ἐκκλησίαν Θεοῦ· » ἀλλά· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. » Καί· « Ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστι. » Καὶ ἀπαγαγὼν, μείζονος ἐπιμελείας ἠξίωσε. Καὶ γὰρ τῆς Ἐκκλησίας συλλεγείσης ἐκ τῶν τῇ πολυθεΐᾳ νενεκρωμένων ἐθνῶν, αὐτὸς ἦν ὁ Χριστὸς ἐν αὐτῇ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, οἰκῶν καὶ ἐμπεριπατῶν, καὶ πᾶσαν πνευματικὴν δωρούμενος χάριν. Ὅθεν καὶ τῷ προεστῶτι τοῦ πανδοχείου (νοηθείη δ' ἂν οὗτος τύπον ἐπέχειν τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν μετ' αὐτοὺς ποιμέ- D νων καὶ διδασκάλων) εἰς οὐρανοὺς ἀνιὼν ἔδωκε δύο δηνάρια, προνοεῖν ἐπιμελῶς τοῦ ἠῤῥωστηκότος. Καὶ προσθεὶς, ὡς Ἐάν τι προσδαπανήσῃς, ἐγὼ ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαί με ἀποδώσω σοι. Δύο δηνάρια, τὰς δύο Διαθήκας φησὶ, τήν τε διὰ τοῦ νόμου Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν, τήν τε διὰ τῶν Εὐαγγελίων δοθεῖσαν καὶ τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων· καὶ ἀμφοτέρας ἑνὸς οὔσας Θεοῦ, καὶ μίαν εἰκόνα τοῦ ἄνω καὶ ἑνὸς βασιλέως φερούσας, ὡς τὰ δηνάρια, καὶ τὸν αὐτὸν μὲν χαρακτῆρα ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ τῶν ἱερῶν λογίων ἐνσφραγιζομένας καὶ ἐντυπούσας, ἐπείπερ καὶ ἓν αὐτὰς καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα λελάληκεν. Ἐρ-

A bans, sed ex sola natura denotans, narratione quam facit de quodam a latronibus male mulcato, cui misericordiam abs quovis homine deberi ait, ita ipsa natura exigente. Insuper in ea parabola docet facilius proximum connaturalem a non superbo inveniri, quam a superbo : Samaritanus enim sacerdote et Levita melior apparet : hi enim semivivum jacentem, et suprema calamitate correptum prætererierunt, nulla humanitate commoti, neque charitatis oleum ei affundentes, sed inclementem potius crudelemque indolem retinentes. Contra vero alienigena et Samaritanus implevit charitatis legem. Audi ergo etiam parabolam. Suscipiens autem Jesus, etc.

B V. 34. *Et imponens illum in jumentum suum*, etc.

Alioqui vero, quia, uti scriptum est : « Homo cum in honore esset, non intellexit, sed comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis [37], » atque omni bellüina ac effreni cupiditate laborare cœpit ; factus generis nostri inchoatio Christus, qui peccatum nescivit, in seipso primo nos ostendit bellüinarum harum cupiditatum victores. Ipse enim infirmitates nostras suscepit, morbosque gestavit. Propterea dixit, quod illum cui medebatur in jumentum suum imposuerit ; in se enim nosmet ferebat, quia membra sumus corporis ejus. Sed et in publicum hospitium duxit ; hospitium Ecclesiam vocans, quæ cunctos excipit continetque. Neque C enim jam secundum legalis umbræ typicique cultus angustias audiemus : « Non intrabit Ammanita ac Moabita in ecclesiam Dei [38] ; » sed : « Euntes, docete omnes gentes [39]. » Itemque : **258** « In omni gente, qui timet Dominum et operatur justitiam, acceptus est illi [30]. » Et sic deductum ægrum majore adhuc cura prosecutus est. Nimirum in Ecclesia, quæ ex gentibus polytheismo mortuis constat, Christus ipse versatur, uti scriptum est, habitans et inambulans, et spiritualem omnem suppeditans gratiam. Unde et hospitii præfecto (hic autem figuram gerere credendus est apostolorum et reliquorum post ipsos pastorum ac magistrorum), cum in cœlum abiit, duos dedit denarios ut diligentem ægroto curam impen- D derent. Addens etiam : Et si quid supererogaveris, ego cum rediero reddam tibi. Duos denarios dicit Testamenta duo, nempe illud a Moysis lege prophetisque, et hoc ab Evangelio atque apostolicis constitutionibus datum ; quæ ambo a Deo sunt, unamque imaginem superni uniusque regis præ se ferunt, ut denarii solent ; eumdemque cordibus nostris characterem per sacras doctrinas imprimunt ac repræsentant ; quoniam utrumque unus et idem Spiritus dictavit Testamentum. Facessat enim Manes, et ante eum Marcion, irreligiosissimi homines, qui diversis diis ea attribuerunt. Unius profecto regis ambo denarii sunt, eodemque actu ac valore dati præfecto

[37] Psal. XLVIII, 21. [38] Deut. XXIII, 3. [39] Matth. XXVIII, 19. [30] Act. X, 35.

hospitii a Christo. Quos quidem acceptos sanctissimarum ecclesiarum pastores, nec sine labore ac sudoribus ampliantes, et de propria etiam crumena aliquid proferentes, et usu potius augentes (hoc enim spirituale argentum impensis non minuitur, sed augetur, cujusmodi reapse est doctrinæ magisterium) revertenti postrema die Domino dicent unusquisque : Domine, duos denarios dedisti mihi : ecce insuper mea industria expendens, duos alios lucratus sum, quibus gregem amplificavi. Ille vero respondens dicet : « Euge, serve bone et fidelis ; quia in paucis fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium Domini tui [31]. »

δαπανήσας οἴκοθεν, ἕτερα δύο κεκέρδηκα, δι' ὧν τὸ ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἧς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σου. »

259 V. 36. *Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones?*

Merito Dominus interrogavit, quemnam e tribus proximiorem se demonstrasse patienti existimaret? Hic autem : Illum puto, inquit, qui misericors fuit. Non enim sive sacerdos sive Levita proximus fuit patienti, sed qui misertus est ejus. Tunc ait Christus : « Vade, et tu fac similiter. » Est enim inutilis sacerdotii dignitas his qui eam sortiti sunt; item iis qui videntur legis periti, hoc nomine appellari non prodest, nisi factis ipsis justam famam obtineant. En charitatis corona texitur ei qui proximum adamavit. Erat hic Samaritanus, non tamen idcirco abjectus. Propterea testatus est discipulorum princeps, beatus nimirum Petrus, his verbis utens : « Vere comperimus, non esse personarum acceptorem Deum, sed in omni gente quisquis eum timet, et operatur justitiam, acceptum illi esse [32]. » Recipit enim omnes bonorum operum studiosos virtutis amans Deus, eosque diligit, et amicorum loco habet, ac futuris bonis dignatur.

V. 38. *Mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam.*

Verumtamen, ut hæc historia demonstrat, magnum quid est et pretiosum hospitalitatis officium. Testabitur et sapientissimus Paulus dicens : « Hospitalitatis nolite oblivisci [33]. » Talis erat Martha quæ Dominum hospitio excepit, quam imitari præclarum est : sicuti etiam sororem ejus cupidissimam discendi Mariam, quæ Domini pedibus assidens, doctrinis ejus mentem suam complebat. Erudit item hoc facto discipulos suos Servator, ut cognoscant qualiter quove modo in hospitum suorum domibus diversari debeant. Oportet enim ingressos non tam supinari ad oblectationes, ne harum causa videantur apud aliquos hospitari, sed ut potius hospites suos sacris divinisque doctrinis impleant.

A ῥέτω γὰρ Μάνης, καὶ πρὸ αὐτοῦ Μαρκίων, οἱ ἀθεώτατοι, διαφόροις θεοῖς ταύτας μερίζοντες (1)· ἑνὸς γὰρ βασιλέως ἐστὶ τὰ δύο δηνάρια, καὶ κατὰ ταὐτὸν καὶ ὁμοτίμως δοθέντα τῷ προεστῶτι τοῦ πανδοχείου παρὰ Χριστοῦ· ἃ δὴ καὶ λαβόντες οἱ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν ποιμένες, καὶ μετὰ πόνων καὶ ἱδρώτων ταῖς διδασκαλίαις πλατύναντες,· καὶ οἴκοθεν προσδαπανήσαντες, καὶ διὰ τῆς δαπάνης μᾶλλον αὐξήσαντες (τοιοῦτον γὰρ τὸ νοητὸν ἀργύριον ἐξ ὧν δαπανᾶται, μὴ μειούμενον ἀλλ' αὐξόμενον, ὅπερ ὁ τῆς διδασκαλίας λόγος ἐστὶν), ἐπανερχομένῳ τῷ Δεσπότῃ κατὰ τὴν τελευταίαν ἡμέραν, ἐροῦσιν ἕκαστος· Κύριε, δύο δηνάρια δέδωκάς μοι· ἰδοὺ προσποίμνιον ηὔξησα. Καὶ ἀποκριθεὶς ἐρεῖ· « Εὖ, δοῦλε σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου

B *Τίς οὖν τούτων τῶν τριῶν δοκεῖ σοι πλησίον γεγονέναι τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστάς;*

(A f. 146, E f 189 b) Εἰκότως ὁ Κύριος ἤρετο, τίνα τῶν τριῶν πλησίον γενέσθαι νενόμικε τοῦ πεπονθότος; Ὁ δέ· Ὁ ποιήσας, φησὶ, τὸ ἔλεος μετ' αὐτοῦ. Οὔτε γὰρ ὁ ἱερεὺς, οὔτε ὁ Λευΐτης πλησίον γέγονε τοῦ πεπονθότος, ἀλλ' ὁ οἰκτισάμενος. Καὶ πρὸς ταῦτα Χριστός· « Πορεύου, καὶ σὺ ποίει ὁμοίως.» Ἀνόνητον γὰρ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα, τοῖς λαχοῦσιν αὐτὸ, καὶ τοῖς δοκοῦσιν εἶναι νομομαθέσι, τὸ ὠνομάσθαι νομομαθεῖς, εἰ μὴ δι' αὐτῶν εὐδοκιμοῦσι τῶν ἔργων. Ἰδοὺ γὰρ πέπλεκται τῆς ἀγάπης ὁ στέφανος τῷ τὸν πλησίον ἠγαπηκότι· Σαμαρείτης οὗτος ἦν, ἀλλ' οὐκ ἀπόβλητος. Διὰ τοῦτο μεμαρτύρηκεν ὁ πρῶτος ἐν μαθηταῖς, τουτέστιν ὁ μακάριος Πέτρος, C ὧδέ πως φήσας· « Ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομεν ὅτι οὐκέτι προσωπολήπτης ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν καὶ ποιῶν δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστι. » Προσίεται γὰρ ἅπαντας τοὺς τῶν ἀγαθῶν ἐπιτηδευμάτων ἐραστὰς ὁ φιλάρετος Κύριος, καὶ ἀσπάζεται, καὶ γνησίους τίθησι, καὶ τῶν μελλόντων ἀξιοῖ ἀγαθῶν.

*Γυνὴ δέ τις ὀνόματι Μάρθα ὑπεδέξατο αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς.*

(A f. 146 b) Πλὴν, κατὰ τὴν ἱστορίαν, μέγα τι χρῆμα καὶ ἀξιόκτητον ὁ τῆς φιλοξενίας τρόπος· καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ σοφώτατος Παῦλος· « Τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε. » Τοιαύτη τις ἡ Μάρθα D ὑποδεχομένη τὸν Κύριον, ἣν καλὸν καὶ μιμήσασθαι· ὥσπερ καὶ τὴν φιλομαθεστάτην αὐτῆς ἀδελφὴν Μαρίαν, ἣ τοῖς τοῦ Σωτῆρος ποσὶ προσιζήσασα, τῶν παρ' αὐτοῦ διδαγμάτων τὴν ἑαυτῆς ἐμπίπλησι φρένα. Ὀνίνησι δὲ πάλιν καὶ διὰ τούτων ὁ Σωτὴρ τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, ἵν' εἰδεῖεν, ὅπως τε καὶ τίνα τρόπον ταῖς τῶν ἐπιδεχομένων αὐτοὺς οἰκίαις ἐνδιαιτᾶσθαι χρή. Δεῖ γὰρ εἰσβάλλοντας οὐχ ὑπτιοῦσθαι μᾶλλον εἰς ἀνέσεις, οὔτε μὴν ὅλως δοκεῖν ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας καταλύειν παρά τισιν, ἀλλ' ἵνα

[31] Matth. xxv, 16-21. [32] Act. x, 34, 35. [33] Hebr. xiii, 2.

(1) Hanc Marcionis cum Manete impiam consensionem narrat etiam sanctus Epiphanius hæres. 42, cap. 4.

μᾶλλον αὐτοὺς ἐπιμεστώσειαν μαθημάτων θείων καὶ ἱερῶν. Οἱ δὲ τὴν ἑστίαν αὐτοῖς ἀνευρύνοντες, ὑπαντάτωσαν ἱλαροὶ καὶ πρόθυμοι· οὐχ ὡς διδόντες τι μᾶλλον, ἀλλ' ὡς αὐτοὶ ληψόμενοι, κατὰ διττὸν τρόπον· πρῶτον μὲν γὰρ ταῖς παρὰ τῶν ξενιζομένων ἐντρυφήσουσι μυσταγωγίαις· εἶτα πρὸς τούτῳ καὶ τὸν τῆς φιλοξενίας κερδανοῦσι μισθόν. Ἐπιδεχόμενοι δὲ εἰς ἑστίαν τοὺς ἀδελφοὺς, μὴ περισπάσθωσαν περὶ πολλὴν διακονίαν, μὴ ζητείτωσαν τὰ ὑπὲρ χεῖρα καὶ χρείαν· λυπεῖ γὰρ πανταχοῦ ἐν παντὶ πράγματι τὸ περιττόν· ἐνεργάζεται μὲν γὰρ τοῖς φιλοξενεῖν ἐθέλουσιν ὄκνον· καμάτου δὲ τοῖς ἑστιωμένοις εὑρίσκεται πρόξενον.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

*Ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τόπῳ τινὶ προσευχόμενον.*

(A f. 147) Καί τοι Θεός ἐστιν ἀληθινὸς, καὶ Υἱὸς τοῦ ἐπὶ πάντας Θεοῦ, καὶ διανέμει μὲν αὐτὸς τῇ κτίσει τὰ πάντα, δι' ὧν ἂν εὖ ἔχοι καὶ σώζηται· δεῖται δὲ ὅλως αὐτὸς οὐδενός· πλήρης γάρ ἐστι, φησὶν, αὐτός· τίνος οὖν ἐν χρείᾳ καθεστάναι φαίη τις ἂν αὐτὸν, πάντα ἔχοντα φυσικῶς τὰ τοῦ Πατρός; Ἔφη γὰρ ἐναργῶς, ὅτι «Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστιν.» Ἔχει δὲ ὁ Πατὴρ τὸ εἶναι πλήρης ἀγαθοῦ παντὸς καὶ θεοπρεπῶν ἀξιωμάτων. Ἔστι δὲ τοῦτο καὶ τοῦ Υἱοῦ· καὶ τοῦτο εἰδότες οἱ ἅγιοι λέγουσιν, ὅτι «Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες ἡμεῖς ἐλάβομεν.» Τί δῆτα οὖν προσεύχεται, φησὶν, εἰ πλήρης ἐστὶ, καὶ οὐδενὸς ὅλως δεῖται τῶν τοῦ Πατρός; Πρὸς τοῦτό φαμεν ὅτι δίδωσι μὲν αὐτῷ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας ὁ τρόπος τὸ εἴπερ ἕλοιτο πληροῦν τὰ ἀνθρώπινα, καιροῦ καλοῦντος εἰς τοῦτο. Εἰ γὰρ ἔφαγε καὶ πέπωκεν, ὕπνου τε μετεσχηκὼς εὑρίσκεται, τί τὸ ἄτοπον κἂν εἰ τοῖς καθ' ἡμᾶς συγκαθιστάμενος μέτροις, καὶ ἀνθρωπίνην δικαιοσύνην ἀποπληρῶν, οὐκ ἀνεπιτήδευτον ἐποιεῖτο τὴν προσευχήν; ἵνα ἡμᾶς διδάξῃ μὴ ῥαθύμους εἶναι πρὸς τοῦτο· συντείνεσθαι δὲ μᾶλλον λιτὰς, οὐκ ἐν πλατείαις ἑστῶτας μέσαις (ἔδρων γὰρ τοῦτο τῶν Ἰουδαίων τινὲς, Γραμματεῖς δέ εἰσιν οὗτοι καὶ Φαρισαῖοι, φιλοδοξίας ἀφορμὴν τὸ χρῆμα ποιούμενοι), καταμόνας δὲ μᾶλλον, ἡσυχῇ τε καὶ ἀνακεχωρημένως, καὶ οἷον μόνους μόνῳ λαλοῦντας Θεῷ, καθαρῷ καὶ ἀπερισπάστῳ νῷ. Ἔδει γὰρ ἀγαθοῦ παντὸς καὶ ἐπωφελεστάτου πράγματος ἀρχὴν καὶ διδάσκαλον οὐχ ἕτερόν τινα ἡμῖν γενέσθαι μᾶλλον, ἀλλ' αὐτὸν τὸν ἐν πᾶσι πρωτεύοντα καὶ τὰς παρὰ πάντων δεχόμενον λιτάς.

*Εἶπε δὲ αὐτοῖς· Ὅταν προσεύχησθε, λέγετε· Πάτερ ἡμῶν*, κ. τ. λ.

(A f. 149) Ὦ πολλῆς ἀφθονίας! ὦ γαληνότητος ἀσυγκρίτου καὶ μόνῳ πρεπούσης αὐτῷ! Τὴν ἰδίαν ἡμῖν χαρίζεται δόξαν, ἀναβιβάζει τὸ δοῦλον εἰς ἐλεύθερον ἀξίωμα, Πατέρα καλεῖν ἐφίησι τὸν Θεὸν, ὡς ἐν υἱῶν τάξει γεγενημένους. Παρ' αὐτοῦ δὲ καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ἐσχήκαμεν· καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ σοφὸς Ἰωάννης περὶ αὐτοῦ· «Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι.»

A Verumtamen ii qui victum iis largiuntur, occurrant hilares alacresque, non tam ut dantes quam 260 ut accepturi; idque duplici ex causa: primum quidem quia hospitum suorum fruentur doctrinis, deinde etiam quia hospitalitatis mercedem consequentur. Dum autem convivio excipiunt fratres, ne multo ministerio distrahantur, nec præter id quod ad manum usumque fuerit, quidquam requirant: molestum enim est ubique et in omni re quidquid est nimium: nam et eos qui exhibere hospitalitatem volunt, remoratur, et iis qui recipiuntur hospitio grave est.

## CAP. XI.

B V. 1. *Cum esset in quodam loco orans.*

Cum verus sit Deus, Filiusque supremi Dei, et ipse creaturis omnia distribuat per quæ bene habeant et conserventur; cumque nulla re prorsus indigeat, quia plenus, ut ait [34], est: cujusnam rei usum optari ab eo quisquam dicat, qui omnia naturaliter habet quæ Patris sui sunt? Dixit enim manifeste: «Omnia quæ Pater habet, mea sunt [35].» Est Patris proprietas, ut omni re bona sit plenus Deoque dignis muneribus. Id vero proprium quoque Filii est: cujus rei sancti homines gnari aiunt: «De plenitudine ejus nos omnes accepimus [36].» Cur ergo jam orat, inquit aliquis, si plenus est, et nulla re caret quam habet Pater? Ad hæc dicimus, C dispensationis in carne modum concedere ei facultatem humana officia, si velit, implendi, cum occasio id tulerit. Nam si comedit et bibit, et somno indulsisse comperitur; quomodo sit absurdum, dum in nostræ naturæ finibus versaretur, et humanæ justitiæ daret operam, eum non incongruas preces frequentasse? ut nos doceret ne ad id genus officii torperemus, sed orationi animum intenderemus haud in mediis plateis stantes (id quod factitabant Judæi nonnulli, Scribæ nimirum ac Pharisæi, jactantiæ occasionem inde capientes), sed solitarii potius, tacite atque seorsum, soli cum solo Deo colloquentes, pura minimeque distracta 261 mente. Oportebat enim bonæ omnis atque utilissimæ rei cujuslibet initium nobis fieri atque magistrum D haud alium magis, quam ipsum qui in cunctis princeps est, atque omnium preces excipit.

V. 2. *Ait autem illis: Cum oratis, dicite: Pater noster*, etc.

O magna liberalitas! o incomparabilis unique ipsi conveniens clementia! Suam nobis largitur gloriam, servum ad liberi dignitatem subvehit, Patrem appellare concedit nobis Deum, ceu in filiorum ordine constitutis. Ab ipso autem hoc quoque munus accepimus; quam rem testabitur sapiens Joannes dicens: «Quotquot autem eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri [37].»

[34] Isa. I, 11. [35] Joan. XVI, 15. [36] Joan. I, 16. [37] Ibid. 12.

Filii enim efficimur per genituram spiritalem, quæ nobis accidit haud a corruptibili semine, sed a verbo Dei viventis permanentisque, sicuti scriptum est : « Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturarum ejus. » Namque ita sanctorum apostolorum quidam locutus est [38]. Quin adeo et ipse Christus rei viam evidentem ostendit dicens : « Nisi quis genitus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum Dei [39]. » Imo vero, oportet enim quædam etiam peniliora vobis dicere, ipse nobis factus est tam splendidæ pretiosæque gratiæ via, janua, occasioque, cum sibi nostram similitudinem induit. Sumpsit enim servi formam; quanquam, prout intelligitur et est reapse Deus, liber est, ut sua nobis communicaret. Solus enim suapte natura ipse liber B est, qui solus Filius est illius qui omnia excedit et universalis est Dominus, Patris, inquam, natura sua vereque liberi. Nam quod ad nativitatem perducitur, subditam habet creanti se cervicem. Canit itaque Melodus, aitque ad eum : « Quoniam omnia serviunt tibi [40]. » Quod autem nostra ad se transferens, sapiente ratione sua nobis communicaverit, testis aderit mysteriorum ejus **262** sacerdos sapientissimus Paulus scribens : « Qui cum dives esset, egenus est factus, ut nos inopia ejus divites essemus [41]. » Etenim inopiæ instar Deo Verbo fuit, res humani generis participare; opum autem instar est hominis naturæ, dum quæ sunt Christi accipit; quas inter libertatis dignitas est, eos potissime decens qui ad adoptionem in filios sunt C vocati. Jam et hoc ipsum, ut dixi, donum ipsius est. Dixit enim nobis : « Nolite patrem vobis vocare super terram : unus enim est Pater vester cœlestis : vos autem cuncti fratres estis [42]. » Nam quia unus ipse de nobis factus est, idcirco fraternitatem cum illo nacti sumus. Jubet itaque nos audere, et Patrem in precibus invocare. Sapientissime autem illud quoque orantes vult cogitare : nam si Patrem appellamus Deum, tamque splendido affecti honore fuimus, cur indignam honorante vitam degimus? Hoc quidam sanctorum apostolorum ait : « Si Patrem invocatis eum qui sine personarum acceptione, secundum uniuscujusque opus judicat, cum timore incolatus vestri tempore conversamini [43]. » D

A Μεμορφώμεθα γὰρ εἰς υἱότητα, διὰ γεννήσεως τῆς πνευματικῆς, τελουμένης ἐν ἡμῖν οὐκ ἐκ σπορᾶς φθαρτῆς μᾶλλον, ἀλλὰ διὰ λόγου ζῶντος Θεοῦ καὶ μένοντος, καθὰ γέγραπται· « Βουληθεὶς γὰρ ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν ἑαυτοῦ κτισμάτων. » Ἔφη γὰρ οὕτω τις τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Καὶ αὐτὸς δέ που Χριστὸς, τὴν τοῦ πράγματος ὁδὸν ἐναργῆ καθίστη, λέγων· « Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. » Μᾶλλον δὲ, δεῖ γὰρ πρὸς ὑμᾶς (1) καί τι τῶν ἀπορρήτων εἰπεῖν, αὐτὸς ἡμῖν γέγονε τῆς οὕτω λαμπρᾶς καὶ ἀξιοκτήτου χάριτος ὁδὸς, καὶ θύρα, καὶ ἀφορμὴ, τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ὑπελθών· ἔλαβε γὰρ δούλου μορφὴν, καίτοι καθ' ὃ νοεῖται καὶ ἔστιν Θεὸς, ἐλεύθερος ὢν, B ἵν' ἡμῖν τὰ ἑαυτοῦ χαρίσηται. Μόνος γὰρ κατὰ φύσιν ἐλεύθερος αὐτὸς, ὅτι καὶ μόνος ἐστὶν Υἱὸς τοῦ τὰ πάντα ὑπερκειμένου καὶ κατεξουσιάζοντος τῶν ὅλων, φύσει τε καὶ ἀληθῶς ἐλευθέρου Πατρός· πᾶν γὰρ τὸ παρενεχθὲν εἰς γένεσιν, δοῦλον ὑπέχει τῷ κτίσαντι τὸν αὐχένα. Ψάλλει γοῦν ὁ Μελῳδὸς, καί φησι πρὸς αὐτόν· « Ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλά σου. » Ὅτι δὲ τὰ ἡμῶν εἰς ἑαυτὸν μεταθεὶς, οἰκονομικῶς δέδωκεν ἡμῖν τὰ ἑαυτοῦ, πιστώσεται γράφων ὁ τῶν αὐτοῦ μυστηρίων ἱερουργὸς, ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Ὅτι πλούσιος ὢν, ἐπτώχευσεν, ἵν' ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. » Πτωχεία μὲν γὰρ τῷ Θεῷ Λόγῳ, τὰ καθ' ἡμᾶς, ἤτοι τὰ ἀνθρώπινα· πλοῦτος δὲ τῇ ἀνθρώπου φύσει, τὸ λαβεῖν τὰ αὐτοῦ· ὧν ἕν ἐστι τὸ ἐλεύθερον ἀξίωμα, πρέπον ὡς μάλιστα τοῖς εἰς υἱότητα κεκλη- C μένοις. Αὐτοῦ δὲ καὶ τοῦτο, ὡς ἔφην, τὸ δῶρον· ἔφη γὰρ πρὸς ἡμᾶς· « Καὶ πατέρα μὴ καλέσητε ἐπὶ τῆς γῆς· εἷς γάρ ἐστιν ὁ Πατὴρ ὑμῶν, ὁ οὐράνιος· πάντες δὲ ὑμεῖς ἀδελφοί ἐστε. » Ἐπειδὴ γὰρ γέγονε καθ' ἡμᾶς, διὰ τοῦτο πεπλουτήκαμεν ἡμεῖς τὴν πρὸς αὐτὸν ἀδελφότητα. Κελεύει τοίνυν παῤῥησιάζεσθαί τε καὶ λέγειν ἐν προσευχαῖς Πατέρα. Οἰκονομικώτατα δὲ λίαν δίδωσι κἀκεῖνο τοῖς προσευχομένοις ἐννοεῖν· εἰ γὰρ Πατέρα καλοῦμεν τὸν Θεὸν, καὶ τῆς οὕτω λαμπρᾶς ἠξιώθημεν τιμῆς, πῶς οὐκ ἀξίως τοῦ τετιμηκότος πολιτευσόμεθα; Τοῦτό τις ἔφη τῶν ἁγίων ἀποστόλων· « Εἰ Πατέρα ἐπικαλεῖσθε τὸν ἀπροσωπολήπτως κρίνοντα κατὰ τὸ ἑκάστου ἔργον, ἐν φόβῳ τὸν τῆς παροικίας ὑμῶν χρόνον ἀναστράφητε. »

V. 2. *Sanctificetur nomen tuum.*

Num sanctitatis additamentum fieri petimus Deo sanctissimo? Hoc quidem prorsus est improbabile. Plenus est enim, ut ipse ait [44], se ipso, atque in se perfectissimus; imo ipse sanctitatem creatis rebus suppeditat de plenitudine sua. Stultum insuper et ridiculum est existimare, eos qui orant non magis pro se, quam pro illo, preces effundere. Quid

*Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου.*

(A f. 149 b) Ἆρα ἁγιασμοῦ προσθήκην ἐγγενέσθαι παρακαλοῦμεν τῷ παναγίῳ Θεῷ; Καὶ μὴν τοῦτό ἐστιν οὐκ ἄμεμπτον παντελῶς. Πλήρης γάρ ἐστι, καθά φησιν αὐτὸς, ἐξ ἑαυτοῦ τε καὶ ἐν ἑαυτῷ παντέλειος, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ χορηγῶν τῇ κτίσει τὸν ἁγιασμὸν ἐξ ἰδίου πληρώματος. Πρὸς δὲ αὖ τούτοις, εὔηθες καὶ καταγέλαστον τὸ νομίζεσθαι τοὺς

[38] Jac. i, 18. [39] Joan. iii, 5. [40] Psal. cxviii, 91. [41] II Cor. viii, 9. [42] Matth. xxiii, 9. [43] I Petr. i, 17. [44] Isa. i, 2.

(1) Nota indicium, recitatam ad populum fuisse homiliarum more hanc explanationem; sicut alibi vocabulum vocativum *charissime* id ipsum innuit.

προσευχομένους οὐχ ὑπέρ γε μᾶλλον ἑαυτῶν, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ ποιεῖσθαι τὰς λιτάς. Τί οὖν ἄρα ἐστὶ τὸ, « Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου; » Φαμὲν, ὅτι οὐχ ἁγιασμοῦ προσθήκην ἐνυπάρξαι παρακαλοῦσι τῷ ἐπὶ πάντας Θεῷ. Τίς γάρ ἐστιν ὁ μείζων αὐτοῦ, καὶ προσδοῦναί τι δυνάμενος; Χωρὶς γὰρ πάσης ἀντιλογίας, τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἑαυτοῖς τε καὶ πᾶσιν ὑπάρξαι παρακαλοῦσιν. Ὅτε διανοούμεθα καὶ πιστεύομεν ὅτι Θεὸς ὁ φύσει καὶ ἐπὶ πάντας, ἅγιος ἁγίων ἐστὶ, τότε τὸν φόβον αὐτοῦ λαβόντες εἰς νοῦν, ὀρθήν τε καὶ ἀνεπίληπτον ἐπιτηδεύομεν ζωήν· ἵνα οὕτως ἅγιοι γεγονότες, ἐγγὺς εἶναι δυνηθῶμεν τοῦ ἁγίου Θεοῦ. Γέγραπται γάρ, ὅτι « Ἅγιοι ἔσεσθε, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι. » Ἔφη δή που καὶ πρὸς τὸν ἱεροφάντην Μωϋσέα· « Ἐν τοῖς ἐγγίζουσί μοι ἁγιασθήσομαι. » Οὐκοῦν ἐν ἡμῖν, φησὶν, ἅγιον ἔστω τὸ ὄνομά σου· τοῦτο γὰρ δὴ τὸ *ἁγιασθήτω* δηλοῖ. Καὶ οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ παντὸς τοῦ κόσμου, τοῦτο παρακαλοῦσιν. Ἐννόησον γὰρ ὅτι παρὰ τοῖς οὔπω τὸ τῆς ἀληθείας πλουτήσασι φῶς, μήτε μὴν τὴν πίστιν παραδεξαμένοις, ἔτι καταφρονεῖται τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ. Οὔπω γὰρ αὐτοῖς ἅγιον εἶναι δοκεῖ, καὶ σεπτὸν καὶ προσκυνητόν. Ἐπὰν δὲ τὸ τῆς ἀληθείας αὐτοῖς ἐλλάμψῃ φῶς, καὶ ὡς ἐκ νυκτὸς καὶ σκότους διαγρηγορήσωσι, μόλις τότε μαθόντες τίς τε καὶ ὅσος ἐστὶν, ἅγιον ἁγίων ὁμολογοῦσιν αὐτόν. Ὅτι δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχει, συνήσεις ἐντεῦθεν. Ἔφη τις τῶν ἁγίων προφητῶν· « Κύριον αὐτὸν ἁγιάσατε, καὶ αὐτὸς ἔσται σοι φόβος· καὶ ἐὰν ἐπ' αὐτῷ πεποιθὼς ᾖς, ἔσται σοι εἰς ἁγιασμόν. » Ἆρα οὖν ἡμεῖς ἅγιον ἀποτελοῦμεν τὸν Θεὸν, τὸν ἐξ ἰδίου πληρώματος διανέμοντα πλουσίως τῇ κτίσει τὰ παρ' ἑαυτοῦ; Ἀλλὰ δῆλον ὡς ἐκεῖνο διδάσκειν φαμὲν αὐτὸν, ὅτι Ἅγιον εἶναι αὐτὸν πιστεύετε· τότε γὰρ αὐτὸν φοβηθήσεσθε, ἔσται δὲ οὗτος ὑμῖν καὶ εἰς ἁγιασμόν. Γέγραπται δὲ πάλιν περὶ Χριστοῦ· « Ἁγιάσατε τὸν φαυλίζοντα τὴν ψυχήν· » τουτέστι, παρ' οὐδὲν αὐτὴν ἡγήσατο· τέθεικε γὰρ αὐτὴν ὑπὲρ ἡμῶν. Πλὴν ἁγιαζέσθω, φησὶ, παρ' ὑμῶν, τουτέστιν ὁμολογείσθω ἅγιος. Καὶ γάρ ἐστι τοῦτο κατὰ φύσιν, Θεὸς ὢν ἀληθινὸς, καὶ Υἱὸς Θεοῦ. Τὸ γὰρ ἅγιον οὐσιωδῶς πρέποι ἂν οὐδενὶ μὲν τῶν ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παρενηνεγμένων, μόνῃ δὲ τῇ ἀνωτάτω καὶ ὑπὲρ πάντα φύσει. Ὅταν οὖν πιστεύωμεν ὅτι κατὰ φύσιν ἅγιός ἐστι, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ « ἁγιάζειν αὐτὸν, » τότε προσομολογοῦμεν ὅτι καὶ Θεός ἐστιν ἀληθινὸς, ἔτι δὲ κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν λοιπῶν, καὶ ἐν ὑπεροχῇ μεγίστῃ.

*Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου.*

(A f. 150) Ἀεί γε μὴν βασιλεύοντος τοῦ Θεοῦ, καὶ κατακρατοῦντος ὅλων, τί δὴ βούλεται τὸ, « Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου; » Ἐοίκασι τοίνυν ἐπιθυμεῖν οἱ τοῦτο λέγοντες ἐν προσευχαῖς, ἐπιλάμψαντα πάλιν ἰδεῖν ἐν κόσμῳ τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Χριστόν. Ἥξει γὰρ, ἥξει, καὶ καταβήσεται κριτὴς, καὶ οὐχ ἐν ὑφέσει τότε τῇ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ δορυφορούντων

A ergo sibi volunt verba « Sanctificetur nomen tuum? » Dicimus homines haud precari ut summo Deo sanctitatis fiat accessio. Quis enim major est illo, atque ei quidquam superaddere valens? Nam quod minor a majore benedicatur, extra omnem controversiam est. Sed illud potius et sibi et cunctis ut eveniat, orant. Cum consideramus et credimus Deum, qui natura sua supra omnes est, sanctum sanctorum esse, tunc ejus timorem mente nostra volventes, rectam et inculpabilem vitam 263 degimus; ut sic sancti effecti, ad Deum sanctum appropinquare possimus. Scriptum est enim: « Sancti estote, quia ego sanctus sum [65]. » Dixit vero aliquando Deus hierophantæ Moysi: « In appropinquantibus mihi sanctificabor [66]. » Ergo in nobis,

B inquit, sanctum esto nomen tuum; hoc enim hic vocabulum *sanctificetur* significat. Neque pro seipsis tantum, sed etiam pro universo mundo hoc orantes petunt. Etenim reputandum est, apud eos qui nondum veritatis lumen sunt adepti, neque fidem receperunt, contemni adhuc nomen Dei. Nondum quippe illis sanctum videtur, augustumque adorabile. Cum autem ipsis veritatis jubar illuxerit, ac veluti ex nocte et tenebris evigilaverint, vix tum denique cognoscentes quis quantusve sit, ipsum sanctum esse sanctorum confitebuntur. Quod vero hæc ita se habeant, inde intelliges. Ait quidam de sanctis prophetis: « Dominum ipsum sanctificate, et ipse erit tibi pavor: quod si illi confisus fueris, erit tibi in sanctificationem [67]. »

C Num ergo nos sanctum efficimus Deum, qui de propria plenitudine distribuit copiose creaturis quæ sua sunt? Sine dubio autem hoc dicimus ab eo doceri, nempe, ipsum sanctum credite; tunc enim eumdem timebitis, atque ita vobis causa sanctitatis erit. De Christo item scriptum est: « Sanctificate eum, qui animam suam vilificavit [68]; » id est qui eam pensi non habuit, quam scilicet pro nobis posuit. Verumtamen a vobis sanctificetur, inquit, id est, eum sanctum esse fateamini. Est enim revera suapte natura talis; cum sit Deus verus, et Filius Dei. Nam sanctitas substantialis nemini propria est, qui de non exstantibus ad exsistendum productus fuerit, sed uni summæ et super omnia natu-

D ræ. Cum ergo credimus eum natura propria sanctum, hoc enim valet dictio « sanctificate eum, » tunc simul confitemur Deum esse verum, et quidem a cæteris rebus sejunctum, et summo in culmine constitutum.

264 V. 2. *Adveniat regnum tuum.*

Age vero cum Deus ab æterno regnet, et universale imperium teneat, quid sibi volunt verba « Adveniat regnum tuum? » Videntur itaque optare, qui hæc dicant orantes, videre rursus apparentem mundo universalem Servatorem Christum. Veniet enim, veniet descendetque judex, neque jam in humilitate nostra, sed cum digna Deo gloria stipanti-

[65] Levit. xi, 44. [66] Levit. x, 3. [67] Isa. viii, 13. [68] Isa. xlix, 7.

hos angelis, ut mundum judicet. Defensionis erit ergo tempus illud, imo probationis ac retributionis: ignis præparatus est improbis, et diutina pœna, perpetuusque cruciatus. Cur ergo ut videant tempus illud, orant? Considera mecum rursus Servatoris solertiam, et in omni re prudentiam admirandam. Jussit enim precibus postulare illius vere formidandi temporis adventum, ut cognoscerent oportere eos vivere haud ignave aut dissolute, sed potius ut sanctos decet, atque uti Deo placet; ut præmia ipsis illud tempus conferat, non autem flammas ac pœnam. Nam impiis atque impuris nullatenus convenit dicere in precibus, « Adveniat regnum tuum. » Sciant itaque quod ita precantes, propemodum incusant Deum, quod non citius ipsis punitionis tempus oriatur et superveniat. His sanctus quidam propheta inclamat: « Væ iis qui diem Domini optant! Cur? Hæc vobis dies Domini tenebræ erit, non lumen, caligo luce omni carens [49]. » Ergo petunt sancti, ut Servatoris nostri universaliter regnaturi tempus adsit, quoniam satis jam laboraverunt, et patratorum a se operum mercedem exquirunt. Confidunt enim splendidos se coram judice apparituros.

A ἀγγέλων, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον. Ἀπολογίας τοίνυν ὁ τότε καιρὸς, μᾶλλον δὲ δοκιμασίας καὶ ἀνταποδόσεως· πῦρ ἡτοίμασται τοῖς ἀνόμοις, καὶ δίκη μακρὰ, διηνεκῆ κολαστήρια. Εἶτα πῶς ἰδεῖν ἐκεῖνον εὔχονται τὸν καιρόν; Ἄθρει δή μοι πάλιν τοῦ Σωτῆρος τὸ εὐτεχνὲς, καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραγμάτων ἀξιοθαύμαστον οἰκονομίαν. Ἐκέλευσε γὰρ διὰ προσευχῆς αἰτεῖν αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν ὄντως φρικτὸν ἐπιστῆναι καιρὸν, ἵνα εἰδεῖεν ὅτι διαβιοῦν αὐτοὺς ἀναγκαῖον, οὐ ῥᾳθύμως ἢ παρειμένως, ἁγιοπρεπῶς δὲ μᾶλλον, καὶ κατά γε τὸ αὐτῷ δοκοῦν· ἵνα στεφάνων αὐτοῖς εὑρεθῇ πρόξενος ὁ καιρὸς, καὶ μὴ πυρὸς καὶ δίκης. Τοῖς γὰρ ἀνόμοις καὶ βεβήλοις πρέποι ἂν κατ' οὐδένα τρόπον τὸ λέγειν ἐν προσευχαῖς, « Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. » Ἤγουν ἴστωσαν ὡς τοῦτο λέ-
B γοντες, μονονουχὶ καταιτιῶνται Θεὸν, ὅτι μὴ θᾶττον αὐτοῖς ὁ τοῦ κολάζεσθαι καιρὸς ἀνίσχει καὶ φαίνεται· τούτοις ἐπιφθέγγεταί τις τῶν ἁγίων προφητῶν· « Οὐαὶ οἱ ἐπιθυμοῦντες τὴν ἡμέραν Κυρίου! Ἵνα τί; ὑμῖν αὕτη ἡ ἡμέρα τοῦ Κυρίου, καὶ αὕτη ἐστὶ σκότος καὶ οὐ φῶς, καὶ γνόφος οὐκ ἔχων φέγγος. » Οὐκοῦν αἰτοῦσιν οἱ ἅγιοι τὸν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὁλοτελοῦς βασιλείας ἐπιστῆναι καιρὸν, ἅτε δὴ πεπονηκότων ἃ δεῖ, καὶ τῶν ἤδη προειργασμένων αὐτοῖς ζητοῦντες τὰς ἀμοιβάς. Τεθαῤῥήκασι γὰρ ὅτι λαμπροὶ παραστήσονται τῷ κριτῇ.

*Fiat voluntas tua, sicut in cœlo et in terra.*

Hoc quoque sanctos decet, et quamlibet laudem excedit. Nam velle in terra prævalere bonam Dei voluntatem, quid aliud est quam velle ut cuncti virtutem omnem exerceant eaque se imbuant? Sic excellenter se gerere sanctos angelos in **265** cœlis dicimus. Scriptum est enim de ipsis: « Benedicite Domino, omnes virtutes ejus, ministri ejus qui facitis voluntatem ipsius [50]. » Qui itaque ita dicunt, vires suppeditari postulant in terra degentibus, ut Dei voluntati obtemperent, et supernam cœlestem imitentur vitam, eam scilicet quam sancti angeli agunt: ut, quemadmodum Paulus ait [51], etsi in terra ambulantes, nihilominus in cœlo conversentur. Insuper dicimus, peccati exstinctionem cupere eos videre qui dicunt: Fiat voluntas tua, sicut in cœlo et in terra. Voluntas enim, ut dixi, summi Dei est, ut sancte in terra vivamus, atque ita primogenitorum Ecclesiæ, supernæ inquam, imitatio et imago veluti quædam in terris conspecta Christum oblectet.

*Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.*

(A f. 150 b) Ἁγιοπρεπὲς δὲ καὶ τοῦτο, καὶ παντὸς ἐπαίνου μεστόν. Τὸ γὰρ ἐν γῇ βούλεσθαι κρατεῖν τὸ
C ἀγαθὸν θέλημα τοῦ Θεοῦ, τί ἂν ἕτερον εἴη, πλὴν ὅτι τὸ πάντας ἐθέλειν ἁπάσης ἀρετῆς ἀποτελεστὰς εἶναι καὶ ἐπιστήμονας; Οὕτω καὶ διαπρέπειν ἐν οὐρανοῖς τοὺς ἁγίους ἀγγέλους φαμέν. Γέγραπται γὰρ περὶ αὐτῶν· « Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ, λειτουργοὶ αὐτοῦ, ποιοῦντες τὰ θελήματα αὐτοῦ. » Ἰσχὺν τοίνυν παρακαλοῦσι δοθῆναι τοῖς ἐπὶ γῆς οἱ τοῦτο λέγοντες, ἵνα ποιῶσι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἄνω καὶ ἐν οὐρανοῖς ἀπομιμῶνται πολιτείαν, τήν παρά γέ φημι τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις· ἵνα, ὡς ὁ Παῦλός φησιν, ἐπὶ γῆς περιπατοῦντες, ἔχωσιν ἐν οὐρανῷ τὸ πολίτευμα. Πρὸς δ' αὖ τούτοις φαμὲν, ὅτι τῆς ἁμαρτίας τὴν ἀναίρεσιν αἰτοῦσιν ἰδεῖν οἱ λέγοντες· « Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ
D καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. » Θέλημα γὰρ, ὡς ἔφην, τοῦ ἐπὶ πάντας Θεοῦ, τὸ ἁγίως πολιτεύεσθαι τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ἵνα τῆς τῶν πρωτοτόκων Ἐκκλησίας, τῆς ἄνω φημὶ, μίμημα καὶ εἰκὼν ὥσπερ τις, ἡ ἐπὶ γῆς ὁρωμένη, κατευφραίνῃ Χριστόν.

V. 3. *Panem nostrum ob subsistendum da nobis quotidie.*

Putant fortasse nonnulli, incongruum esse, et sanctis alienum, corporalia a Deo postulare, eamque ob causam ad spiritalem sensum id dictum transferunt, panemque eos petere dicunt non ter-

*Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον* (1) *δίδου ἡμῖν τὸ καθ' ἡμέραν.*

(A f. 150 b) Οἴονται δὲ ἴσως τινὲς, ἀνάρμοστον εἶναι καὶ ἀπεοικὸς ἁγίοις τὸ αἰτεῖν παρὰ Θεοῦ τὰ σωματικὰ, καὶ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἀποφέρουσι τὸ εἰρημένον εἰς πνευματικὴν θεωρίαν· καὶ δὴ καὶ

[49] Amos v, 18. [50] Psal. CII, 21. [51] Philip. III, 20.

(1) Ignotum Græcis hoc vocabulum ἐπιούσιος, et evangelicis tantum paginis traditum, testatur Origenes *De Orat.* § 27, cujus etymologicam explicationem sequitur noster Cyrillus.

ἄρτον φασὶν αὐτοὺς αἰτεῖν, οὐχ ἐπίγειον, οὐ σωματικὸν, ἐκεῖνον δὲ μᾶλλον, τὸν ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταβαίνοντα, καὶ ζωὴν τῷ κόσμῳ παρέχοντα, ἤ, ὥς φασιν, ἀληθεῖ οὐσίᾳ καὶ ἀσωμάτῳ, τουτέστι τῇ ψυχῇ· αὕτη γὰρ, διὰ τὸ μὴ ῥευστὸν, κυρίως οὐσία ἐστίν. Ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν ἁγίοις πρέποι ἂν ὅτι μάλιστα τὸ πνευματικῶν χαρισμάτων ἐπείγεσθαι μεταλαχεῖν, φαίην ἂν ἐνδοιάσας οὐδέν· πλὴν ἐκεῖνο ἄξιον ἰδεῖν, ὅτι κἂν ἄρτον αἰτῶσι κοινὸν, καὶ τοῦτο δρᾷν αὐτοῖς προστέταχεν ὁ Σωτὴρ, μώμου παντὸς ἐλευθέραν ποιοῦνται τὴν πρόσοδον. Ἄθρει γὰρ ὁποῖος τοῖς εἰρημένοις ἐγκέκρυπται νοῦς. Δι' ὧν γὰρ προστέταχεν ἄρτον αἰτεῖν, ἤτοι τροφὴν τὴν ἐφήμερον, δῆλος ἂν εἴη δήπουθεν, μηδὲν ἔχειν αὐτοῖς ἐφιεὶς, ἁγιοπρεπῆ δὲ μᾶλλον ἐπιτηδεύειν πτωχείαν. Οὐ γὰρ τῶν ἐχόντων τὸ αἰτεῖν, ἀλλὰ τῶν ἐν σπάνει καθεστηκότων. B Ἐπ' ἂν δέ τις οὐδενὸς ἐν χρείᾳ καθεστηκὼς, Θεῷ τῷ πάντα εἰδότι λέγει· Δὸς ἄρτον ἡμῖν τὸν ἐφήμερον, δόξειεν ἂν εἰρωνεύεσθαι μᾶλλον, ἢ γοῦν ἀληθῶς βούλεσθαι λαβεῖν. Ἄρτον δὲ τὸν ἐπιούσιον οἱ μὲν εἶναί φασι τὸν ἥξοντά τε καὶ δοθησόμενον κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα, ἵνα νοῆται πάλιν πνευματικῶς· οἱ δὲ καὶ εἰς ἑτέρας ἐννοίας ἀποφέρουσι τὴν φωνήν. Ἀλλ' εἴπερ ἦν ἀληθὲς ὡς ἄρτου τοῦ δοθησομένου κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα μνήμην ποιοῦνται προσευχόμενοι, διὰ τί προσεπάγουσι τὸ, « Δίδου ἡμῖν τὸ καθ' ἡμέραν; » Ἔστι γὰρ ἔτι διὰ τούτων ἰδεῖν, ὅτι τῆς ἐφημέρου τροφῆς ποιοῦνται τὴν αἴτησιν, ὡς ἀκτήμονες δηλονότι. Ἐπιούσιον δὲ τὸν αὐτάρκη νοεῖσθαι χρή· τέθεικέ που τὴν λέξιν καὶ ὁ μακάριος C Ἀπόστολος, βραχὺ παραλλάξας, ἐπὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ· ἔφη γὰρ αὐτὸν ἑαυτῷ κατασκευάσαι λαὸν *περιούσιον*, ἀντὶ τοῦ *ἐπιουσίου* τὸν *περιούσιον* εἰπὼν, τουτέστι, τὸν ἀρκοῦντα, καὶ τοῦ τελείως ἔχειν οὐχ ἡττώμενον.

*Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν*, κ. τ. λ.

(A f. 151) Βούλεται χρηστοὺς καὶ ἀμνησικάκους εἶναι τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ὁ Κύριος· ὡς ἀνεπιπλήκτως δύνασθαι λέγειν ἐν προσευχαῖς· Ἄφες ἡμῖν, ὅτι ἀφήκαμεν. « Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως! » Πρῶτον αἰτεῖν ἐπιτάττει τῶν αὐτοῖς ἡμαρτημένων τὴν ἄφεσιν, εἶθ' οὕτως ὁμολογεῖν ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἀφήσουσι καὶ αὐτοί· καὶ ἵνα οὕτως εἴπω, τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀνεξικακίας μιμητὴν [cod. μιμητὰς] ἐθέλουσι γενέσθαι τὸν Θεὸν, D καὶ ἣν ἂν αὐτοὶ παράσχωνται τοῖς ὁμοδούλοις χρηστότητα, ταύτην ἐν ἴσῳ μέτρῳ ζητοῦσι λαβεῖν παρὰ τοῦ τὰ δίκαια νέμοντος, καὶ κατοικτείρειν ἅπαντας εἰδότος Θεοῦ. Καὶ μή τις οἰέσθω τοῖς τυχοῦσιν ἁπλῶς ἐξεῖναι λέγειν· « Ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. » Οὐ γὰρ τοῖς οὖσιν ἐν τῷ πλημμελεῖν ἔτι πρέποι ἂν λέγειν τὸ, « Ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· » ἐκείνοις μᾶλλον οἵπερ ἂν εἶεν ἀποφοιτήσαντες μὲν τῶν ἤδη προεπταισμένων, ἀντεχόμενοι δὲ τοῦ διαζῆν λοιπὸν ἐθέλειν ἁγιοπρεπῶς. Δεῖ τοίνυν αἰτεῖν παρὰ Θεοῦ τῶν ἡμαρτημένων τὴν ἄφεσιν, προαφέντας ἡμᾶς τοῖς κατά τι γοῦν προσκεκρουκόσιν, ὅταν εἰς ἡμᾶς

A restrem, non corporalem, sed illum potius cœlo desuper descendentem vitamque mundo præbentem, sive, ut aiunt, incorporeæ vereque exsistenti substantiæ, id est animæ; quæ quia non præterit, proprie substantia est. Ego vero sanctos quidem maxime decere, ut spiritalibus donis potiri studeant, nihil dubitans dixerim; et tamen illud cogitare par est, quod etiamsi panem petant vulgarem, atque id agere præceperit eis Servator, nullo probro obnoxiam faciunt supplicationem. Videsis enim quænam huic dicto sententia insit. Dum enim jussit petere eos panem, sive victum quotidianum, constat eumdem ipsis insinuasse nihil ut possideant, sed sanctam potius paupertatem sectentur. Non enim habentium mos est petere, sed in penu- B ria constitutorum. Si quis autem nulla re indigens, Deo **266** omnia scienti dicat: Da mihi panem quotidianum, ironice potius loqui videbitur, quam aliquid vere velle accipere. Panem vero, ut ita dicam, subsistentiæ, alii dicunt venturum illum esse, id est in futuro sæculo dandum, ut denuo de spiritali cogitemus: alii autem ad alios quoque sensus id vocabulum transferunt. Sed enim, si forte verum sit eos orantes de pane loqui, qui in futuro sæculo dandus est, cur addunt, da nobis quotidie? Hinc videlicet denuo patet petere eos quotidianum panem, nempe ut pauperes. Subsistentiæ autem panem intelligere oportet sufficientem. Vocabulum hoc adhibuit parum quid immutatum beatus Apostolus de C omnium nostrum Servatore Christo. Ait [32] enim ipsum sibi comparasse populum περιούσιον, loco ἐπιούσιον dicens περιούσιον, id est sufficientem, statuque perfecto non inferiorem.

V. 4. *Et dimitte nobis peccata nostra*, etc.

Vult benignos esse et injuriarum obliviosos discipulos suos Dominus; ut irreprehensibiliter dicere possint in suis precibus: Dimitte nobis, quia dimisimus. « O altitudo divitiarum, et sapientiæ ac scientiæ[33]! » Primum petere jubet peccatorum propriorum remissionem, deinde confiteri se quoque omnino veniam aliis daturos: atque, ut ita dicam, hærentis sibi indulgentiæ imitatorem volunt D fieri Deum; et quam ipsi exhibuerint conservis benignitatem, hanc pari mensura quærunt consequi a justo rerum datore, et omnium misereri solito Deo. Nec tamen quisquam existimet cuique indifferenter licere dicere, « Dimitte nobis peccata nostra. » Non enim eos qui peccare pergunt decebit dicere, « Dimitte nobis peccata nostra; » sed eos potius, qui a priore culpa recesserint, nunc autem sancte vivere studeant. Oportet itaque a Deo postulare peccatorum veniam, postquam iis qui nos læserint pepercerimus, si tamen ii adversus nos, non autem in divinam supremamque peccaverint majestatem. **267** Neque enim delictorum illorum,

[32] Tit. II, 14. [33] Rom. XI, 33.

sed horum tantummodo quæ in nos commissa fuerunt, potestatem habemus.

*Et ne nos inducas in tentationem.*

Usque ad hunc locum orationem recitat Lucas; Matthæum vero comperimus addere : « Sed libera nos a malo [44]. » Habent autem hæc dicta plurimam connexionem : est enim consectaneum ut si in tentationem non ingredimur, malo liberemur. Imo si quis dicat, liberari idem esse ac non ingredi in tentationem, a veritate non abludet. Dum autem sic loqui nos docet, haud sane molles aut timidos nos vult esse, quin potius viriles, et ad laudabile opus quodlibet alacres : insuper etiam modestos et pauperes spiritu; neque existimare, fore nos in omni prorsus tentatione superiores. Intolerabilis enim quandoque incidit in hominis animum consternatio, et confidentissimam quamque mentem tentationis pondus perfringit. Oportet itaque haud nimis audere in tentationibus, sed reputare potius mentis nostræ infirmitatem. Ergo deprecemur quidem tentari; occasione tamen necessaria vocante, tunc demum omni exprompta strenuitate decertandum est. Duplex vero est tentationum genus : aut enim aliquis a diversæ sectæ hominibus tentatur, aut ab ignominiæ passionibus. Debemus itaque in his tam gravibus versantes malis, vel etiam antequam eveniant, orare ac dicere : « Ne nos inducas in tentationem. » Sed cum ipsa tentatio ingruet, tunc resiste fortiter, carnem increpa, frenum menti injice, opem a Deo pete. Tunc enim auxiliabitur, et victoriam concedet universalis Servator ac Dominus.

V. 5. *Et ait ad illos : Quis vestrum habebit amicum ?* etc.

Mirabilis hic est sententiarum ordo. Docuit enim Servator quemadmodum opus sit orare, sciscitantibus id sanctis apostolis. Sed oportebat eos qui hanc tam venerabilem salutaremque doctrinam acceperant, **268** facere quidem juxta datam normam, sine fastidio tamen atque socordia : nec deinde, minime exaudita prima prece aut etiam secunda, cessare a precibus, ceu nullam utilitatem habentibus. Ne ergo id nobis accidat, neque ex hac pusillanimitate detrimentum patiamur, sub parabolæ forma perspicue ostendit ignaviam nocere precibus; utilissimam autem esse perseverantiam. Age porro quod specie parabolæ ostensum fuit, in rei veritatem convertamus. Importune ora; accede ad benignum Deum persæpe; et si videris procrastinari gratiæ concessionem, ne animum despondeas, neque a suscepta spe excidas, ita fortasse

[44] Matth. vi, 13.

A καὶ μὴ εἰς αὐτὴν τὴν θείαν καὶ ὑπερτάτην ἁμαρτάνωσι δόξαν· οὐ γὰρ ἐκείνων ἡμεῖς ἐσμεν κύριοι, μόνον δὲ τῶν εἰς ἡμᾶς γεγονότων.

*Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν.*

(A f. 152) Μέχρι μὲν τούτου τὴν προσευχὴν ἵστησιν ὁ Λουκᾶς· ὁ δέ γε Ματθαῖος εὑρίσκεται προσεπενεγκών· « Ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. » Ἔνεστι δὲ τοῖς λόγοις πλείστη τις ἀκολουθία· ἕψεται γὰρ πάντως τῷ μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν, τὸ ἐκ τοῦ πονηροῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς. Ἢ τάχα που, ταὐτὸν εἶναί τις εἰπὼν τὸ ῥυσθῆναι τῷ μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τἀληθοῦς. Οὐκ ἀνάνδρους δὲ ἡμᾶς οὔτε δειλοὺς εἶναι βούλεται, ταῦτα διδάσκων λέγειν, νεανικοὺς δὲ μᾶλλον, καὶ ἐφ' ἅπασιν εὐτόλμους τοῖς ἐπαινουμένοις· πρὸς δὲ αὖ τούτοις καὶ B μετριόφρονας καὶ πτωχοὺς τῷ πνεύματι, καὶ μὴ νομίζειν ὅτι πάντῃ τε καὶ πάντως παντὸς περιεσόμεθα πειρασμοῦ. Ἀφόρητον γὰρ ἔσθ' ὅτε κατεμπίπτει δέος τῆς ἀνθρώπου ψυχῆς, καὶ εὐτολμότατον συνθραύει φρόνημα τοῦ πειρασμοῦ τὸ βάρος. Χρὴ τοίνυν μὴ καταθρασύνεσθαι πειρασμῶν, διαλογίζεσθαι δὲ μᾶλλον τῆς ἐν ἡμῖν διανοίας τὸ ἀσθενές. Οὐκοῦν παραιτώμεθα μὲν τὸ πειράζεσθαι· καιροῦ δὲ καλοῦντος ὡς ἐξ ἀνάγκης εἰς τοῦτο, τότε δὴ, τότε παντὶ σθένει χρωμένους ἀγωνίζεσθαι χρή. Διττὸν δὲ τὸ εἶδος τῶν πειρασμῶν· ἢ γάρ τις ὑπὸ τῶν ἑτεροφρόνων πειράζεται, ἢ ὑπὸ τῶν τῆς ἀτιμίας παθῶν. Δεῖ δὴ οὖν ἄρα τοῖς οὕτω δεινοῖς ἐνομιλοῦντας κακοῖς, ἤγουν οὔπω γεγονότας ἐν αὐτοῖς, προσεύχεσθαί τε C καὶ λέγειν· « Μὴ εἰσαγάγῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν. » Ἐπιπηδήσαντος δὲ πειρασμοῦ, τότε γενναίως ἵστασο, ἐπιτίμησον τῇ σαρκὶ, χαλινὸν ἐπίθες τῷ νῷ, αἴτησον ἐπικουρίαν τὴν παρὰ Θεοῦ. Ἐπικουρήσει γὰρ τότε καὶ παρέξει τὸ νικᾷν ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ καὶ Κύριος (1).

*Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Τίς ἐξ ὑμῶν ἕξει φίλον;* κ. τ. λ.

(A f. 153, B f. 112) Θαυμαστὴ τῶν ἐννοιῶν ἡ τάξις. Ἐδίδαξε μὲν γὰρ ὁ Σωτὴρ, τίνα δεῖ προσεύχεσθαι τρόπον, αἰτησάντων τοῦτο τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Ἀλλ' εἰκὸς τοὺς τὸ σεπτὸν δὴ τοῦτο καὶ σωτήριον ἐσχηκότας μάθημα παρ' αὐτοῦ, ποιεῖσθαι μὲν τὰς λιτὰς κατὰ τὸν δοθέντα τύπον, μὴ ἀψικόρως δὲ τοῦτο δρᾷν μηδὲ ῥᾳθύμως· εἶτα μὴ ἀκουσθέντας ἐκ D πρώτης εὐχῆς, ἤγουν καὶ δευτέρας, ἀνακόψαι τὰς ἱκετείας, ὡς οὐδὲν ἐχούσας τὸ τελοῦν εἰς ὄνησιν. Ἵνα τοίνυν μὴ τοῦτο πάθοιμεν, μήτε μὴν ἐκ τῆς τοιαύτης μικροψυχίας ὑποστῶμεν ζημίαν, ἐν τρόπῳ παραβολῆς διαδείκνυσιν ἐναργῶς, ὡς τὸ ῥᾴθυμον μὲν εἰς προσευχὰς ἐπιζήμιον, ἐπωφελεστάτη δὲ λίαν ἡ ἔν γε τούτοις ὑπομονή. Φέρε δὴ, μεταστήσωμεν τὸ ὡς ἐν τύπῳ παραβολῆς δεικνύμενον εἰς ἀλήθειαν. Ὄχλησον διὰ προσευχῆς, πρόσιθι τῷ φιλαγάθῳ Θεῷ, καὶ μάλα συχνῶς· κἂν ἴδῃς μέλλουσαν τῆς χάριτος τὴν

(1) Si quis hanc Cyrilli explanationem orationis Dominicæ, cum paris nominis opusculis Origenis et Cypriani conferet, facile existimabit, utrumque auctorem a Cyrillo fuisse inspectum.

ἐπιδώσειν, μὴ ἀπογνῷς τῶν προσδοκωμένων, μήτε ἀπολισθήσῃς τῆς προκειμένης ἐλπίδος, ἐκεῖνο ἴδιος λέγων καθ' ἑαυτὸν ἀσυνέτως· Προσῆλθον πολλάκις, δεδάκρυκα, ἐδεήθην, καὶ οὐ προσεδέχθην· οὐ γὰρ ἐκβέβηκέ τι πρὸς πέρας, τῶν αἰτηθέντων παρ' ἐμοῦ. Ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἐννοήσεις κατὰ σαυτόν· Ὑπὲρ ἡμᾶς οἶδε τὰ καθ' ἡμᾶς ὁ τῶν ὅλων ταμίας· αἰτεῖς ἔσθ' ὅτε τὰ τῶν σῶν ἐπέκεινα μέτρων· οἶδεν αὐτὸς ὁ διδοὺς τὸν ταῖς φιλοτιμίαις πρέποντα καιρόν. Χρὴ τοιγαροῦν ἡμᾶς ἐμφρόνως τε ὁμοῦ καὶ ἐντόνως τὰς πρὸς Θεὸν ποιεῖσθαι λιτὰς, κἂν εἰ γένοιτό τις τῶν αἰτημάτων ἀνάκλησις. Τὸ γὰρ ἀνιδρωτὶ πορισθὲν καὶ ἐξ ἑτοίμου ληφθὲν, καταφρονεῖσθαι φιλεῖ.

*Λέγω ὑμῖν, εἰ καὶ οὐ δώσει αὐτῷ ἀναστὰς,* κ. τ. λ.

(A f. 154; B f. 112) Ἐνταῦθα τὸ, *λέγω ὑμῖν*, ὅρκου δύναμιν ἀποπληροῖ. Οὐ ψεύδεται δὲ Θεὸς, κἂν ὅρκου δίχα γένηται τὸ ἐπηγγελμένον· ἀπροφάσιστον δὲ ἀποφαίνων τὴν ἡμῶν ὀλιγοπιστίαν, ἔσθ' ὅτε ὅρκῳ βεβαιοῖ τοὺς ἀκροωμένους. Τὸ δὲ *ζητεῖτε* λέγων, τὸ πονεῖν ἐπιτάττει· πόνῳ γὰρ ἀεί πως εὑρίσκεται τὸ ζητούμενον. Ὁ κρούων τῇ χειρὶ προσαράττει τὴν θύραν, ἵνα τὴν τῶν κρουσμάτων ὄχλησιν οὐκ ἐνεγκὼν ὁ τῆς ἑστίας δεσπότης ἀνοίξῃ, καὶ οὐχ ἑκών. Μάθε τοίνυν ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων τοῦ χρησίμου τὴν θήραν· κροῦσον, ὄχλησον, αἴτησον· τοιούτους εἶναι χρὴ τοὺς αἰτοῦντάς τι παρὰ Θεοῦ. Ἐμφρόνως οὖν καὶ εὐτόνως εὔχεσθαι χρή. Κἂν ἀναβολή τις τῶν αἰτημάτων γένηται, μὴ ναρκᾶν μηδὲ ἀφίστασθαι. Γράφει γοῦν ὁ σοφώτατος Παῦλος· «Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε.» Θορυβεῖ μὲν γὰρ ὁ διάβολος οὐ μετρίως, ἀδοκήτοις ἔσθ' ὅτε περιστάσεσιν ἐνέχων, καὶ καταφέρων εἰς πολύτροπον ἁμαρτίαν. Εἶτα πρὸς τούτῳ, τῆς ἐμφύτου φιληδονίας ὁ νόμος ἐμφωλεύει τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς, ἀντιστρατευόμενος τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς ἡμῶν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ναὶ μὴν, καὶ οἱ τοῖς τῆς ἀληθείας πολεμοῦντες δόγμασιν αἱρετικοί. Χρεία τοίνυν συχνῆς καὶ ἀλλεπαλλήλου προσευχῆς. Τὰ γὰρ ὅπλα ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ.

*Τίνα δὲ ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ;*

(A f. 155) Διδάσκει πάλιν ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ ἕτερόν τι τῶν ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν. Πρόσιμεν γὰρ ἔσθ' ὅτε τῷ φιλαγάθῳ Θεῷ, τὰς λιτὰς ποιούμενοι, τὰς ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι κατὰ τὸ ἑκάστῳ δοκοῦν· ἀλλ' οὐ διακρίνοντες ἔσθ' ὅτε, ἢ βασανίζοντες, τί μέν ἐστι τὸ ἀληθῶς συμφέρον, καὶ ὅπερ ὀνίνησι δοθὲν παρὰ Θεοῦ· τί δὲ καὶ τὸ ἀδικοῦν, εἰ λάβοιμεν· ἀπερισκέπτοις δὲ μᾶλλον θελημάτων ὁρμαῖς, ἐμπίπτομεν ταῖς ἐπιθυμίαις ὀλέθρου μεσταῖς. Ὅταν οὖν τι τοιοῦτον αἰτῶμεν παρὰ Θεοῦ, ληψόμεθα μὲν οὐδαμῶς, γέλωτος δὲ μᾶλλον ἀξίαν ποιούμεθα τὴν λιτήν· καὶ ποία τίς ἐστιν ἡ τούτου πρόφασις, παρ' αὐτοῦ μάθωμεν. Τίς ἔσται ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃν αἰτήσει ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; Ὡς ἐξ εἰκόνος, φησὶν, ἤτοι παραδείγματος ἐναργοῦς, ἐκ τῶν καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς, τὴν τῶν παρ'

tecum ipse insipienter loquens: Accessi multoties, lacrymatus sum, oravi, neque tamen exauditus fui; neque quidquam a me expetitum recte successit. Illud potius tecum reputa: plus quam nos ipsi, res nostras videt omnium custos: petis interdum quæ supra tuam conditionem sunt: scit ille dator idoneum benefaciendi tempus. Debemus igitur nos prudenter simul et constanter preces nostras Deo offerre; etiamsi fiat aliquando petitionum repetitio. Nam quod nobis sine nostro labore datur, quodque facile accipitur, contemni solet.

V. 8. *Dico vobis, et si non dabit illi surgens*, etc.

Hic verba *dico vobis* jurisjurandi vice funguntur. Neque idcirco fallit Deus, si forte absque jurejurando aliquid spondeat; sed ut nulla nostræ fidei exiguitati excusatio sit, jurejurando interdum audientes confirmat. Verbo autem *quærite*, laborem imperat; nam labore plerumque res quæsita invenitur. Qui pulsat, manu januam concutit, ut ictuum molestiam non ferens ædium dominus, vel invitus aperiat. Disce igitur ex his quæ apud homines accidunt, rei utilis conquisitionem: pulsa, molestus esto, ora; tales esse oportet qui aliquid a Deo postulant. Prudenter itaque et enixe orandum est. Et si forte dilatio aliqua exaudientis precibus fiat, **269** non est torpendum neque desistendum. Scribit itaque sapientissimus Paulus: « Sine intermissione orate [55]. » Non mediocriter enim turbat diabolus, subitis interdum irretiens discriminibus, et ad varia peccata impellens. Tum præterea congenitæ voluptatis affectus lex carnis membris inhæret, repugnans legi mentis nostræ, sicut scriptum est [56]. Denique etiam adversarii veritatis dogmatum hæretici. Quamobrem opus est precibus mutuis. Arma enim nostra haud carnalia sunt, ut ait Scriptura [57], sed potentia Deo.

V. 11. *Quis autem ex vobis patrem poscit filius panem, numquid lapidem dabit illi?*

Rursus nos docet Servator aliud quiddam utilitate præcipuum. Aliquando enim ad benignum Deum accedimus preces oblaturi de re qualibet, prout cuique videtur; neque tamen discernentes interdum aut explorantes, quid vere sit conveniens, quidve a Deo datum profuturum sit; quidque secus nociturum, si acceperimus a Deo: sed inconsiderato voluntatis impetu in cupiditates ferimur perniciei plenas. Cum ergo hujusmodi aliquid a Deo petierimus, nihil impetrabimus, risuque potius dignas facimus preces. Quænam vero rei hujus sit causa, ab ipso discamus. Num quis ex vobis homo, quem filius suus panem poposcerit, lapidem huic porriget? Tanquam in imagine, inquit, perspicuoque exemplo, ex iis quæ apud vos fiunt, dictorum meo

[55] I Thess. v, 17. [56] Rom. vii, 23. [57] II Cor. x, 4.

rum: vim cognoscite. Pater filiorum effectus, omni prorsus ope, ob multam erga eos charitatem, vis iis prodesse. Cum ergo filius panem postulat, sine mora alacerque porrigis, probe sciens ab eo utile alimentum affectari. Sin vero mentis adhuc impos parvulus, resque visas discernere nondum sciens, lapidem petierit ut comedat: num ei, inquit, porrigis, et non potius eum a noxia illa cupiditate retrahis? Idem porro sermo valet de serpente et pisce, de ovo et scorpione. Si ergo, inquit, vos mali cum sitis, id est, capacem malitiæ mentem habeatis, **270** neque in bono constantem, prout est omnium Deus, nostis bona filiis dare, quanto magis Pater vester cœlestis spiritum bonum dabit poscentibus se? id est spiritalem gratiam planeque bonam; quam qui receperit, beatissimus erit. Si ergo hujus generis aliquid vis accipere, accede alacer; annuet enim libenter virtutis amator cœlestis Pater.

V. 14. *Et erat ejiciens dæmonium, et illud erat mutum.*

Mutum hic appellatum dicimus hominem qui non loquebatur; neque hic erat naturæ morbus, sed fraus dæmonis qui linguam ei vinxerat. Quamobrem etiam indiguit, ut ab aliis Christo offerretur; neque enim ipse per se postulare poterat voce carens. Hinc ne fidem quidem ab eo exigit Dominus, sed illico morbum curat. « Et admiratæ sunt turbæ. » Homine hoc liberato, consummatoque miraculo, plaudebat Christo cum præconiis populus, gloriaque Deo congrua exornare satagebat prodigii auctorem. Quidam tamen ex eis, inquit, hi vero Scribæ ac Pharisæi erant, invidia vesaniaque refertum cor gerentes, morbi quasi additamentum miraculum id esse voluerunt. Etenim Christo quæ divinitus fiebant detrahentes, diabolo attribuebant nihil agere non valenti: nam per hunc a Christo expelli dæmonia dictitabant. — Ergo demersis quasi abysso malis dæmonibus Christus, quos invitos ab obsessis pellebat, cum ob id dignus admiratione esset, maledicorum tamen obtrectationes non vitavit. Ausi sunt enim dicere, crimini vertentes prodigium: « Hic non expellit dæmonia nisi in Beelzebul. — Et alii tentantes, » etc. Alii vero paribus invidiæ stimulati aculeis, quærebant videre signum de cœlo ab eo fieri, propemodum dicentes: Quanquam improbum ex homine pepulisti dæmonem, nondum tamen id grande portentum est, neque divinam potentiam res hæc demonstrat. Nondum quid **271** simile antiquis prodigiis vidimus. Ostende aliquid quod absque ulla dubitatione cœlitus factum videatur. Transmisit Moyses populum, gradibile ei faciens medium mare. Petram virga percussit, et fluentorum matrem effecit, fontes de duro lapide scaturierunt. Similiter post eum Josue solem contra Gabaon stitit, et lunam

(A f. 173 b, E f. 196) Ἀλλ' ὁ πλούσιος οὗτος, οὐ τὰς μενούσας ἀποθήκας οἰκοδομεῖ, ἀλλὰ τὰς κατα- C λυομένας· καὶ τὸ ἔτι τούτου παραλογώτερον, ἑαυτῷ μῆκος ὁρίζει ζωῆς, ὥσπερ ἐκ γῆς καὶ τοῦτο θερίσας· φησὶ γάρ· « Καὶ ἐρῶ τῇ ψυχῇ μου· Ψυχὴ, ἔχεις πολλὰ ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλά. » — (A f. 173 b) Ἀλλ', ὦ πλούσιε, φαίη τις ἂν, τοὺς μὲν καρποὺς ἔχεις ἐν ἀποθήκαις, ἔτη δὲ πολλὰ (1) πόθεν ἂν λάβῃς; — (A f. 174 b, E f. 198) Τοιοῦτος (2) καὶ ὁ νῦν πλούσιος, τῇ γαστρὶ ἑαυτοῦ ἐπικεκυφὼς, λαιμὸν ἀντὶ λογισμοῦ κεκτημένος, ἀλλ' οὐ κατ' εἰκόνα τοῦ μόνου ἀγαθοῦ ζῶν· διὸ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν τοῖς τῆς σαρκὸς δεξιοῦται βρώμασι, καὶ τὴν ἐπακολουθοῦσαν αὐτοῖς μυσαρὰν ἡδονὴν ἐπιτάττει τῇ ψυχῇ· εὐφήμως γὰρ ὁ Κύριος διὰ τοῦ *εὐφραίνου* τὰ ὑπογάστρια πάθη ἐδήλωσε, τὰ τῇ πλησμονῇ παρεπόμενα· ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ κόρῳ τὰ ἀφροδίσια. Καὶ μὴν ἔδει ἐσθίειν, ὥστε D ζῆν· οὐ μὴν ζῆν, ὥστε ἐσθίειν· κατὰ τοὺς θεοποιοῦντας τὴν γαστέρα καὶ λέγοντας· « Φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν· » δέον τοὐναντίον λέγειν· Ἐπεὶ αὔριον ἀποθνήσκομεν, μὴ φάγωμεν μηδὲ πίωμεν. — (A f. 174 b) Τί ὠφέλησε τοῦτον τὸν πλούσιον ἡ πολλὴ μέριμνα; Ὅλος ἐστὶ τῆς σαρκός. Ἀλλ' ὁρᾷς ὅσην ὑπέμεινε ζημίαν, ὁ μηδενὶ μὲν τῶν ἄλλων ἀγαθὸς, ἑαυτῷ δὲ μόνῳ πλούσιος; πεφρόντικεν, ἵνα πλουτήσῃ· ἠγρύπνησεν, ἵνα συναγάγῃ πολλά· συγχαίρει τῇ ἑαυτοῦ γαστρὶ ὡς ἐχούσῃ πολλὰ

* Isa. xxii, 13; I Cor. xv, 32.

(1) Dilapsis apud Corderium tribus his verbis ἔτη δὲ πολλά, is perverse scribit: *Fructus plurimos habes in apothecis, unde accipies?*

(2) Hic locus usque ad πίωμεν, dicitur in codice A. sumptus ex Cyrilli homilia.

τῶν ἐπιτηδείων · ὅλος ἐστὶ τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων · οὐκ ἀναβλέπει πρὸς Θεόν · οὐχ ὁρᾷ τὰ ἐσόμενα · οὐ λογίζεται τὸν ἐπὶ τοῦ θείου βήματος δικάζοντα Θεόν · οὐχ ὁρᾷ τὸν γείτονα θάνατον · κατεδικάσθη γὰρ τελευτὴν ἀπροσδόκητον ὁ μισόπτωχος πλούσιος · ἐν τῇ ἑσπέρᾳ τὴν ἑωθινὴν τραφὴν βουλευόμενος, καὶ τοῦ ὄρθρου μὴ καταλαβὼν τὴν ἀκτῖνα. Ἄκουε γὰρ ὅτι κεκολόβωται αὐτῷ ἡ ζωὴ ψήφῳ Θεοῦ.

*Ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ · ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται;*

(I f. 101 b) (1) Τουτέστιν ἐν στιγμῇ καὶ ἐν ὀλίγῳ παντελῶς καὶ συνεσταλμένῳ καιρῷ τὴν ἀπόλαυσιν ἔχων · κονιορτοῦ γὰρ δίκην οἰχήσεται, πεμπόμενος εἰς ἑτέρους, καὶ εἰς οὓς οὐκ ἴσμεν ἔσθ' ὅτε ἢ καὶ τάχα που καὶ εἰς ἐχθρούς. — A f. 175 b, E f. 200 b) Ἀληθὲς οὖν ἄρα ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἔσται ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ. Τρισμακάριος δὲ καὶ ἐν ἐλπίσι λαμπραῖς, ὁ κατὰ Θεὸν πλουτῶν. Ὁ μὲν γὰρ ταῖς κατὰ γῆν φροντίσι δαπανώμενος, ἐπιζήμιον ἔχει τὸ τέλος, καὶ πένης ἀπελεύσεται πρὸς Θεόν · ὁ δὲ μεριμνῶν τὰ τοῦ Κυρίου, πλουτήσει μὲν ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς, ἕξει δὲ θησαυρὸν ἄσυλον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

*Μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν τί φάγητε, κ. τ. λ.*

(A f. 176, B f. 123 b) Τέθειται μὲν δὴ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ὁ διὰ Μωϋσέως νόμος, ἀποφέρων εἰς ἕκαστα τῶν πρακτέων, καὶ τὸ τελοῦν εἰς ὄνησιν αὐτοῖς καθιστὰς ἐναργές. Οἱ δὲ θυμηδίας τῆς ἀνωτάτω πρόφασιν ἐποιοῦντο τὸ χρῆμα, λέγοντες · « Μακάριοί ἐσμεν Ἰσραήλ, ὅτῳ τὰ ἀρεστὰ Κυρίῳ γνωστὰ ἡμῖν ἐστιν. » Ἐγὼ δὲ φαίην ἄν · Τρισμακάριοί ἐσμεν ἡμεῖς, παρ' αὐτοῦ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος διδασκόμενοι τὸ ἀγαθὸν αὐτοῦ τὸ σωτήριον θέλημα, ἵνα τὴν εὐαγγελικὴν ζωὴν πολιτευσάμενοι, συμβασιλεύσωμεν αὐτῷ. Ὅρα γάρ, ὅπως ἡμᾶς μερίμνης ἐξίστησι περιττῆς, οὐχ ἁπλῶς, « μὴ μεριμνᾶτε, » λέγων, προσεπάγων δὲ ὅτι « τῇ ψυχῇ ὑμῶν · » ἀντὶ τοῦ, Μὴ ἐσπουδασμένην ἐν τούτοις δαπανᾶτε φροντίδα, ἀλλὰ τοῖς ὑπερκειμένοις χαρίζεσθε τὰς σπουδάς. Ὑπέρκειται δὲ τροφῆς μὲν ψυχή, περιβλημάτων δὲ σῶμα. Καὶ ἄθρει πῶς οὐχ ἁπλῶς τό, « μὴ μεριμνᾶτε » τίθησιν, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα λογισμοὺς ἀνακινεῖ ἐκ τῶν ὑπηργμένων ἡμῖν ἤδη. Ὁ γὰρ τὸ μεῖζον, φησί, δούς, πῶς τὸ ἔλαττον οὐ δώσει; ὁ τὴν τρεφομένην σάρκα διαπλάσας, πῶς τὴν τροφὴν οὐ παρέξει; Ἀγῶνος τοίνυν προκειμένου τοῦ περὶ ψυχῆς καὶ σώματος, κολάσεώς τε καὶ δίκης ἐπηρτημένης τοῖς οὐκ ἐθέλουσι ζῆν ὀρθῶς, ἐῤῥίφθω φροντὶς ἡ ἐπ' ἀμφίοις καὶ τροφῇ. Ἄλλως τε τοὺς τῆς ἀρετῆς ἐραστάς, πῶς οὐκ αἰσχρὸν μειρακιωδῶς ἱματίοις ἐφήδεσθαι, καὶ τραπέζαις πολυτελέσιν; Ἕψεται γὰρ τούτοις εὐθὺς καὶ ἡ τῶν ἑτέρων ἐπιθυμιῶν ἀγρία πληθύς · τοῦτο δέ ἐστιν ὄλισθος ἀπὸ Θεοῦ. Χρὴ τοίνυν ἡμᾶς ἐφίεσθαι μᾶλλον τῶν ἀρεσκόν-

non cogitat de judicante **296** super tremendo tribunali Deo; proximam mortem non animadvertit. En autem osori pauperum diviti insperatus finis decernitur; qui cum vespere de matutino alimento consilia agitaret, auroræ radium non aspexit. Audi enim decreto Dei vitam ejus abruptam.

V. 20. *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te; quæ autem parasti cujus erunt?*

Hoc est, uno momento, brevi prorsus contractoque tempore his bonis fruitus, quæ feni instar dilabentur, ad alios transmissa, et quidem fortasse ad ignotos vel etiam ad inimicos.—Vere itaque dictum est haud in bonorum abundantia vitam hominis consistere. Beatissimus contra est, splendidaque in spe versatur, qui secundum Deum dives est. Nam qui terrenis curis atteritur, is amarum finem nanciscitur, et pauper ad Deum ibit. Secus vero, qui quæ Dei sunt curat, bonis operibus ditescet, tutumque in cœlis thesaurum possidebit.

V. 22. *Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis*, etc.

Data fuit Israelitis lex Mosaica, singula officia docens, et quid eis prodesset perspicuum exhibens. Illi autem summi instar gaudii eam rem habebant, dicentes: « Beati sumus Israelitæ, quibus placita Dei sunt explorata [10]. » Ego vero potius dicam: Beatissimi sumus nos, qui ab universali nostro Servatore docti fuimus bonam ipsius salutaremque voluntatem, ut, postquam evangelicam vitam vixerimus, cum eo pariter regnemus. Cerne enim, quomodo nos a supervacua cura avertit, non tantum dicens, « Ne solliciti sitis, » sed addens « animæ vestræ, » pro eo ut dicat, Ne nimiam in his insumite sollicitudinem, sed superioribus rebus studia impendite. Superstat autem alimoniæ anima, vestimento corpus. Et vide quod non simpliciter posuit « ne solliciti sitis, » verum hic etiam ratiocinia **297** ex iis, quas jam possidemus, rebus commovet. Nam qui majus dedit, quomodo minus non concedet? qui carnem altilem formavit, cur alimoniam non suppeditabit? Ergo certamine preposito de animo et corpore, pœnaque et ultione iis impendente qui recte vivere nolunt, abjiciatur cura vestimentorum atque alimoniæ. Alioqui etiam virtutis amatores quidni sit turpe pueriliter ornatu vestium mensisque sumptuosis oblectari? Namque hæc subsequetur statim aliarum quoque cupiditatum sæva multitudo. Sic autem a Deo excidimus. Oportet itaque magis iis delectari quæ Deo placent: etenim quæ satis sunt et necessaria, ipse largietur.

[10] Baruch IV, 3.

(1) Citatur hoc fragmentum, a τουτέστιν usque ad ἐχθρούς, ex Cyrillo nominatim in Lucam in Vaticana nobili ms. catena ad XII prophetas. Id ego hoc loco colloco, valde tamen ambigens utrum huic potius an alii sedi, puta versiculo 28, vel alii cuivis loco sit assignandum.

Dignus autem fide est Dominus qui hæc aperte promittit, et tanquam a minoribus majora nobis persuadet.

V. 24. *Considerate volucres cœli*, etc.

Ad fortitudinem veluti nos extollens spiritalem, a nullius pretii volucribus alibi capiebat persuadendi argumenta, dicens : « Multis passeribus potiores estis vos [11] ; » ita et nunc a volucribus et ab agrorum floribus, firmam immotamque efficit fidem. Neque ullatenus dubitare nos sinit, quominus ipse indulgentiam suam nobis sit largiturus, atque ad omnia sufficientem opem suppeditaturus. — Vere dicitur Salomon liliorum vestitu superatus. Nam colorum splendores varii ac multiformes in liliis quidem et nonnullis aliis agrorum germinibus miram habent pulchritudinem. Quæ vero a quopiam imitando artificialiter fiunt, ea prorsus deteriora sunt, vixque fere ad veritatem propinquant. Quod si hæc ita se habent, quidni verum sit, Salomonem quamvis adeo magnificum, in omni gloria sua tanquam unum ex his non fuisse vestitum? Sufficit ergo sapientibus solius necessitatis ususve causa habere decentem et facile parabilem vestem, aliquantum etiam alimentorum quæ sufficientem modulum **298** non excedant. Sufficiet autem sanctis viris esca in Christo, spiritalis nimirum, divina, intellectualis, et posthinc gloria. Alioqui etiam incongruum fuisset, eos qui cæteris vitæ sanctæ exemplares futuri erant atque imagines, in illa per socordiam incidere a quibus alios deterrere debebant, quandoquidem œcumenici magistri erant. Curabat autem non mediocriter Christus sacræ suæ prædicationis studio et officio, ut a mundanarum rerum cura discipulos abstraheret.

Jacteinus itaque curam nostram in Dominum : ne solliciti simus quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo vestiemur. Caveamus ne in pusillis vilibusqne rebus magna nostra consumatur sollicitudo : ne servam vestitus et victus liberam nostram mentem reddamus : hæc potius unusquisque cogitet quæ saluti animæ conferunt, quæ ad cœlorum regnum ducunt, quæ coronam nobis acquirunt. Hoc est demum humanæ menti convenientissimum opus. Age vero si quis nos interroget, quid præclarius existimemus, cibumne et corpus, an vero animam ; quis adeo sit hebes, quis ita ad utilia discernenda segnis, ut non statim respondeat præstantiorem esse animam? Quoniam itaque majus quid est anima quam victus atque vestitus, cur non in majoribus potius curas nostras consumimus, contraque tantopere res minoris momenti æstimamus, totamque

A τῶν Θεῷ· χορηγήσει γὰρ αὐτὸς τὰ δέοντα καὶ τὰ αὐτάρκη· ἀξιόχρεως δὲ ὁ Δεσπότης, τοῦτό σοι σαφῶς ὑπισχνούμενος, καὶ ὡς ἀπό γε τῶν ἐλαττόνων, περὶ τῶν μειζόνων ἡμᾶς πληροφορῶν.

*Κατανοήσατε τὰ πετεινὰ* (1) *τοῦ οὐρανοῦ*, κ.τ.λ. (A f. 176 b, C f. 134 b). Ὥσπερ εἰς εὐανδρίαν ἡμᾶς ἀναβιβάζων πνευματικὴν, ὡς ἀπό γε τῶν ἐν οὐδενὶ λόγῳ κειμένων πτηνῶν ἐποιεῖτο τὴν πληροφορίαν, λέγων· «Πολλῶν στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς·» οὕτω καὶ νῦν, ὡς ἀπό γε τῶν πτηνῶν, ἢ τῶν ἐν ἀγροῖς ἀνθῶν, ἱδρυμένην καὶ ἀκατάσειστον ἐνεργάζεταί σοι τὴν πίστιν. Ἐνδοιάζειν δὲ ὅλως οὐκ ἐφίησιν ἡμᾶς, ὅτι πάντη τε καὶ πάντως τὴν παρ' αὐτοῦ χαρίζεται φειδὼ, τὸ ἀνενδεὲς ἐφ' ἅπασι διδούς. — (A f. 178, B f. 124, C f. 134 b) Ἀληθὲς δὲ τὸ καὶ τὸν B Σολομῶντα ἡττῆσθαι τῆς τῶν κρίνων περιβολῆς· τὰ γὰρ τῶν χρωμάτων ἄνθη, ποικίλα τε ὄντα καὶ πολυειδῆ, ἐν κρίνοις μὲν, καὶ ἐν ἑτέροις τισὶ τῶν φυομένων ἐν ἀγροῖς, ἀξιοθαύμαστον ἔχει τὴν ὥραν· τὸ δὲ πρὸς μίμησιν τὴν αὐτῶν ὑπό του τεχνουργούμενον, λείπεται πάντως ἐκείνων, καὶ μόλις ἔρχεταί πως τῆς ἀληθείας ἐγγύς. Εἰ τοίνυν τοῦθ' οὕτως ἔχει, πῶς οὐκ ἀληθὲς ὅτι οὐδὲ Σολομῶν, καίτοι φιλότιμος οὕτω γεγονὼς, ἐν ὅλῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο ὡς ἓν τούτων· Ἀπόχρη τοιγαροῦν τοῖς σοφοῖς τὸ χρείας ἕνεκα καὶ μόνης εὐσχήμονα καὶ εὐπόριστον ἔχειν τὴν στολὴν, καὶ σιτίων λιτότητα μὴ ὑπεραίρουσαν τὸ ἀρκοῦν· ἀρκέσει δὲ τοῖς ἁγίοις ἡ ἐν Χριστῷ τροφὴ, ἡ πνευματικὴ δηλονότι καὶ θεία καὶ νοητὴ, καὶ ἡ μετὰ ταῦτα δόξα. Ἦν δὲ καὶ ἑτέρως ἀνάρμοστον, τοὺς C ἑτέροις μέλλοντας ἔσεσθαι πολιτείας εὐαγοῦς ὑποτύπωσιν καὶ ὑπογραμμὸν, εἰς ἐκεῖνα πίπτειν ἀτημελῶς, ὧν αὐτοὺς ἀποφοιτᾷν συμβουλεύειν ἔδει, παιδαγωγοὺς ὄντας οἰκουμενικούς. Ἐπεβούλευσε δ' ἂν οὐ μετρίως καὶ τῇ τῶν ἱερῶν κηρυγμάτων σπουδῇ τε καὶ χρείᾳ, τὸ φροντίδος κοσμικῆς μεταποιεῖσθαι τοὺς μαθητάς.

(A f. 178 b). Ἐπιῤῥίψωμεν τοίνυν ἐπὶ Κύριον τὴν φροντίδα· μὴ μεριμνήσωμεν τί φάγωμεν ἢ τί πίωμεν, ἢ τί περιβαλώμεθα· μὴ ἐν μικροῖς καὶ εὐτελέσι πράγμασιν ὁ μέγας ἡμῶν δαπανάσθω λογισμός· μὴ δοῦλον ἱματίου καὶ τροφῆς ἀπεργασώμεθα τὸν ἐλεύθερον νοῦν· μεριμνάτω δὲ μᾶλλον ὅσα διασώζει ψυχὴν, ὅσα πρὸς τὴν τῶν οὐρανῶν ἀναφέρει βασιλείαν, D ὅσα τοὺς στεφάνους ἡμῖν προξενεῖ· ἔργον τοῦτο τῇ ἀνθρώπου διανοίᾳ πρεπωδέστατον. Ἆρα γὰρ εἴ τις ἡμᾶς ἐρωτήσειε, τί μεῖζόν ἐστιν ἐν ἡμῖν, τί δὲ εἶναι τὸ κάλλιον ὑπειλήφαμεν, τροφὴν ἢ σῶμα, ἢ ψυχὴν, τίς οὕτως ἐστὶν ἠλίθιος, τίς δὲ οὕτως βραδὺς εἰς τὸ νοῆσαι τὰ χρήσιμα, ὡς μὴ εὐθὺς ἀποκρίνασθαι, τὴν ψυχήν; Ὅτε τοίνυν μείζων καὶ τροφῆς καὶ ἱματίου ψυχὴ, διὰ τί μὴ μᾶλλον ἐν τοῖς μείζοσιν ἀναλίσκομεν τὴν φροντίδα, τιμῶμεν δὲ οὕτως τὸ ἔλαττον, καὶ πᾶσαν αὐτῷ χαριζόμεθα τὴν διάνοιαν; Μεριμνᾷς

[11] Luc. xii, 7.

(1) Sic est in variis lectionibus Græcis pro τοὺς κόρακας. Cyrillum secutum esse priorem lectionem τὰ πετεινὰ, constat ex hac ejus explanatione.

ἱματίου καὶ τροφῆς; διὰ τί μὴ μᾶλλον μεριμνᾷς ὅπως διασωθῇς; Μεριμνᾷς τοῦ σώματος; διὰ τί μὴ μεριμνᾷς τῆς ψυχῆς; — (A f. 178 b, B f. 124) Ὁ οὕτως ἀγαθὸς Κύριος, ὁ τὸ εὐτελέστατον ἀποτρέφων πετεινὸν, οὐ διαθρέψει τὸν κατ' εἰκόνα οἰκείαν γενόμενον; Ταύτῃτοι καὶ μάλα εἰκότως τὴν περὶ τὰ προκείμενα φροντίδα καταχιδδηλεύει σοφῶς ὁ Χριστὸς, τὰ ἔθνη τοῦ κόσμου ταῦτα λέγων ἐπιζητεῖν. Ἀναβιβάζει δὲ καὶ εἰς ἄμαχον πίστιν, τοῦ ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἕξουσι τὸ ἀνενδεὲς, εὖ εἰδότος ὧν εἰσιν ἐν χρείᾳ τοῦ Πατρὸς αὐτῶν, δῆλον δὲ ὅτι τοῦ ἐν οὐρανοῖς· φησὶ γάρ· « Καὶ ὑμεῖς μὴ ζητεῖτε τί φάγετε, κ. τ. λ., ὑμῶν δὲ ὁ Πατὴρ οἶδεν, » κ. τ. λ. Ἐπὶ καιροῦ δὲ σφόδρα Πατέρα φησὶ τὸν Θεὸν, ἵνα εἰδεῖεν, ὅτι τῶν ἰδίων οὐκ ἂν ἐπιλάθοιτο τέκνων, ἀλλ' ἔσται χρηστὸς καὶ φιλόπαις περὶ αὐτούς. Ζητῶμεν τοίνυν μὴ τροφὰς τὰς ἔξω λόγου καὶ περιττὰς, ἀλλ' ὅσα βλέπει πρὸς σωτηρίαν ψυχῆς· μὴ πολυτελὲς ἄμφιον, ἀλλ' ὅπως ἂν ἐξελώμεθα καὶ πυρὸς καὶ δίκης τὸ ἴδιον σῶμα, ζητοῦντες αὐτοῦ τὴν βασιλείαν.

*Μὴ φοβοῦ, τὸ μικρὸν ποίμνιον*, κ. τ. λ.

(A f. 180, D f. 51 b) Μικρὸν ποίμνιον τοὺς ἁγίους ὀνομάζει· ἐπειδὴ παράκειται μικρότης ἐν κόσμῳ τοῖς ἑκουσίως ἀκτήμοσι καὶ ἀχρημάτοις· τούτοις γὰρ εὐδόκησεν ὁ Πατὴρ δοῦναι τὴν βασιλείαν. Ὅθεν εὐθὺς ἐπειπὼν ἐδίδαξεν· « Πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δότε ἐλεημοσύνην, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἢ μικρὸν ποίμνιον πρὸς τὸ μέγεθος τοῦ πλήθους τῶν ἀπίστων, ἢ καὶ διὰ τὴν ἑκούσιον ταπείνωσιν τοῦ τοιούτου ποιμνίου· ὃ κελεύει μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἔνδειαν τῆς σωματικῆς χρείας. Εἰ γὰρ τὴν οὕτω μεγάλην καὶ ἐξαίρετον δίδωσιν ἀπόλαυσιν, ἤτοι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, δώσει πάντως καὶ τὰ τῇ σαρκὶ ἀναγκαῖα καὶ ζωαρκῆ. — (A f. 180, B f. 124) Ἀντὶ τοῦ, Μὴ ἀπιστήσῃς, ὅτι πάντη τε καὶ πάντως χορηγήσει τὰ ζωαρκῆ τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, ὁ ἐν οὐρανοῖς Πατήρ. Οὐ γὰρ περιόψεται τοὺς ἰδίους· ἀνοίξει δὲ μᾶλλον αὐτοῖς τὴν χεῖρα, τὴν ἀεὶ πληροῦσαν τὰ πάντα χρηστότητος. Καὶ ποία τούτων ἡ πίστις; « Εὐδόκησε, φησὶν, ὁ Πατὴρ ὑμῶν δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν. » Ὁ δὲ τὰ οὕτω μεγάλα καὶ ἐξαίρετα διδοὺς, πῶς ὀκνήσει περὶ τὸ εἶναι χρηστὸς περὶ ἡμᾶς καὶ πλουσίως τὰ ἐπὶ γῆς παρέχειν ἡμῖν ἀγαθά (1); Ἵνα οὖν, φησὶ, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν κατακτήσησθε, τῶν ἐπὶ γῆς χρημάτων καταφρονήσατε. Μικρὸν δὲ ποίμνιον ὀνομάζει τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς· ἡττώμεθα γὰρ τῆς τῶν ἀγγέλων πληθύος ἀμετρήτου οὔσης, καὶ ἀσυγκρίτως πλεονεκτούσης τὰ καθ' ἡμᾶς. Καὶ τοῦτο πάλιν αὐτὸς ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ Σωτὴρ, τὴν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις παραβολὴν ἄριστα συντεθεικώς· ἔφη γὰρ, ὅτι « Τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃς ἕξει ἑκατὸν πρόβατα, καὶ πλανηθῇ ἓν ἐξ αὐτῶν, οὐκ ἀφήσει τὰ ἐνενηκονταεννέα ἐπὶ τὰ ὄρη, καὶ πορευθεὶς ζητεῖ τὸ πλανώμενον; Καὶ ἐὰν γένηται εὑρεῖν αὐτὸ, ἀμὴν λέγω

A iis mentem impendimus? Anxius es de victu atque vestitu? cur non potius de salute adipiscenda sollicitudinem geris? Sollicitaris de corpore? cur de anima non sollicitaris? — Tam bonus Dominus, qui vilissimum alit volatile, non alet illum qui ad imaginem suam factus fuit? Propterea convenientissime sapienterque Christus curam præsentium depretiat, dicens mundi gentes res hujusmodi exquirere. Animos item ad invictam spem erigit, fore ut nihil eis desit; quia Pater apprime scit quibus egeant. Patrem autem cœlestem intelligere, constat; ait enim : « Et **299** vos ne quæratis quid manducetis, etc. Pater autem vester scit, » etc. Porro opportunissime Patris nomine Deum appellat, ut cognoscant filiorum suorum non esse obliturum, sed se bonum et filio-

B rum amantem præbiturum. Ne igitur alimenta quæramus supervacua præterque rationem, sed quidquid potius ad animæ salutem confert : nec pretiosam vestem, sed quomodo igni ac pœnæ corpus nostrum eripiamus, dum Dei regnum quærimus.

V. 32. *Noli timere, pusille grex.*

Pusillum gregem sanctos nominat, quia parvipenduntur in mundo spontanei pauperes bonisque carentes. Atqui hos donare cœlesti regno Patri placet. Unde statim admonitionem addit : « Vendite quæ possidetis, et date eleemosynam, » et reliqua. Vel pusillum gregem dicit præ infidelium multitudine; vel etiam propter voluntariam humilitatem gregis hujus : quem vetat corporalium subsidiorum ege-

C statem timere. Nam qui tam grande et eximium gaudium dat, id est cœlorum regnum, dabit sine dubio etiam quæ carni necessaria sunt, et sustentandæ vitæ sufficiunt. —Id est, Ne discredas, fore ut sine dubio suppeditet quæ vitæ sustentandæ opus sunt cœlestis Pater. Non enim suos negliget, imo suam erga ipsos manum aperiet, quæ universam rerum naturam beneficiis replet [12]. Quænam porro rerum hujusmodi fides? « Placuit, inquit, Patri vestro dare vobis regnum. » Qui autem tam grandia et eximia dat, quomodo pigebit eum bonitatem suam erga nos expromere, copioseque terrena nobis bona præbere? Ut ergo, inquit, cœlorum regnum possideatis, terrenas opes despicite. Pusillum vero gregem nominat terrestres incolas : vincimur enim ab angelo-

D rum multitudine quæ innumerabilis est, et incomparabili excessu res nostras superat. Atque hoc rursus nos docuit Servator, cum illam in Evangeliis egregiam proposuit **300** parabolam. Dixit enim : « Quis ex vobis homo, qui centum oves habeat, si una ex his erraverit, non relinquet nonaginta novem in montibus, pergensque errantem quærat? quam si invenerit, profecto dico vobis gavisurum de ista magis, quam de novem ac nonaginta quæ non exerraverint [13]. » Observa itaque quod, dum ad decem

[12] Psal. CIII, 28. [13] Luc. XV, 4-7.

(1) Vides nonnulla iisdem fere verbis repetita, quia diversis catenarum auctoribus ita excerpere placuit.

tantumodo decadas rationalium pecudum numerus extenditur, id est ad centum, terrenus utique grex intelligitur. Jam etsi hic pusillus est natura, numero, ac dignitate, præ innumerabilibus qui desuper sunt spirituum gregibus, Patris tamen bonitas, quæ omni laude major est, exiguo nostro gregi contulit supernorum spirituum sortem, id est cœlorum regnum.

V. 33. *Vendite quæ possidetis, et date eleemosynam.*

Grave fortasse hoc divitibus mandatum est. Ut enim alicubi ipse rursus ait, difficile qui pecuniam habent in cœlorum regnum introibunt [14]. Verumtamen sana mente præditis non est inutile mandatum. Nimirum sibi spem de futuro conficiunt : quia caduca brevisque est atque contracta præsens vita, longa autem et immensa illa futura. Qui cœlestia congerit, habebit in cœlo regnum, latronum manu non diripiendum, neque tinea corrumpendum ; quandoquidem tutæ sunt cœlestes opes et incorruptæ perseverant. Agesis igitur, omitte ignaviam : temporalibus æterna eme ; da caduca, ut acquiras incolumia ; da terrena, ut cœlestia lucreris ; præbe Deo opes tuas, et invenies multas cum usura repositas. Ipse hoc te docebit etiam beatus David psallens, propheticoque spiritu dicens de bono quolibet viro et misericorde : « Dispersit, dedit pauperibus ; justitia ejus manet in sæculum sæculi [15]. »

V. 34. *Ubi enim thesaurus vester est, ibi et cor vestrum erit.*

Hoc item vere dicitur. Etenim qui temporalibus student, totam suam in his spem collocant. Qui vero cœlestia quærunt, illuc mentis suæ oculum dirigunt.

301 V. 35. *Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris.*

Loquitur cum spiritalibus ; rursusque manifestis ac visibilibus rebus intellectuales denotat : neque enim dicet aliquis, velle Dominum nos habere præcinctos corporis lumbos, atque ardentes lucernas manibus tenere. Sed mentis ad laborem impigritatem, nempe ad laudabile quodvis opus, significat, ut reor, lumborum præcinctura : lucerna autem mentis vigilantiam et intellectualem lætitiam videtur demonstrare, et quod paratos nos esse quotidie oportet ad migrandum ex hac vita, et Domini nutum intentis oculis exspectare. Porro vigilare humanam mentem dicimus, cum dormitare segniter recusat, unde nimirum ad omne vitii genus impelli solet, lumine prope amisso. Vigilare itaque Christus nos jubet. Atque ad hoc ipsum exacuit nos ejusdem discipulus, dicens : « Sobrii estote, vigilate [16]. » Utique et sapientissimus Paulus : « Surge

A ὑμῖν, ὅτι χαίρει ἐπ' αὐτῷ μᾶλλον, ἢ ἐπὶ τοῖς ἐνενηκονταεννέα τοῖς μὴ πεπλανημένοις. » Ἄθρει δὴ οὖν ὅπως, ὅταν εἰς δεκάδας δέκα τῶν λογικῶν κτισμάτων ὁ ἀριθμὸς ἐκτείνηται, ὡς ἓν ἐν τοῖς ἑκατὸν τὸ ἐπὶ γῆς ἐστι ποίμνιον· ἀλλ' εἰ καὶ μικρὸν τοῦτο, καὶ φύσει, καὶ ἀριθμῷ, καὶ δόξῃ πρὸς τὰς ἀμετρήτους τῶν ἄνω πνευμάτων ἀγέλας, ἀλλ' ἡ τοῦ Πατρὸς ἀγαθότης, πάντα λόγον ὑπερεκτείνουσα, δέδωκε καὶ αὐτῷ τῶν ὑπερκειμένων πνευμάτων τὸν κλῆρον, τουτέστι τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν.

*Πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, καὶ δότε ἐλεημοσύνην.*

(A f. 180, E f. 201 b) Φορτικὴ μὲν ἴσως τοῖς ἐν πλούτῳ ἡ ἐντολή· ὡς γὰρ αὐτός που πάλιν φησί, δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰσελεύσονται εἰς B τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Πλὴν τοῖς ἀρτίφροσιν οὐκ ἀνόνητος ἡ ἐντολή· θησαυρίζουσιν ἑαυτοῖς τὴν εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδα· πρόσκαιρος γὰρ ὁ παρὼν βίος καὶ βραχὺς καὶ συνεσταλμένος, ἄπειρος δὲ καὶ μακρὸς ὁ μετὰ ταῦτα. Ὁ ἐν οὐρανοῖς θησαυρίζων, ἕξει τὴν ἐν οὐρανῷ βασιλείαν, μὴ χερσὶ λῃστῶν ἁλισκομένην, μὴ ὑπὸ σητὸς διαφθειρομένην· ἐπειδὴ ἄσυλος ὁ οὐράνιος πλοῦτος, καὶ ἀπαθὴς διαμένει. Πρόσιθι τοίνυν μὴ ὀκνηρῶς· κτῆσαι τοῖς προσκαίροις τὰ αἰώνια· δὸς τὰ μὴ μένοντα, καὶ πλούτησον τὰ σωζόμενα· δὸς τὰ ἐπίγεια, καὶ κέρδανον τὰ ἐν οὐρανοῖς· παράθου Θεῷ τὸν σεαυτοῦ πλοῦτον, καὶ εὑρήσεις πολύχουν ταμιευόμενον· αὐτός σε τοῦτο διδάξει καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ ψάλλων τε καὶ λέγων ἐν πνεύματι περὶ C παντὸς ἀγαθοῦ καὶ φιλοικτίρμονος· « Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. »

*Ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία ὑμῶν ἔσται.*

(A f. 181) Ἀληθὲς καὶ τοῦτο· οἱ γὰρ φρενοῦντες τὰ πρόσκαιρα, ὅλην ἔχουσιν ἐπ' αὐτοῖς τὴν ἐλπίδα· καὶ οἱ ζητοῦντες τὰ ἐν οὐρανοῖς, ἐκεῖ τὸν τῆς διανοίας πέμπουσιν ὀφθαλμόν.

*Ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι, καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι.*

(A f. 181, B f. 125, D f. 51) Διαλέγεται μὲν ὡς πνευματικοῖς, γράφει δὲ πάλιν διὰ τῶν ἐμφανῶν τε καὶ ὁρατῶν πραγμάτων τὰ νοητά· οὐ γάρ που φαίη τις ἄν, ὅτι τὴν τοῦ σώματος ὀσφὺν διεζωσμένην ἡμᾶς D ἔχειν βούλεται, καὶ καιομένους ἐν χερσὶ τοὺς λύχνους· ἀλλὰ τὸ τῆς διανοίας ἕτοιμον εἰς φιλεργίαν τὴν ἐφ' ἅπασι δηλονότι τοῖς ἐπαινουμένοις, ὑπεμφήνειεν ἂν τὸ διεζῶσθαι τὴν ὀσφύν· ὅ γε μὴν λύχνος, τὴν τοῦ νοῦ γρηγόρησιν καὶ φαιδρότητα νοητὴν ἔοικε παραδηλοῦν, καὶ ὅτι δεῖ παρεσκευασμένους ἐφ' ἡμέραν εἶναι πρὸς τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν ἡμᾶς, καὶ τὸ τοῦ Δεσπότου νεῦμα περιμένειν ἐστῶσι τοῖς ὀφθαλμοῖς. Ἐγρηγορέναι δέ φαμεν τὸν ἀνθρώπινον νοῦν, ὅταν ἀποσείηται τὸ ν[ε]υστάζειν ἐπὶ τὸ ῥᾴθυμον, δι' οὗ πρὸς πᾶν εἶδος φαυλότητος καθικνεῖσθαι φιλεῖ, μονονουχὶ σβεννύμενος. Ἐγρηγορέναι δὴ οὖν ἡμᾶς κελεύει Χριστός· καὶ πρός γε τοῦτο ἡμᾶς καταθήγει λέγων,

[14] Luc. XVIII, 24. [15] Psal. CXI, 9. [16] I Petr. V, 8.

ὁ αὐτοῦ μαθητής· « Νήφετε, γρηγορεῖτε. » Καὶ μὴν A καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Ἔγειραι, ὁ καθεύδων. » Νηφάλεον γὰρ ἔχειν χρὴ καὶ ἐγρηγορότα τὸν νοῦν καὶ τῇ τῆς ἀληθείας γνώσει καταλαμπόμενον· ὡς ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ χαίροντα, λέγειν, ὅτι « Σὺ φωτιεῖς λύχνον μου, Κύριε, ὁ Θεός μου, φωτιεῖς τὸ σκότος μου. » —(A f. 181 b) Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ διὰ τοῦ πανσόφου Μωϋσέως τοιοῦτόν τι προστεταχὼς εὑρίσκεται τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ὅτε εἰς τύπον Χριστοῦ διακελεύεται σφάττεσθαι τὸν ἀμνὸν, καθὰ μεμαρτύρηκεν ὁ ἱερώτατος Παῦλος, λέγων· « Τὸ γὰρ πάσχα ἡμῶν ἐτύθη Χριστός. » Τοῖς γε μὴν ἐσθίουσι τῶν κρεῶν αὐτοῦ, προσπεφώνηκε λέγων ὁ ἱεροφάντης Μωϋσῆς, μᾶλλον δὲ δι' αὐτοῦ ὁ Θεός· « Ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι, καὶ τὰ ὑποδήματα ἐν τοῖς ποσὶν ὑμῶν, καὶ αἱ βακτηρίαι ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν. » B Χρῆναι γὰρ ἔγωγέ φημι τοὺς ἐν μεθέξει γεγονότας Χριστοῦ, ἑτοίμως ἔχειν εἰς ἔργα χωρεῖν ἅπερ ἂν ἁγίοις πρέπῃ, καὶ ἐν προθυμίᾳ βαδίζειν οἷπερ ἂν ἡμᾶς ὁ θεῖος βούληται νόμος. Ταύτῃ τοι μάλα εἰκότως ὁδοιπορικὸν αὐτοῖς περιτέθεικε σχῆμα. (B f. 125 b) Ὁδοιπορικὸν γὰρ σχῆμα ὅτι μάλιστα πρεπωδέστατον τοῖς τὸ θεῖον κηρύττουσιν Εὐαγγέλιον. Οὕτω καὶ δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν φησι πρὸς τοὺς ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλώτους ὁ Θεὸς τὴν ἐπάνοδον προαναφωνῶν, καὶ πρὸς ταύτην εὐτρεπίζεσθαι προτρέπων· « Σκόπευσον ὁδὸν, κράτησον ὀσφύος, ἄνδρισαι τῇ ἰσχύϊ σου σφόδρα. » Ὡς γὰρ αὐτίκα μάλα πρὸς Ἰουδαίαν βαδιουμένους, κρατεῖν ὀσφύος κελεύει· τουτέστιν ἑτοίμως καὶ ἐπιτηδείως ἔχειν πρὸς τοὺς τῆς ὁδοιπορίας πόνους, καὶ παντὸς πόνου κατανδρίζεσθαι ἀμάχῳ τῇ προθυμίᾳ χρωμένους.

qui dormis [17]. » Oportet enim sobriam nos habere mentem ac vigilem, et veritatis notitia splendidam; ut ob id gaudentes dicere possimus: « Tu illuminas lucernam meam, Domine, Deus meus, tu tenebras meas illuminas [18]. » —Sciendum vero est, sapientissimum quoque Moysen, hujuscemodi aliquid Israelitis præcepisse, cum Christi figuram immolari agnum jussit; quam rem testatur sacratissimus Paulus, dicens: « Pascha enim nostrum immolatus est Christus [19]. » Ergo agni carnes comedentibus denuntiavit hierophanta Moyses, vel potius ore ejus Deus: « Sint renes vestri præcincti, et calceamenta in pedibus vestris, et baculos manibus tenete [20]. » Profecto ego oportere judico eos, qui Christi sunt participes, prompto animo esse ad ea opera explenda quæ sanctos decent, atque alacriter ea via incedere quam nos terere divina lex jubet. Propterea admodum apte viatorium nobis habitum circumposuit.—Nam viatorius habitus iis convenientissimus est qui divinum prædicant Evangelium. Sic per unum de **802** prophetis ait captivis Babylone Deus, reditum prædicens, atque ad hunc illos comparare semet jubens: « Contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valde [21]. » Tanquam enim in Judæam statim profecturos, confortare lumbos jubet; id est paratos esse et expeditos ad itineris exantlandas ærumnas, et ad quemlibet laborem invicta animi alacritate semet armare.

(A f. 181 b) Ὅτι δὲ χρὴ παλινδρομήσοντα Χριστὸν C ἐξ οὐρανοῦ προσδοκᾶν (καταβήσεται γὰρ ἐν δόξῃ τοῦ Πατρὸς μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων), ἐδίδαξεν, εἰπών· « Καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν Κύριον ἑαυτῶν, » κ. τ. λ. Καί μοι πάλιν ἐκεῖνο διανοοῦ· ἀναλύσει γὰρ ὡς ἐκ πανηγύρεως ὁ Χριστός· δι' οὗ διαδείκνυται σαφῶς, ὡς ἔστιν ἀεὶ τὸ Θεῖον ἐν ταῖς αὐτῷ πρεπούσαις ἑορταῖς· ἐκεῖ γὰρ ὅλως τὸ κατηφὲς οὐδαμοῦ· λυπεῖ γὰρ οὐδὲν τὴν ἀκήρατον φύσιν.—(A f. 182) « Ὅταν, φησὶν, ἐλθὼν εὐζώνους εὕρῃ καὶ ἐγρηγορότας, καὶ πεφωτισμένην ἔχοντας τὴν καρδίαν, τότε δὴ, τότε μακαρίους ἀποφανεῖ. » Περιζώσεται γὰρ καὶ διακονήσει αὐτοῖς. Δι' οὗπερ ἔνεστι μαθεῖν, ὅτι τοῖς ἴσοις ἡμᾶς ἀνταμείψεται, καὶ οἷον καμόντας ἀνακτήσεται, τρυφὰς ἡμῖν παραθεὶς τὰς πνευματικὰς, καὶ ἀμφιλαφῆ τῶν παρ' ἑαυτοῦ D χαρισμάτων ἁπλώσας τράπεζαν.

*Καὶ ἐὰν ἔλθῃ ἐν τῇ δευτέρᾳ φυλακῇ*, κ. τ. λ.

(A f. 182) Ἐνταῦθά μοι βλέπε τὸ τῆς θείας ἡμερότητος πλάτος, καὶ τῆς εἰς ἡμᾶς γαληνότητος τὴν ὑπερβολήν. Οἶδε γὰρ, οἶδε τὸ πλάσμα ἡμῶν, καὶ εὐόλισθον τῆς ἀνθρώπου διανοίας εἰς ἁμαρτίαν. Οἶδεν ὅτι τετυράννευκε καθ' ἡμῶν τῆς φιλοσαρκίας ἡ δύναμις, καὶ ὁ τοῦ παρόντος βίου περισπασμὸς μονονουχὶ καὶ οὐχ ἑκόντας καταβιάζεται, πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων ἀποφέρων τὸν νοῦν. Ἐπειδὴ δέ ἐστιν ἀγαθὸς, ἀπογινώσκειν οὐκ ἐᾷ, κατοικτείρει δὲ μᾶλ-

Quod autem exspectare debeamus reversurum Christum de cœlo (descendet enim ornatus Patris gloria cum sanctis angelis) docuit nos, dicens: « Et vos similes hominibus exspectantibus Dominum suum, » etc. Atque illud mecum rursus observa: revertetur enim tanquam ex festo die Christus; quibus verbis ostenditur manifeste, semper Deum versari in congruis sibi solemnitatibus. Apud ipsum quippe nihil unquam triste; namque inviolabilem naturam nullus mœror afficit.—« Cum veniens, inquit, invenerit vigilantes, et illuminatum cor gerentes, tunc enimvero beatos efficiet. » Nam præcinctus illis ministrabit. Qua ex re cognoscere licet, fore ut nos pari cura remuneretur, ac veluti laborantes recreet, delicias nobis spiritales apponens, et copiosam donorum suorum exhibens mensam.

V. 38. *Et si venerit in secunda vigilia*, etc.

Hoc loco animadverte divinæ bonitatis amplitudinem, et erga nos clementiæ exsuperantiam. Novit enim, novit plasma nostrum, et humanæ mentis ad peccandum proclivitatem. Scit carnalis affectus contra nos tyrannidem, et quod hujus mundi violentia nos nolentes propemodum cogit, ad absurdum quodvis mentem abripiens. Quia vero bonus est, desperare non sinit, miseretur potius, et salutis medelam concessit nobis pœnitentiam. Idcirco ait:

[17] Ephes. v, 14. [18] Psal. xvii, 29. [19] I Cor. v, 7. [20] Exod. xii, 11. [21] Nahum ii, 1.

« Et si in secunda vigilia venerit, vel etiam in tertia, atque ita agentes invenerit, beati erunt illi. » Profecto tu cognoscere perspicue voles, quid hoc rei sit. Dividunt **303** itaque noctem nonnulli in tres vigilias vel etiam in quatuor. Nam qui in urbium mœnibus collocati, hostium incursiones observant, postquam tribus vel quatuor horis vigilaverint, tradunt vicissim aliis vigilem custodiam. Tres porro sunt nobis ætates : prima, qua sumus pueri impuberes; secunda, qua juvenes; tertia, qua seniores. Sed a prima quidem (1), qua pueri sumus, pœnas Deus non exquirit, sed eam venia dignatur. Secunda vero ac tertia debet Deo obedientiam, vitæque sanctitatem, prout ei placitum est. Itaque si quis deprehensus fuerit in vigilia, ac veluti in prompta, juvenili adhuc ætate, vel si etiam senili, beatus erit : promissa enim a Christo præmia consequetur. — Quod autem non vigilare, damnosum sit, demonstrat egregie prædicto exemplo. Namque ut ait illius discipulus, « Adveniet dies Domini ut fur, in quo cœli magno impetu transibunt, et calefacta elementa solventur, terra autem et quæ in ipsa sunt opera, exurentur omnia : novos autem cœlos novamque terram, secundum promissa ipsius, exspectamus [22]. » His addit : « Cum igitur hæc omnia dissolvenda sint, quantopere nos oportet deprehendi sanctos et immaculatos coram ipso [23] ? » Prorsus enim nemo scit finiendi mundi tempus.

A λον, καὶ σωτηρίας φάρμακον ἔδωκεν ἡμῖν τὴν μετάγνωσιν. Διὰ τοῦτό φησι· « Κἂν ἐν τῇ δευτέρᾳ, κἂν ἐν τῇ τρίτῃ φυλακῇ ἔλθῃ, καὶ εὕρῃ οὕτως ποιοῦντας, μακάριοί εἰσιν ἐκεῖνοι. » Ἐθελήσεις δὲ πάντως εἰδέναι σαφῶς, τί δὴ τοῦτό ἐστι. Μερίζουσι τοίνυν τὴν νύκτα τινὲς εἰς τρεῖς ἢ εἰς (D f. 51) τέσσαρας φυλακάς· οἱ γὰρ τοῖς τείχεσι τῶν πόλεων ἐγκαθήμενοι, καὶ τὰς τῶν πολεμίων τηροῦντες ἐφόδους, τρεῖς ἢ τέσσαρας ὥρας διαγρηγορήσαντες, παραπέμπουσιν εἰς ἑτέρους τὴν φυλακὴν καὶ ἐγρήγορσιν. Τρεῖς τοίνυν εἰσὶ καὶ παρ' ἡμῖν ἡλικίαι· πρώτη μὲν καθ' ἣν ἐσμεν ἔτι παῖδες ἀνῆβοι, δευτέρα δὲ καθ' ἣν νεανίαι, καὶ τρίτη καθ' ἣν πρεσβύται. Ἀλλ' ἡ μὲν πρώτη, καθ' ἣν ἔτι παῖδές ἐσμεν, οὐχ εὐθύνεται παρὰ Θεοῦ, ἀξιοῦται δὲ συγγνώμης· ἥ γε μὴν
B δευτέρα καὶ ἡ τρίτη ὀφείλει τῷ Θεῷ τὴν ὑπακοὴν, καὶ τὸ διαζῆν ὁσίως, κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν· οὐκοῦν κἂν εἴ τις καταληφθείη τυχὼν ἐν ἐγρηγόρσει, καὶ οἷον ἐν εὐζωνότητι νέος ὢν ἔτι, κἂν εἴτουν τὴν πρεσβυτικὴν ἔχων ἡλικίαν, μακάριος ἔσται· τεύξεται γὰρ τῶν ἐπηγγελμένων παρὰ Χριστοῦ. — (A f. 182 b) Ὅτι δὲ τὸ μὴ ἐγρηγορέναι ἐπιζήμιον, εὖ μάλα παραδείκνυσι διὰ τοῦδε τοῦ παραδείγματος· ὡς γὰρ ὁ αὐτοῦ φησι μαθητής· « Ἥξει ἡ ἡμέρα Κυρίου, ὡς κλέπτης· ἐν ᾗ οὐρανοὶ μὲν ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, στοιχεῖα δὲ καυσόμενα λυθήσεται· γῆ δὲ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ κατακαήσεται πάντα· καινοὺς δὲ οὐρανοὺς καὶ καινὴν γῆν, κατὰ τὰ ἐπαγγέλματα αὐτοῦ προσδοκῶμεν. » Προσεπάγει δὲ τούτοις· « Τούτων δὲ πάντων λυομένων, ποταποὺς δεῖ εὑρεθῆναι ἡμᾶς [ita cod. non ὑμᾶς] ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ; » Οἶδε γὰρ ὅλως οὐδεὶς τὸν τῆς συντελείας καιρόν.

V. 41. *Ait autem ei Petrus : Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an etiam ad omnes?*

Interrogat Petrus num ad omnes dixerit lucernarum parabolam. Num, inquit, generalis est lex, parique mensura ad cunctos pertinet, an ad eos solos qui præ cæteris sunt electi? Jam vero quidnam sapientissimum perturbavit discipulum? vel quid eum impulit ut id vellet a Christo rescire? Ergo illud in primis dicemus. Præceptorum alia quidem honore apostolatus præditos spectant; alia vero illos qui in inferiore ordine sunt. Quod ita revera se habere, cognoscere, ut dixi, possumus scribente **304** Apostolo : « Lac vobis potum dedi, non escam : nondum enim poteratis, sed ne nunc quidem potestis [24]. » Perfectorum quidem est solidus cibus, illorum scilicet qui sensus habent exercitos ad boni malique discretionem. Namque iis qui corroboratum habent animum, merito conveniunt magna et peculiaria de sublimibus rebus mandata : secus vero iis, qui nondum hoc spiritale robur sunt adepti, congruunt illa quæ omni asperitate carent. Reputans itaque beatus Petrus dictorum a Christo vim, recte interrogat.

Quid ergo ad hæc Christus? Perspicuo evidenti-

C *Κύριε, πρὸς ἡμᾶς τὴν παραβολὴν ταύτην λέγεις, ἢ καὶ πρὸς πάντας;*

(A f. 183) Ἐρωτᾷ Πέτρος εἰ πρὸς πάντας εἶπεν ὁ Κύριος τὴν περὶ τῶν λύχνων παραβολήν. Ἆρα, φησὶ, γενικὸς ὁ νόμος, καὶ ἐν ἴσῳ μέτρῳ κατὰ πάντων ἔρχεται, ἢ μόνοις ἂν πρέποι τοῖς τῶν ἄλλων ἐξῃρημένοις; Εἶτα, τί τὸ θορυβῆσάν ἐστι τὸν σοφώτατον μαθητήν; ἢ τί παρεκίνησαν εἰς τὸ θελῆσαι μαθεῖν τὰ τοιάδε παρὰ Χριστοῦ; Οὐκοῦν ἐκεῖνο καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ἐροῦμεν· τῶν ἐντολῶν αἱ μὲν ἀποστολικοῖς πρέπουσιν ἀξιώμασιν· αἱ δὲ τοῖς τὴν μείω [cod. μείζω] τάξιν ἐπέχουσι. Καὶ τοῦτο ἔστιν ἰδεῖν ἀληθὲς ὂν καὶ οὕτως ἔχον, ὡς ἔφην, γεγραφότος τισὶ τοῦ μακαρίου Παύλου· « Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα, οὔπω γὰρ ἐδύνασθε, ἀλλ' οὐδὲ νῦν
D ἔτι δύνασθε. » Τελείων γάρ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφὴ, τῶν διὰ τὴν ἕξιν ἐχόντων τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ· τοῖς γὰρ τὴν διάνοιαν ἔχουσιν εὐσθενῆ, πρέποι ἂν εἰκότως τὰ μεγάλα καὶ ἐξαίρετα τῶν ἁγιοπρεπῶν ἐνταλμάτων· τοῖς δὲ οὔπω πρὸς τοῦτο ἐληλακόσιν ἰσχύος πνευματικῆς, τὰ δυσχερείας ἁπάσης ἀπηλλαγμένα. Ἐννοήσας τοίνυν ὁ μακάριος Πέτρος τῶν εἰρημένων παρὰ Χριστοῦ τὴν δύναμιν, εἰκότως διαπυνθάνεται.

(A f. 183, D f. 51 b) Τί οὖν πρὸς ταῦτα Χριστός;

[22] II Petr. III, 10. [23] ibid. 11. [24] I Cor. III, 2.

(1) Paulo plenius ab initio est fragmentum apud D. Thomam in catena. « Cyrillus. De prima tamen vigilia mentionem non facit, quia puerilia non punitur a Deo, » etc.

Σαφεῖ καὶ ἐναργεστάτῳ παραδείγματι κέχρηται, πρέπουσαν ἀποφαίνων τὴν ἐντολὴν τοῖς ὅτι μάλιστα διαφανεστέροις, καὶ μυσταγωγῶν ἐν τάξει παρειλημμένοις. Ὑποκείσθω, φησὶν, ἄνθρωπος οἰκοδεσπότης, ὃς στείλασθαι μέλλων ἀποδημίαν, ἑνὶ τῶν γνησίων οἰκετῶν ἐνεχείρισε τοῦ παντὸς οἴκου τὴν οἰκονομίαν, ὥστε διδόναι τῇ θεραπείᾳ αὐτοῦ, τουτέστι τοῖς θεράπουσιν, ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον. Ὅταν τοίνυν, φησὶν, ὑπονοστήσας ἐκεῖνος, καὶ οἴκοι πάλιν ἐλθὼν, οὕτως εὕροι ποιοῦντα, καθὼς καὶ διέταξεν, ὁ δοῦλος ἐκεῖνος ἔσται τρισμακάριος· καταστήσει γὰρ αὐτὸν ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ. — (A f. 183, D f. 51 b) Ὁ μὲν οὖν πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος, ἐν καιρῷ καὶ χρείᾳ διανέμων ἐπιστημόνως τοῖς δούλοις τὸ σιτομέτριον, ἤτοι τε πνευματικὰς τροφὰς, μακάριος ἔσται κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν· τεύξεται γὰρ τῶν ἔτι μειζόνων, καὶ τὰς τοῖς γνησίοις πρεπούσας ἀμοιβὰς ἀπολήψεται· εἰ δὲ δὴ γένοιτό τις καταφρονητὴς καὶ ῥᾴθυμος, ταῖς κατὰ τῶν ὁμοδούλων πλεονεξίαις ἐντρυφῶν, ἐσθίων τε καὶ πίνων, καὶ εἰς ἐκλύτους ἐξιτηλίας ἀπενηνεγμένος, διχοτομηθήσεται· τουτέστι τὴν ἐσχάτην ὑποστήσεται δίκην, ἐπιφοιτήσαντος αὐτῷ τοῦ Δεσπότου ἀδοκήτως.

(A f. 183 b) Ἡ μὲν οὖν ἁπλῆ καὶ πρόχειρος τῶν εἰρημένων δύναμις, τοιαύτη τίς ἐστι. Μάθωμεν δὲ ἀκριβῶς, τί τὸ ἐντεῦθεν ὑποδηλούμενόν ἐστι. Κεχειροτόνηκεν ὁ Σωτὴρ οἰκονόμους, ὥσπερ τῶν ἰδίων οἰκετῶν, τουτέστι τῶν διὰ πίστεως κεκλημένων εἰς ἐπίγνωσιν τῆς δόξης αὐτοῦ, πιστοὺς ἄνδρας καὶ συνετωτάτους, καὶ τῶν ἱερῶν δογμάτων ἐπιστήμονας, ἐπὶ τῷ διδόναι τοῖς συνδούλοις αὐτῶν τὸ σιτομέτριον· καὶ οὐχ ἁπλῶς καὶ ἀκατασκέπτως, ἐν καιρῷ δὲ μᾶλλον τῷ δέοντι, τουτέστι τὴν ἀρκοῦσάν τε καὶ πρέπουσαν ἑκάστῳ τροφὴν, δῆλον ὅτι πνευματικήν. Ἁρμόσειε γὰρ ἂν οὐχ ἅπασιν ἁπλῶς τοῖς εἰς Χριστὸν πιστεύσασιν, ὁ περὶ τούτων λόγος. Γέγραπται γοῦν· « Γνωστῶς ἐπιγνώσῃ ψυχὰς ποιμνίου σου. » Ἑτέρως μὲν γὰρ τὸν ἔτι κατηχούμενον ταῖς τῆς ἀληθείας ἐμβιβάζομεν τρίβοις, ἁπλῷ καὶ οὐδὲν ἔχοντι βαθὺ χρώμενοι λόγῳ· ἑτέρως δὲ πάλιν τοὺς ἁδροτέρους τὸν νοῦν, καὶ συνιέναι δυναμένους τῆς θεολογίας τὸ ὕψος. Ὁ τοίνυν εἰς δέον οἷς ἔλαβε χρησάμενος, ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσι τοῦ Δεσπότου καταστήσεται. Καὶ τοῦτο ἡμᾶς αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἐδίδαξεν, ἑτέρωθί που τὸν σπουδαῖον καὶ γνήσιον οἰκέτην ἐπαινῶν τε καὶ λέγων· « Ἐπὶ ὀλίγα ἧς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου. » Ἐὰν δὲ, φησὶ, τὸ σπουδαῖος καὶ γνήσιος εἶναι μεθεὶς, μερίμναις κοσμικαῖς τὸν οἰκεῖον μεθύσκηται νοῦν, καὶ ἀποφέρηται πρὸς ἃ μὴ θέμις, βιαζόμενος καὶ πλεονεκτῶν τοὺς ὑπεζευγμένους, καὶ μὴ διδοὺς αὐτοῖς τὸ σιτομέτριον, ἐν παντὶ γενήσεται κακῷ· ἔσται δὲ, φησὶ, καὶ ὁ κλῆρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων. Ὁ γὰρ ὅλως ἐπιβουλεύσας τῇ δόξῃ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἐγκεχειρισμένων αὐτῷ ποιμνίων ἀλογῆσαι τολμήσας, κατ' οὐδένα τρόπον διοίσει τῶν οὐκ εἰδότων αὐτόν. Καὶ γοῦν ἔφη ποτὲ Χριστὸς πρὸς τὸν μακάριον Πέτρον· « Σίμων Ἰωνᾶ, φιλεῖς με; ποί-

que exemplo utitur, ut demonstret mandatum id congruere potissimum dignioribus, et in magistrorum ordine constitutis. Proponamus, inquit, hominem patremfamilias, qui peregre abiturus fideli uni famulo universæ domus œconomiam committat, ut familiæ suæ, id est famulis, tempore idoneo tritici demensum det. Cum itaque, ait, reversus ille et in domum suam denuo regressus, ita agentem repererit uti præceperat, tunc servus ille fiet beatissimus; etenim ipsum super omnia bona sua constituet. —Ergo fidelis servus et prudens, qui pro tempore et usu scite conservis tritici mensuram, seu spiritales escas, distribuit, beatus erit juxta Servatoris effatum: majora enim consequetur, et digna fidelibus præmia recipiet. Secus vero, si quis fuerit ignavus et officii negligens, et adversus conservos injurius ac præpotens, comedens bibensque, et luxuriosis dissipationibus deditus, hic, inquam, dividetur, id est extremas pœnas dabit, cum insperato Dominus ei supervenerit.

Igitur simplex et obvia dictorum sententia hæc est. Sed jam accurate discamus quid inde significetur. Constituit Servator super servos suos, id est super eos, qui per fidem ad gloriæ suæ cognitionem sunt vocati, constituit, inquam, quosdam veluti **305** œconomos, viros fideles et prudentissimos, sacrorum dogmatum peritos, ut ipsi conservis suis tritici demensum tribuant; neque vero id temere aut inconsiderate, sed idoneo potius tempore, id est sufficientem et congruam unicuique escam, spiritalem videlicet. Non enim cunctis indifferenter congruit in Christum credentibus sacra doctrina. Quare scriptum est: « Gregis tui animas scite scias [26]. » Aliter enim eum, qui adhuc est catechumenus, in veritatis via constituimus, simplici utentes nihilque reconditum habente sermone; aliter autem eos qui firmiore mente sunt, et theologiæ sublimitatem comprehendere queunt. Qui ergo commisso munere prout oportet functus fuerit, super omnia Domini bona constituetur. Idque nos docuit ipse Servator alio loco sedulum fidelemque famulum his verbis laudans: « In paucis fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui [26]. » Secus vero si, diligentia ac fidelitate neglecta, curis mundanis mentem suam inebriaverit, atque ad illicita eruperit, subditis suis violenter ac tyrannice abutens, neque iis demensum debitum tribuens, nihil mali non experietur; ponetur autem, inquit, portio ejus cum infidelibus. Qui enim Christi gloriæ prorsus nocuerit, et commissos sibi greges pessum ire negligenter siverit, nullatenus differet ab iis qui Christum ignorant. Quamobrem aiebat aliquando beato Petro Christus: « Simon Jonæ, diligis me? pasce oves meas, pasce agnos meos [27]. » Jam si qui pascit, diligit; sequitur ut ille omnino

[26] Prov. xxvii, 23. [26] Matth. xxv, 21. [27] Joan. xxi, 15.

oderit, qui id officium pensi non habet. Quod si odit, jam punietur et infidelium sententiam perferet; quod illi accidit, qui talento accepto ut solerter negotiaretur, mox opere neglecto, pecuniam minime multiplicatam reportavit. Secus autem ii qui quinque talenta vel etiam plura acceperant, labore industriaque usi, maximis dignitatibus ac splendidissimis donati fuerunt. Dictum est enim uni: Decem civitatibus præeris; alii dictum **306** quinque [28]. Verum ille contumeliosus otiosusque famulus extremas dedit pœnas. Perniciosa igitur omnino in magisterii sacri negotio ignavia est. Unde scribebat quibusdam beatus Petrus: « Pascite qui in vobis est gregem Dei, ut cum apparuerit princeps pastorum, mercedem reportetis [29]. » Denique Paulus sciens januam perditionis esse socordiam, aiebat: « Væ mihi est, si non evangelizavero [30]. »

Age vero quod torpentibus in sacri magisterii officio amara et acerba et inevitabilis pœna immineat, statim demonstrat Servator, prioribus deinceps duo subjungens exempla (1). Ait enim: « Ille autem servus, qui cognovit voluntatem domini sui, et non præparavit, nec fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis. Qui autem non cognovit, et fecit digna plagis, vapulabit paucis. » — Quamobrem, dicet fortasse aliquis? Quomodo ab ignaro ratio exquiritur? Nempe, quia scire noluit, cum discere posset. Jam si qui ignoravit, haud omnino iram fugiet, quia cum deberet cognoscere, neglexit discere; quæ causa est, cur non debeat multas perpeti plagas qui scivit, et neglexit? Erit itaque gravius de magistris judicium. Atque hoc docet his verbis discipulus Christi: « Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quod majus judicium sustinebimus [31]. » Dives enim spiritalium munerum fit largitio rectoribus populorum. Nam sic sapientissimus quoque Paulus Timotheo scribit: « Dabit tibi Dominus in omnibus intellectum [32]. » Et: « Noli negligere, quæ in te est, gratiam datam tibi per impositionem manuum mearum [33]. » Atqui his cum multa Servator dederit, multa exquirit ab ipsis. Quænam vero hæc sunt? In fide firmitas, in magisterio sinceritas, in spe constantia, **307** in patientia immobilitas, in spiritali vigore tenacitas, in omni egregio facinore alacritas et fortitudo, ut et cæteris angelicæ vitæ exemplar simus.

V. 49. *Ignem veni mittere in terram; et quid volo si jam accensus est?*

Hoc igne incensus aiebat Cleophas: « Nonne cor

μαινε τὰ πρόβατά μου, βόσκε τὰ ἀρνία μου. » Εἰ δὲ ὁ ποιμαίνων φιλεῖ, μισεῖ που πάντως ὁ τούτου καταφρονῶν. Εἰ δὲ μισεῖ, καὶ κολάζεται, καὶ τῇ τῶν ἀπίστων ὑποφέρεται δίκῃ· ὁποῖός τις ἦν ὁ τὸ τάλαντον λαβὼν, ἵνα ἐμπορεύσηται νοητῶς, εἶτα τοῦτο μὲν οὐ πεπραχὼς, προκομίσας δὲ μᾶλλον ἀπολυπλασίαστον τὸ δοθέν. Ἀλλ' οἵ γε τὰ πέντε λαβόντες ἢ καὶ ἔτι πλείονα, καμόντες τε καὶ φιλεργήσαντες, ἀξιώμασι τετίμηνται τοῖς περιφανεστάτοις. Ἤκουσε γάρ ὁ μέν τις· Ἔσο ἐπάνω δέκα πόλεων· ὁ δὲ πέντε. Ὁ δὲ ὑβριστὴς (2) τε καὶ ὀκνηρὸς οἰκέτης, τὴν ἐσχάτην ὑπέμεινε δίκην· ἐπισφαλὲς οὖν πανταχοῦ τὸ ῥᾴθυμον, εἰς μυσταγωγίαν· ὅθεν γράφει μέν τισιν ὁ μακάριος Πέτρος· ὅτι « Ποιμαίνετε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Θεοῦ, ἵν' ὀφθέντος τοῦ πάντων ἀρχιποίμενος, κομίσησθε τὸν μισθόν. » Εἰδὼς δὲ τὸ ῥᾴθυμον ὀλέθρου πύλην, ἔφη Παῦλος· « Οὐαί μοί ἐστιν, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι. »

(A f. 184) Ὅτι δὲ τοῖς ὀκνοῦσιν εἰς μυσταγωγίαν πικρά τε καὶ ὀδυνηρὰ καὶ δυσδιάφευκτος ἐπικρέμαται κόλασις, διαδείκνυσιν εὐθὺς ὁ Σωτὴρ, τοῖς πρώτοις ἐπενεγκὼν δύο ἐφεξῆς παραδείγματα. Ἔφη γάρ· « Ἐκεῖνος δὲ ὁ δοῦλος, ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου ἑαυτοῦ, καὶ μὴ ἑτοιμάσας, μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ, δαρήσεται πολλάς· ὁ δὲ μὴ γνοὺς, ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν, δαρήσεται ὀλίγας. » — (A f. 184 b) Διὰ ποίαν αἰτίαν· καίτοι φαίη τις ἄν; Πῶς ὁ μὴ γνοὺς, ὑπέχει λόγον; Ὅτι μὴ ἠθέλησεν εἰδέναι, καίτοι μαθεῖν ἐξόν (3). Εἰ δὲ ὁ μὴ γνοὺς, ὅλως οὐκ ἄμοιρος ὀργῆς, ὅτι δέον εἰδέναι, κατημέλησε τοῦ μαθεῖν, ποῖος ἀπαλλάξει λόγος, τοῦ χρῆναι πολλὰς ὑπομεῖναι πληγὰς τὸν εἰδότα καὶ ῥᾳθυμήσαντα; — Φορτικώτερον οὖν ἄρα τῶν διδασκόντων τὸ κρίμα· καὶ τοῦτο διδάσκει λέγων ὁ Χριστοῦ μαθητής· « Μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε, ἀδελφοί μου, εἰδότες ὅτι μεῖζον κρῖμα ληψόμεθα. » Πλουσία γὰρ τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων ἡ δόσις, παρά γε τοῖς τῶν λαῶν ἡγουμένοις· οὕτω γάρ που καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος Τιμοθέῳ γράφει· « Δώσει σοι ὁ Κύριος σύνεσιν ἐν πᾶσι. » Καί· « Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι δι' ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν μου. » Τοῖς δὲ τοιούτοις ὡς πολλὰ διδοὺς ὁ Σωτὴρ, πολλὰ ζητεῖ παρ' αὐτῶν. Καὶ ποῖα ταῦτά ἐστι; Τὸ ἀραρὸς ἐν πίστει, τὸ ἀπλανὲς εἰς μυσταγωγίαν, τὸ βεβηκὸς ἐν ἐλπίδι, τὸ ἀκατάσειστον ἐν ὑπομονῇ, τὸ ἄθραυστον ἐν ἰσχύϊ τῇ πνευματικῇ, τὸ εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀρίστων ἀνδραγαθημάτων πρόθυμόν τε καὶ εὐσθενὲς, ὡς καὶ ἑτέροις ὑποτύπωσιν εἶναι πολιτείας ἀγγελικῆς.

*Πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη;*

(A f. 185 b) Τοῦτο τὸ πῦρ ἔχοντες οἱ περὶ Κλεό-

[28] Luc. XIX, 17-19. [29] I Petr. V, 2. [30] I Cor. IX, 16. [31] Jac. III, 1. [32] II Timoth. II, 7. [33] II Timoth. I, 6.

(1) Apud D. Thomam in catena. « CYRILLUS. Homo enim perspicax, qui turpioribus suam voluntatem inclinavit, impudenter misericordiam implorabit, quia inexcusabile peccatum commisit, quasi propter malitiam recedens a Domini voluntate: sed homo rusticanus rationabilius implorabit veniam vindicantis; unde subditur: *Qui autem non cognovit,* » etc.

(2) Dicit contumeliosum servum propter dicta ab eo Luc. XIX, 21.

(3) Hanc appellant ignorantiam crassam theologi morales.

παν ἔλεγον· « Οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν ἐν τῇ ὁδῷ, ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς Γραφάς; » Πῦρ τοῦτο σωτήριον καὶ ἐπωφελὲς, δι' οὗ πάντες οἱ ἐπὶ τῆς γῆς ἀπεψυγμένοι τρόπον τινὰ καὶ νενεκρωμένοι διά τε τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὸ μὴ εἰδέναι τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν, ἀναζωπυρούμεθα πρὸς τὴν κατ' εὐσέβειαν ζωὴν, καὶ τῷ πνεύματι ζέοντες ἀποτελούμεθα κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. Κερδαίνομεν δὲ πρὸς τούτῳ, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος μέθεξιν, πυρὸς δίκην ὄντος ἐν ἡμῖν· βεβαπτίσμεθα γὰρ ἐν πυρὶ ἁγίῳ Πνεύματι. Ἔθος δὲ τῇ θείᾳ Γραφῇ πῦρ ὀνομάζειν ἔσθ' ὅτε τοὺς θείους τε καὶ ἱεροὺς λόγους, καὶ τὴν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν. Ἔφη μὲν γάρ τις τῶν ἁγίων προφητῶν, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ· « Ὅτι ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ Κύριος, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε, καὶ ὁ ἄγγελος τῆς Διαθήκης, ὃν ὑμεῖς θέλετε. Ἰδοὺ ἔρχεται, λέγει Κύριος, καὶ τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν εἰσόδου αὐτοῦ; ἢ τίς ὑποστήσεται ὀπτασίαν αὐτοῦ; Ἰδοὺ αὐτὸς ἐκπορεύεται, ὡς πῦρ χωνευτηρίου, καὶ ὡς πόα πλυνόντων· καὶ καθεδεῖται χωνεύων καὶ καθαρίζων ὡς τὸ ἀργύριον καὶ ὡς τὸ χρυσίον. » Καὶ ναὸν μέν φησιν ἐνθάδε, τὸ ἄχραντον ἀληθῶς καὶ ἅγιον σῶμα, τὸ διὰ τῆς ἁγίας Παρθένου ταχθὲν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν δυνάμει τοῦ Πατρός. Εἴρηται γάρ που πρὸς τὴν ἁγίαν Παρθένον· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. » Ἄγγελον δὲ Διαθήκης αὐτὸν ὀνομάζει τὸν Μονογενῆ, παρὰ τὸ ἀγγέλλειν καὶ διακονεῖν τῇ Πατρὸς εὐδοκίᾳ τῇ εἰς ἡμᾶς γενομένῃ. Καὶ γοῦν ἔφη πρὸς ἡμᾶς, ὅτι « Πάντα ὅσα ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἀπήγγειλα ὑμῖν. » Γράφει δὲ περὶ αὐτοῦ καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας, ὅτι « Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ· καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος. » Ὥσπερ οὖν οἱ τὸν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἐκκαθαίρειν εἰδότες, πυρὶ τὸν ἐν αὐτοῖς ἐντήκουσι ῥύπον, οὕτω καὶ ὁ Σωτὴρ διὰ τῶν εὐαγγελικῶν μαθημάτων, ἐν δυνάμει Πνεύματος, τὸν ἑκάστου σμήχει νοῦν τῶν πιστευσάντων εἰς αὐτόν. Ἔφη δέ που καὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, πρὸς τὸν προφήτην Ἱερεμίαν· « Ἰδοὺ δέδωκα τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα σου πῦρ, καὶ τὸν λαὸν τοῦτον, ξύλα. » Καὶ πάλιν « Οὐχ οἱ λόγοι μου ὥσπερ πῦρ, λέγει Κύριος; » Τίς δ' ἂν νοηθείη πρὸς ἡμῶν καὶ ὁ ἄνθραξ ὁ τῶν τοῦ προφήτου Ἡσαΐου χειλέων ἁψάμενος, καὶ καθαρίσας αὐτὸν ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας; Τὸ σωτήριον δηλονότι κήρυγμα, καὶ ἡ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ὁμολογία, ἥν εἴπερ τις ἐν στόματι λάβοι, πάντῃ τε καὶ πάντως διακαθαίρεται. Καὶ πιστώσεται λέγων ὁ Παῦλος, ὅτι « Ἐὰν εἴπῃς ἐν τῷ στόματί σου, Κύριος Ἰησοῦς, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὡς ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. » Πλὴν ἄνθρακι καὶ πυρὶ τὴν τοῦ θείου κηρύγματος δύναμιν ἐοικέναι φαμὲν, οὗ τὴν ἄναψιν ἐπισπεύδει ὁ Κύ-

A nostrum ardens erat intra nos in via, dum nobis aperiret Scripturas [34]? » Ignis hic salutaris est et utilis, per quem nos omnes qui in terra frigidi eramus ac emortui ob peccatum et ob veri naturalisque Dei ignorantiam, denuo suscitamur ad religiosam vitam; spirituque ferventes efficimur juxta beati Pauli dictum [35]; prætereaque sancti Spiritus participationem lucramur, ignis instar intra nos habitantis: namque igne baptizati fuimus, sancto Spiritu. Mos vero est divinæ Scripturæ ignis nomine appellandi interdum divinam sacramque doctrinam, et sancti Spiritus vim atque operationem. Dixit enim sanctorum prophetarum unus, tanquam ex Dei persona, de universali nostro Servatore Christo, quod nempe « subito veniet in templum B suum Dominus, quem vos quæritis, et angelus Testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus; et quis sustinebit diem adventus ejus? aut quis patietur aspectum ejus? En ipse procedit ut ignis conflatorii, et ut herba fullonum; et sedebit conflans mundansque sicut argentum et sicut aurum [36]. » Et templum quidem hic dicit immaculatum sanctumque corpus de sancta Virgine sumptum, sancto operante Spiritu in virtute Patris. Dictum quippe fuit sanctæ Virgini: « Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi [37]. » Angelum vero Testamenti ipsum nominat Unigenitum, quia nuntiat, ministratque Patris bonæ erga nos voluntati. Itaque nobis dicebat: « Omnia quæcunque audivi a Patre meo, nota feci vobis [38]. » C Scribit de ipso propheta quoque Isaias: « Parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis, cujus imperium super humerum **308** ejus: vocaturque nomen ejus magni consilii Angelus [39]. » Sicut ergo ii qui aurum argentumque purgare sciunt, sordes ejus igne consumunt, ita etiam Servator per doctrinas evangelicas, virtute Spiritus, singulorum in ipsum credentium mentem abstergit. Dixit vero aliquando universalis Deus ad Jeremiam: « Ecce dedi sermones meos in os tuum tanquam ignem; et hunc populum, instar lignorum [40]. » Et rursus: « Nonne sermones mei ut ignis, dicit Dominus [41]? » Quidnam porro aliud a nobis existimabitur carbo ille qui prophetæ Isaiæ labia contigit, omnique ipsum peccato mundavit [42]? Nempe salutaris prædicatio, et D fidei in Christum confessio; quam si quis ore receperit, prorsus omnimodisque purgatur. Rei fidem faciet Paulus dicens: « Quod si dixeris ore tuo, Dominum Jesum, credideris que corde tuo, a Deo illum de mortuis suscitatum, salvus eris [43]. » Verumtamen carboni et igni divinæ prædicationis vim dicimus similem, cujus incensionem urget Dominus. Jam enim nonnulli ex Israele crediderant, quorum primitiæ fuerant divi discipuli. Semel autem accensus ignis, universum correpturus mundum erat, cum tota susceptæ incarnationis ratio

(A f. 193 b) Τοῦτο ἡμῖν αἰνιγματωδῶς τὸ Μωσαϊκὸν ἐσήμαινε γράμμα· ἔχει δὲ οὕτως· « Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν λέγων· Ποίησον σεαυτῷ δύο σάλπιγγας ἐλατὰς, ἀργυρᾶς ποιήσεις αὐτὰς, καὶ ἔσονταί σοι ἀνακαλεῖν τὴν συναγωγὴν, καὶ ἐξαίρειν τὰς παρεμβολάς. » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Καὶ οἱ υἱοὶ Ἀαρὼν οἱ ἱερεῖς σαλπιοῦσι ταῖς σάλπιγξι· καὶ ἔσται ὑμῖν νόμιμον αἰώνιον εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν. » Ἵν' ἐντεῦθεν ἐννοῇς καὶ τὴν τοῦ νόμου παιδαγωγίαν, καὶ τελείωσιν τὴν διὰ Χριστοῦ διὰ πολιτείας εὐαγγελικῆς καὶ μυσταγωγίας τῆς ὑπὲρ σκιὰν καὶ τύπους. Σάλπιγξ δὲ οὖν ὁ νόμος· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα· οὕτω γὰρ αὐτοῦ διαμνημονεύει καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας, λέγων· « Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, σαλπιοῦσι τῇ σάλπιγγι τῇ μεγάλῃ. » Μεγάλη γὰρ ὄντως ἀνεφώνησε σάλπιγξ, ἡ διά γε τῶν ἁγίων ἀποστόλων, οὐκ ἀθετοῦσα τὴν πρώτην, συνεισδεχομένη δὲ καὶ αὐτήν· διὰ γὰρ νόμου καὶ προφητῶν, ἐμπεδοῦσιν ἀεὶ τὸν ἐπὶ Χριστῷ λόγον, μαρτυρίαις χρώμενοι ταῖς ἀρχαιοτέραις. Οὐκοῦν δύο μὲν αἱ σάλπιγγες, ἀργυραῖ δὲ καὶ ἐλαταί· τοῦ μὲν ἀργύρου κατασημαίνοντος τὴν φαιδρότητα, λαμπρὸς γάρ ἐστιν ὁ παρὰ Θεοῦ λόγος· τοῦ γε μὴν ἐλάσματος ὑποφαίνοντος, ὅτι προβήσονται καὶ προκόψουσιν αἱ ἱεραί τε καὶ θεῖαι σάλπιγγες, ἤγουν τὸ νέον τε καὶ ἀρχαῖον κήρυγμα· προκόπτει γὰρ ἀεί πως τὸ ἐλαυνόμενον, καὶ εἰς εὖρός τε καὶ μῆκος ἐκτείνεται· ἔμελλον δὲ προκόπτειν, ἐπιλάμψαντος τοῦ Χριστοῦ· ὁ μὲν παλαιὸς νόμος, εἰς θεωρίαν πνευματικήν· τὸ δὲ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικὸν, εἰς τὸ πάσης κατευρυνθήσεσθαι τῆς ὑπ' οὐρανόν. Πλὴν τοῖς ἱερεῦσιν ὁ νόμος ἐδίδου τὸ χρῆναι ταῖς σάλπιγξι διατάττειν τοὺς λαούς· δίδοται γὰρ παρὰ Χριστοῦ τὸ δια κηρύττειν αὐτὸν καὶ τὰ αὐτοῦ θεσπίσματα, τοῖς τῶν νέων κηρυγμάτων ἱερουργοῖς, δῆλον δὲ ὅτι τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις. Ὅτι δὲ ἔμελλεν εἰς αὔξησιν ὥσπερ ἀναπηδᾷν, βραχὺς ὢν ἐν ἀρχαῖς τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων ὁ λόγος, ἀταλαίπωρον ἰδεῖν, προηγορευκότος Θεοῦ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου περὶ αὐτοῦ, ὅτι « Ἐνεπλήσθη ἡ σύμπασα τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύψαι θαλάσσης. » Θαλάσσης γὰρ δίκην ἐκκέχυται πανταχοῦ τὸ σωτήριον κήρυγμα, καὶ πανσθενεστάτην ἔχει τὴν ἐμβολήν· καὶ τοῦτο πάλιν ἡμῖν διασαφεῖ λέγων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, διὰ προφήτου φωνῆς· « Καὶ κυλισθήσεται ὡς ὕδωρ, κρίμα· καὶ δικαιοσύνη, ὡς χείμαῤῥος ἄβατος. » *Κρίμα* μὲν γὰρ καὶ *δικαιοσύνην*, τὸ εὐαγγελικὸν ὀνομάζει κήρυγμα· οὕτω γε μὴν αὐτὸ κατακυλισθήσεσθαι διεβεβαιοῦτο τῆς ὑπ' οὐρανὸν, ὡς ὕδωρ καὶ χειμάῤῥουν· οὗ τὰς ὁρμὰς ἐγκόψειεν ἂν οὐδεὶς καταχεομένου λαύρως.

A Id nobis ænigmatico modo Mosaicæ significant litteræ, quæ ita se habent : Dixitque Dominus Moysi : « Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus convocare possis multitudinem, quando movenda sunt castra [75]. » Et infra : « Filii autem Aaronis sacerdotes clangent tubis ; eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris [76] ; » nempe ut hinc intelligas et legis pædagogatum, et perfectionem in Christo per evangelicam vitam, et magisterium quod umbram figurasque excedit. Tuba ergo lex est pariterque evangelica quoque Servatoris prædicatio. Sic enim hujus meminit etiam Isaias propheta, dicens : « Et erit die illa, tuba magna clangent [77]. » Grandis reapse insonuit tuba per sanctos apostolos, haud sane priorem legem destruens, sed una secum B complectens. Nam hi lege atque prophetis confirmant semper Christi doctrinam, dum ipsorum priscis testimoniis utuntur. Duæ sunt igitur tubæ, et quidem argenteæ ductilesque : ita ut argentum lætitiam significet, splendidus enim Dei sermo est : ductilis autem natura ejusdem innuat, fore ut dilatentur ac longius provehantur sacræ divinæque tubæ, id est nova simul et vetus doctrina. Re et- [illegible]im vera semper quodammodo proficit, id quod di- [illegible]ur lateque et longe protenditur. Futurum autem erat ut utraque doctrina excresceret, Christo apparente ; vetus quidem lex in spiritalem sensum excrevit ; evangelica autem prædicatio, sua per universum orbem dilatatione. Verumtamen sacerdotibus dabat lex tubarum usum, ob regendum po- C pulum ; Christus autem ut se prædicarent **322** doctrinamque suam, novæ prædicationis sacerdotibus, id est sanctis apostolis, attribuit. Quod vero incrementum quodammodo esset capturus, qui initio exiguus erat sermo evangelicus, facile est cognoscere, Deo per Isaiam sic prænuntiante : « Repleta est universa terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientes [78]. » Enimvero maris instar quaqueversus salutaris prædicatio effunditur, et validissimam facit impressionem. Atque hoc rursus declarat nobis prophetæ ore universalis Deus : « Et volvetur quasi aqua judicium, et justitia quasi torrens intransibilis [79]. » Nam *judicium* atque *justitiam* nominat evangelicam prædicationem ; quam sic per orbem D volvendam affirmabat, ceu aquam atque torrentem, cujus impetum violenter decurrentem nemo potest infringere.

*Ὁμοία ἐστὶ ζύμῃ*, κ. τ. λ.

(A f. 194 b, B f. 135) Ὁ αὐτὸς δ' ἂν γένοιτο λόγος, καὶ περὶ τοῦ ζύμῃ παραβεβλῆσθαι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ· μικρὰ μὲν γὰρ ἡ ζύμη, πλὴν τοῦ παντὸς φυράματος ἀμελητὶ καταδράττεται, καὶ τὴν ἰδίαν αὐτῷ ποιότητα καταμίσγει γοργῶς. Τοιοῦτόν τι καὶ ἐν ἡμῖν ὁ θεῖος ἐργάζεται λόγος· γεγονὼς

V. 21. *Simile est fermento*, etc.

Simili modo dicendum est de fermento quod cum regno Dei comparatur. Etenim tenue sane fermentum est, nihilo tamen minus universam sine mora massam corripit, suamque vivaciter qualitatem immiscet. Hujusmodi quid in nobis quoque divinus operatur sermo : namque ad nos delatus, sanctos

[75] Num. x, 2. [76] ibid. 8. [77] Isa. xxvii, 13. [78] Isa. xi, 9. [79] Amos v, 24.

inculpabilesque efficit; et in mentem et cor receptus, spirituales ostendit; ut, quod ait Paulus [80], universus spiritus noster et corpus et anima sine querela servetur in die Domini Jesu Christi. Nam quod in mentes nostras divinus influat sermo, patefaciet his verbis universalis Deus per unum de prophetis: « Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et complebo super domum Israelis, et super domum Judæ novum fœdus, tradens leges meas mentibus illorum, et in eorumdem cordibus scribens [81]. » In mentem igitur atque cor, intellectuale divinumque fermentum recipiamus; ut per tam sacram sanctamque rem spiritualiter azymi inveniamur. Etenim in mentem repens evangelici magisterii vis vivifica, animam simul et corpus in suam veluti qualitatem convertit.

γὰρ ἐν ἡμῖν, ἁγίους καὶ ἀμώμους ἀποτελεῖ· καὶ εἰς νοῦν καὶ καρδίαν εἰσδεδυκὼς, πνευματικοὺς ἀποφαίνει· ἵν' ὡς ὁ Παῦλός φησιν, ὁλόκληρον ἡμῶν τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ σῶμα, καὶ ψυχὴ ἀμέμπτως τηρηθείη ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ὅτι γὰρ ἐν τῷ βάθει τῆς διανοίας ἡμῶν ὁ θεῖος εἰσχεῖται λόγος, σαφηνιεῖ λέγων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν· « Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα διαθήκην καινὴν, διδοὺς νόμους μου εἰς τὰς διανοίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς. » Οὐκοῦν εἰς νοῦν καὶ καρδίαν, τὴν νοητὴν καὶ θείαν δεχώμεθα ζύμην, ἵνα διὰ τῆς οὕτω σεπτῆς καὶ ἁγίας ζύμης ἄζυμοι νοητῶς εὑρισκώμεθα. Εἰσδύνουσα γὰρ εἰς νοῦν τῆς εὐαγγελικῆς παιδεύσεως ἡ ζωοποιὸς ἐνέργεια, ψυχήν τε, καὶ σῶμα, καὶ πνεῦμα πρὸς τὴν ἰδίαν ὥσπερ ποιότητα μεταστοιχειοῖ.

V. 23. **323** *Ait autem illi quidam: Domine, num pauci sunt qui salvantur? Ipse autem dixit ad illos: Contendite intrare per angustam portam*, etc.

*Εἶπε δέ τις αὐτῷ· Κύριε, εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι; Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς· Ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς πύλης, κ. τ. λ.*

(1) Videtur quodammodo responsio extra scopum interrogantis excurrere. Ille enim sciscitatus fuerat, num pauci salvarentur; hic autem rationem qua possent justificari exponit dicens: « Contendite intrare per angustam portam. » Quid ergo hic dicimus? Solebat universalis Servator interrogantibus respondere, haud omnino prout ipsis libebat, sed spectare potius quid audientibus utile forei ac necessarium. Id vero potissimum agebat, cum aliquis supervacanea atque inutilia cognoscere avebat. Cur enim opus erat velle rescire, utrum multi an pauci sint qui salvantur? Quænam hinc utilitas audientibus obveniebat? Verum enimvero necessarium erat et utile cognoscere viam potius qua quispiam ad salutem pergeret. Prudenter itaque vanam interrogationem silentio transmittit, verba autem sua ad necessariam rem convertit; videlicet ad docendum quid facto opus esset ut per angustam arctamque januam intremus. Hoc ipsum et alibi monuerat dicens: « Intrate per angustam portam; nam lata spatiosaque via est quæ ducit ad perditionem, multique per eam intrant: angusta vero et arcta via est quæ ad vitam ducit, et pauci sunt qui inveniunt illam [82]. » Nam volentibus pervenire necessaria in primis est recta fides; deinde inculpata vita, quantum humana justitia esse potest. Sic enim aliquando David etiam propheta Deum his verbis precabatur: « Judica me, Domine, secundum justitiam meam [83]. » Verumtamen ii qui sancte vivere volunt, haud queunt sine Deo vocante id agere. Semper enim aspera et ardua, multisque haud gradibilis, quæ ducit ad virtutem via est. Facile vero introibit per angustam portam, **324** et arcta via

(A f. 195 b, B f. 135, D f. 55) Δοκεῖ πως ἡ ἀπόκρισις ἔξω φέρεσθαι σκοποῦ τοῦ ἐρωτήσαντος. Ὁ μὲν γὰρ ἠξίου μαθεῖν, εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι· ὁ δὲ τὴν τοῦ δύνασθαι δικαιωθῆναι τρίβον ἐξηγεῖτο, λέγων· « Ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς πύλης. » Τί οὖν ἄρα πρὸς τοῦτό φαμεν; Ἔθος ἦν τῷ πάντων Σωτῆρι Χριστῷ, τοῖς ἐρωτῶσιν αὐτὸν ὑπαντᾷν, οὐχὶ πάντως κατὰ τὸ αὐτοῖς δοκοῦν, ἀλλ' εἰς τὸ χρήσιμόν τε καὶ ἀναγκαῖον τοῖς ἀκροωμένοις ὁρᾷν. Ἔδρα δὲ τοῦτο μάλιστα, ὅτε τις ἠξίου μαθεῖν τι τῶν ὅσα περιττά ἐστι καὶ ἀνόνητα. Τί γὰρ ἔδει φιλοπευστεῖν, πότερόν ποτε πολλοί τινες εἶεν ἢ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι; Τί τὸ ἐντεῦθεν ὄφελος ἐκβέβηκεν ἂν τοῖς ἀκροωμένοις; Ἦν δὲ ἀναγκαῖον καὶ λυσιτελὲς τὸ εἰδέναι μᾶλλον τὸν τρόπον δι' οὗπερ ἄν τις ἴοι πρὸς σωτηρίαν· οὐκοῦν οἰκονομικῶς πρὸς μὲν τὸ τῆς ἐρωτήσεως εἰκαῖον, ἀποσιγᾷ· μεθίστησι δὲ τοὺς λόγους ἐφ' ὅπερ ἦν ἀναγκαῖον· τοῦτο δὲ ἦν τὸ εἰδέναι δρᾷν ἐκεῖνα δι' ὧν ἦν δύνασθαι τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην εἰσελάσαι πύλην. Τοῦτο γάρ που καὶ ἑτέρωθι διδάσκων φησίν· « Εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης· ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοί εἰσιν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς· στενὴ δὲ ἡ πύλη καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν, ὀλίγοι δέ εἰσιν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν. » Τοῖς γὰρ ἐθέλουσιν ἐλθεῖν, δεῖ δὴ πάντως πίστεως μὲν, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, ὀρθῆς· εἶτα, βίου ἀλήπτου κατά γε τὸ μέτρον τῆς ἀνθρωπίνης δικαιοσύνης. Οὕτω γάρ που καὶ ὁ προφήτης Δαβὶδ τὰς πρὸς Θεὸν ἱκεσίας ἐποιεῖτο λέγων· « Κρῖνόν με, Κύριε, κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου. » Πλὴν οὐκ ἔνεστι τοῖς ἐθέλουσι βιοῦν ἁγίως, ἀκλητὶ δύνασθαι τοῦτο δρᾷν (2)· ἀεὶ γάρ πως ἐστὶ σκληρὰ καὶ ἀνάν-

[80] I Thess. v, 23. [81] Jerem. xxxi, 31, 33. [82] Matth. vii, 13, 14. [83] Psal. vii, 9.

(1) Ante subsequentia apud D. Thomam hi est. Lat. sic. « Cyrillus. Angusta porta ærumnam et patientiam sanctorum significat. Sicut enim pugnarum victoria attestatur militis strenuitati, sic præclarum efficiet valida perpessio laborum et tentationum. »

(2) Animadverte gratiæ divinæ ad bene agendam necessitatem.

της, καὶ οὐ βάσιμος τοῖς πολλοῖς, ἡ εἰς ἀρετὴν ἀποφέρουσα τρίβος· εἰσελάσει δὲ ῥᾳδίως διὰ τῆς στενῆς πύλης, καὶ δραμεῖται τὴν τεθλιμμένην ὁ ἀγωνιζόμενος καὶ τοὺς τοιούτους πόνους αἱρούμενος. Γέγραπται γοῦν, ὅτι « Ἀνὴρ ἐν πόνοις πονεῖ ἑαυτῷ, καὶ ἐκβιάζεται ἑαυτοῦ τὴν ἀπώλειαν· » ὡς γὰρ αὐτὸς πάλιν ἔφη ὁ Κύριος· « Βιαστή ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. » Πλατεῖα δὲ ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς, ἡ πολλοὺς εἰς ὄλεθρον καταφέρουσα. Καὶ ὁποῖον ἂν νοηθείη τὸ πλάτος αὐτῆς; Αἰσχρὰ καὶ φιλήδονος ζωὴ, τρυφαὶ, καὶ κῶμοι, καὶ μέθαι, καὶ πάντα τὰ τῆς κακίας ἐπιτηδεύματα, ἡ φιλαργυρία, καὶ τῶν προσκαίρων δοξαρίων φαντασία κενὴ, τὸ ἀμνημονεῖν τῶν θείων ἐνταλμάτων, τὸ μὴ ἔχειν τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον πρὸ ὀφθαλμῶν. Οὐκοῦν τῶν μὲν τοιούτων ἀποφοιτᾷν ἀναγκαῖον τοὺς εἰσβάλλειν ἐθέλοντας διὰ τῆς στενῆς πύλης, συνεῖναι δὲ καὶ συνεορτάζειν Χριστῷ· ὅτι γὰρ οἱ μὴ τοιοῦτοι ἀπόβλητοι, δι' ἐναργοῦς παραδείγματος διέδειξεν ὁ Σωτὴρ εἰπών·

*Ἀφ' οὗ ἂν εἰσέλθῃ* (1) *ὁ οἰκοδεσπότης καὶ ἀποκλείσῃ τὴν θύραν*, κ. τ. λ.

(A f. 197, B f. 135 b, C f. 137 b) Ὡς ἐπί τινος οἰκοδεσπότου πολλοὺς τῶν ἐπιτηδείων συναγηγερκότος εἰς ἑστίαν καὶ τράπεζαν, εἶτα προεισβεβηκότος μεθ' ὧν ἔδει τοῦτο δρᾷν, ἀποκλείσαντός τε τὴν θύραν, τοὺς μετὰ τοῦτο κρούοντας ἀκούσεσθαί φησιν· « Οὐκ οἶδα ὑμᾶς. » Γνῶσιν δὲ ἐνταῦθα οὐχ ἁπλῶς τὴν εἴδησιν λέγει, ἀλλὰ τὴν οἰκειότητα τὴν ἐν μεθέξει, τὴν ὡς ἐν χάριτι καὶ τιμῇ. Εἴπερ γὰρ ἡ γνῶσις μόνον ἡμῖν κατασημαίνεται εἴδησιν, πῶς ἠγνόησε τῶν ὄντων τινὰς, ὁ πάντα ἔχων γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, ὁ καὶ πρὶν γενέσεως πάντα εἰδώς; Οὐκοῦν οὐ μόνον ἀνόητον, ἀλλὰ καὶ δυσσεβὲς, τὸ ἀγνοῆσαί τινας ὑποτοπῆσαι τὸν Κύριον· οἰησόμεθα δὲ μᾶλλον εἰπεῖν αὐτὸν, ὡς οὐδαμόθεν τὴν οἰκειότητα τὴν πρὸς αὐτὸν καὶ σχέσιν ἐπάγονται. Οὐκ οἶδα γὰρ, φησὶ, γεγονότας ἀρετῆς ἐραστάς· οὐ τὸν ἐμὸν τιμήσαντας λόγον, ἀλλ' οὐδὲ συναφθέντας ἐμοὶ διὰ πράξεων ἀγαθῶν. Ἀκολούθως καὶ πρὸς Μωϋσέα εἴρηται· « Οἶδά σε παρὰ πάντας, καὶ χάριν εὗρες παρ' ἐμοί· » ἀντὶ τοῦ· Ἐν οἰκειότητι τῇ ὑπὲρ πάντας ἐτέθης παρ' ἐμοὶ, καὶ πολλὴν ἐπορίσω τὴν χάριν. Οὐκοῦν καὶ περὶ τῶν οὐδαμόθεν οἰκειωθέντων αὐτῷ, λέγει· « Οὐκ οἶδα ὑμᾶς· ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ, ἐργάται τῆς ἀδικίας. » — « Οὐδεμία γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος. »

Τίνες δ' ἂν νοηθεῖεν οἱ λέγοντες τῷ Χριστῷ τό· Ἐφάγομεν καὶ ἐπίομεν ἐνώπιόν σου; Ἁρμόσειεν ἂν ὁ τοιόσδε λόγος μάλιστα τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, οἷς δὴ καὶ ἔφη Χριστὸς, ὅτι « Ὄψεσθε τοὺς περὶ τὸν Ἀβραὰμ καὶ τοὺς προφήτας ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, ἑαυτοὺς δὲ ἐκβαλλομένους ἔξω. » Πῶς οὖν ἤσθιον καὶ ἔπινον

A gradietur, qui conabitur, et hujusmodi labores exantlare decreverit. Scriptum est igitur: « Vir laborans, laborat sibi, et vim facit perditioni suæ [84] (2). » Sicut enim rursus idem ait Dominus: « Vim patitur regnum Dei, et violenti rapiunt illud [85]. » Lata vero porta et spatiosa via quæ multos ducit ad interitum. Quænam porro intelligetur latitudo ejus? turpis nimirum et voluptaria vita, deliciæ, comessationes, crapulæ, et omnia vitiorum studia, avaritia, et temporalis gloriolæ vana phantasia, divinorum mandatorum oblivio, Dei denique timorem non habere præ oculis. Ergo hæc omnia vitare oportet, si qui volunt per angustam portam intrare, et cum Christo versari æternumque festum peragere. Quod vero qui ejusmodi non sunt rejiB cientur, evidenti exemplo demonstrat Servator dicens:

V. 26. *Cum autem intraverit paterfamilias, et ostium clauserit*, etc.

Ceu si quis paterfamilias complures amicos suos congregaverit ad mensæ convivium, et deinde ipse introiverit quibuscum est cœnaturus, januamque occluserit; quicunque postea pulsaverint, audituros dicit: « Non novi vos. » Notitiam autem hoc loco non pro simplici scientia dicit, sed pro familiaritate, gratiæque et honoris communione. Nam si hic notitia scientiam strictim significaret, quomodo C quemquam is ignoraret cui omnia nuda et revelata versantur ob oculos, et qui antequam etiam fiant cuncta scit? Est ergo non modo insanum sed etiam irreligiosum suspicari quidquam a Domino ignorari. Existimabimus potius dici ab ipso, quod hi nullam cum eo necessitudinem nexumque habeant. Non novi, inquit, vos amatores esse virtutis, non meam in pretio habentes **325** doctrinam, nec mecum per bonorum operum exercitia conjunctos. His consentanea Moysi quoque dicta fuerunt: « Novi te præ omnibus, gratiamque apud me nactus es [86]. » Nempe ad meam familiaritatem præ omnibus assumptus es, multamque gratiam consecutus. Quare et iis qui ipsius amicitiam non sunt adepti, dicit: « Non novi vos; discedite a me, operarii iniquitaD tis [87]. » — « Nulla enim communio lucis cum tenebris [87*]. »

Quinam vero credentur qui aiunt Christo, manducabimus et bibimus coram te? Congruit utique Israelitis potissimum sermo hic; quibus certe dicebat Christus: « Videbitis Abrahamum et prophetas in regno Dei, vos autem foras expelli. » Quomodo ergo manducabant atque bibebant coram Deo?

[84] Prov. xvi, 26. [85] Matth. xi, 12. [86] Exod. xxiii, 12. [87] Matth. vii, 23. [87*] II Cor. vi, 14.

(1) Scripsi εἰσέλθῃ cum aliquot codicibus apud Sabaterium et Scholtzium; sic enim legebat non solum vulgatus noster Lat., verum etiam Cyrillus, ut apparet infra ex vocabulo ejus προεισβεβηκότος. Vulgo tamen Græcus textus habet ἐγερθῇ.

(2) Apud Sabaterium bis Cassianus, et semel S. Hieronymus, ita habent ut nos Latine scripsimus. Flaminius Nobilius tamen in sua Proverbiorum translatione maluit interpretari: *Vim facit in interitum suum*; quod contrarium fortasse sensum exhibere videtur.

Nempe legali fungentes cultu; nam cruentas victimas Deo afferentes comedebant et lætabantur. Audiebant insuper in synagogis libros Moysis, qui non tam sua scripsit, quam Dei verba interpretatus est; etenim semper sermoni suo præfabatur : « Hæc dicit Dominus. » Haud tamen justificando homini sufficit cruentus cultus · neque suas quisquam abluet maculas, audiens quidem divinarum legum lectionem, nihil vero mandatorum exsequens. Alioqui etiam fidem non admittentes quæ impium justificat', nec evangelica statuta sectantes, quæ vires suppeditant ingenuæ præstantique vitæ agendæ, quo pacto regnum cœlorum adire poterunt? Prædictis annumerabis et nonnullos alios qui dicere interdum queunt omnium Judici : Comedimus coram te, et in plateis nostris tu docuisti. Quinam item hi erunt? Multi crediderunt in Christum, sanctasque ejus celebrant solemnitates, et ecclesias frequentantes evangelicas audiunt doctrinas; attamen sacrarum Scripturarum nihil in mente sua reponunt, sed fructus sterile gerunt cor. Hi quoque igitur amare flebunt, dentibusque stridebunt; namque et hos Dominus negabit. Ait itaque : « Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum Dei, **326** sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis est [88]. »

ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ]; τὴν νομικὴν τελοῦντες λατρείαν· προσκομίζοντες γὰρ τῷ Θεῷ τὰς δι' αἵματος θυσίας, ἤσθιον καὶ ηὐφραίνοντο· ἠκροῶντο δὲ καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῶν Μωϋσέως βιβλίων, οὐ τὰ ἑαυτοῦ γεγραφότος μᾶλλον, ἑρμηνεύοντος δὲ τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ· προανετίθει γὰρ ἀεὶ τῆς ἑαυτοῦ φωνῆς τό· « Τάδε λέγει Κύριος. » Ἀλλ' οὐκ ἀρκεῖ πρὸς δικαίωσιν ἡ δι' αἱμάτων λατρεία· οὐδ' ἂν ἀπονίψαιτό τις μολυσμοὺς, ἀκροατὴς μὲν τῶν θείων γενόμενος νόμων, πεπραχὼς δὲ οὐδὲν τῶν κεκελευσμένων· καὶ ἑτέρως δὲ τὴν πίστιν οὐ προσηκάμενοι τὴν δικαιοῦσαν τὸν ἀσεβῆ, οὐδὲ τοῖς εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασιν ἀκολουθήσαντες, δι' ὧν ἦν δύνασθαι τὴν εὐφυᾶ καὶ ἐξειλεγμένην ἐξασκῆσαι ζωὴν, πῶς ἂν εἰσελάσειαν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ; Ἐπαριθμήσεις τοῖς ὠνομασμένοις καὶ ἑτέρους τινὰς δυναμένους εἰπεῖν ἔσθ' ὅτε τῷ πάντων Κριτῇ· Ἐφάγομεν ἐνώπιόν σου, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἡμῶν ἐδίδαξας. Καὶ τίνες ἂν εἶεν οὗτοι πάλιν; Πολλοὶ πεπιστεύκασιν εἰς Χριστὸν, καὶ τὰς ἁγίας ἐπ' αὐτῷ τελοῦσιν ἑορτὰς, φοιτῶντες δὲ καὶ ἐν ἐκκλησίαις, τῶν εὐαγγελικῶν ἀκροῶνται παιδευμάτων· ἀποτίθενται δὲ εἰς νοῦν τῶν γεγραμμένων οὐδέν· ἀλλὰ καὶ πνευματικῆς εὐκαρπίας γυμνὴν ἔχουσι τὴν καρδίαν· κλαύσονται οὖν καὶ αὐτοὶ πικρῶς, καὶ βρύξουσι τοὺς ὀδόντας· ἀρνήσεται γὰρ καὶ αὐτοὺς ὁ Κύριος. Ἔφη γοῦν· « Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, Κύριε Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. »

V. 29. *Venient ab oriente et occidente*, etc.

Multi convenient cum sanctis, ipsi autem Israelitæ expellentur. Et qui primas partes tenuerant, tunc secundas occupabunt, aliis sibi præpositis, quod reapse accidit : nam gentes prælatæ sunt Judaico gregi. Quanquam de multis quoque aliis atque indefinite hæc dicta sunt. Erunt autem priore loco qui ex ethnicis crediderunt, illi scilicet qui nunc sunt postremi, ceu qui postremo tempore Deum agnoverunt. Erunt vero tunc primi propter fidem suam sinceram. At increduli Judæi, qui nunc priores videntur, quatenus priores Deum cognoverunt (nam Filius meus, inquit Scriptura, primogenitus Israel [89]), tunc incredulitatis suæ causa fient novissimi. Intelligitur sermo hic etiam de fidelibus, qui in hac vita videntur infimi, sed in futuro sæculo primi erunt; et vice versa. — Quod autem Judæi amicitiam Dei, spiritalem scilicet, omnino forent amissuri, proque iis gentium multitudo introducenda, demonstravit dicens : « Quod ab oriente et occidente, aquilone et austro, vocati multi requiescent cum sanctis. » Et illi quidem expellentur, hi autem accumbent in regno Dei. — Et primum quidem tempus esse putamus, ut diximus, quo erat in paradiso Adamus. Secundum, ceu si

*Ἥξουσιν ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν*, κ. τ. λ.

(A f. 198, B f. 136) Πολλοὶ συνελεύσονται τοῖς ἁγίοις, αὐτοὶ δὲ ἐξωσθήσονται· καὶ τὴν πρώτην ἐσχηκότες τάξιν, τὴν δευτέραν ἕξουσι τότε, προτεταγμένων ἑτέρων· ὃ καὶ γέγονε· προτετίμηνται γὰρ τὰ ἔθνη τῆς Ἰουδαίων ἀγέλης· εἰ καὶ περὶ πολλῶν ἑτέρων καὶ ἀδιορίστως τοῦτο εἴρηται. Ἔσονται οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστοὶ πρῶτοι, οἱ δοκοῦντες ἔσχατοι νῦν, ὡς ἔσχατοι τὸν Θεὸν ἐπιγνόντες· ἔσονται δὲ τότε πρῶτοι διὰ τὴν εἰλικρινῆ πίστιν αὐτῶν· οἱ δὲ ἄπιστοι Ἰουδαῖοι, οἳ δοκοῦσι μὲν πρῶτοι νῦν, ὡς πρῶτοι τὸν Θεὸν ἐπιγνόντες (υἱὸς γὰρ, φησὶ, πρωτότοκός μου Ἰσραὴλ), ἔσονται τότε ἔσχατοι διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν. Νοεῖται δὲ ὁ λόγος καὶ περὶ τῶν πιστῶν τῶν δοκούντων μὲν εἶναι ἐσχάτων ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἐσομένων δὲ πρώτων ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, καὶ αὖθις ἐναλλάξ. — (A f. 198) Ὅτι δὲ ἔμελλον Ἰουδαῖοι τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος, δῆλον δὲ ὅτι πνευματικῆς, ὁλοτρόπως ἀπολισθεῖν, ἀντεισενεχθήσεσθαι δὲ τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς, διέδειξεν εἰπών· « Ὅτι ἐξ ἠοῦς καὶ δυσμῶν, καὶ βορρᾶ, καὶ νότου κεκλημένοι πολλοὶ συναναπαύσονται τοῖς ἁγίοις. » Αὐτοί γε μὴν ἐξωσθήσονται· [οὗτοι δὲ] ἀνακλιθήσονται ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.— (A f. 198 b) Καὶ πρῶτον μὲν καιρὸν λογιούμεθα, ὡς εἴρηται (1), καθ' ὃν ἦν ἐν παραδείσῳ Ἀδάμ. Δεύτε-

[88] Matth. VII, 21. [89] Exod. IV, 22.

(1) Reapse hæc partim dicta fuerunt ad vers. 8. Et quidem hoc fragmentum pertinere potius videtur ad Cyrilli in Matthæum (cap. XX) commentarium qui desideratur; illic enim actum fuit de parabola vineæ. Porro similia his scribit Cyrillus in suo de prædicta parabola sermone ad populum, quem Græce nos edidimus in Spicilegio Rom. t. V, p. 119 seqq. [et *Biblioth. Nova PP.*, t. II, p. 469-471 Græce et Latine].

ρον, ὡς ἐν ὥρᾳ τρίτῃ δηλούμενον, καθ' ὃν ἦν Νῶε. Τρίτον, ὡς ἐν ἕκτῃ, καθ' ὃν ἦν Ἀβραάμ. Τέταρτον, ὡς ἐν ἐννάτῃ, καθ' ὃν ἦν Μωϋσῆς καὶ οἱ προφῆται. Περὶ δὲ τὴν ἐνδεκάτην, τουτέστιν ἐν τῷ πέμπτῳ καιρῷ, συστελλομένης ἤδη τῆς ἡμέρας, ἤγουν τοῦ παρόντος αἰῶνος, ἐμισθώσατο τὰ ἔθνη ὁ Χριστὸς, κεκλημένα πρὸς ἐπίγνωσιν, παρ' οὐδενὸς ἑτέρου.

*Προσῆλθόν τινες Φαρισαῖοι λέγοντες· Ἔξελθε, καὶ πορεύου ἐντεῦθεν.*

(B f. 136 b, D f. 55 b) Οὐχ ἤθελον ὑπὸ βασκανίας οἱ Φαρισαῖοι τὸν Χριστὸν ἐνδημεῖν τοῖς Ἱεροσολύμοις, ἵνα μὴ ταῖς θεοσημείαις καὶ ταῖς ὑπὲρ νόμον μυσταγωγίαις πρὸς τὴν αὐτοῦ πίστιν σαγηνεύσῃ πολλούς. Ἐπειδὴ δὲ Θεὸς ὢν οὐκ ἠγνόει τοὺς αὐτῶν διαλογισμοὺς, ὑπαπαντᾷ πράως τε καὶ ἐπεσκιασμένως, ὡς ἔθος αὐτῷ. « Εἴπατε γὰρ, φησὶ, τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ. » — (A f. 198 b) Πρόσχες ἀκριβῶς τῇ τοῦ λόγου δυνάμει. Δοκεῖ μὲν γάρ πως τετράφθαι καὶ βλέπειν εἰς τὸ Ἡρώδου πρόσωπον τὸ εἰρημένον, ὥς τινες ἐνόμισαν· ἔρχεται δὲ μᾶλλον κατὰ τῆς τοῦ Φαρισαίου σκαιότητος. Καίτοι γὰρ δυνάμενος εἰπεῖν· Εἰπὲ τυχὸν τῇ ἀλώπεκι ἐκείνῃ, τοῦτο μὲν παρίησιν· εὐφυέστατα δὲ μέσῃ τινὸς χρώμενος φωνῇ, μονονουχὶ κατέδειξεν ἐγγὺς ὄντα Φαρισαῖον, εἰπὼν, « τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ (1). » Τῇ ἀλώπεκι δὲ παρεικάζει τὸν ἄνθρωπον· πανοῦργον γὰρ ἀεί πώς ἐστι καὶ δύστροπον τὸ θηρίον· τοιοῦτοι καὶ οἱ Φαρισαῖοι.

*Ἰδοὺ ἐκβάλλω δαιμόνια καὶ ἰάσεις ἐπιτελῶ σήμερον καὶ αὔριον· καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι.*

(A f. 198 b, B f. 136, D f. 55 b, E f. 204 b) Ὁρᾷς ὅτι τοῦθ' ὅπερ ᾔδει λυπεῖν τὸ τῶν Φαρισαίων στῖφος, ἀποπληροῦν ἐπαγγέλλεται, φάσκων ὅτι καὶ ἀκαθάρτοις ἐπιτιμήσει πνεύμασι, καὶ ἀπαλλάξει παθῶν τοὺς ἐν ἀῤῥωστίαις, καὶ τελειωθήσεται, τουτέστιν, ἑκὼν ὑπομενεῖ τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθος, ὑπέρ γε τοῦ σῶσαι τὴν ὑπ' οὐρανόν; Ἤδει δὴ οὖν ἄρα καὶ πῶς καὶ πότε τὸν κατὰ σάρκα θάνατον ὑποστήσεται· πλὴν ᾠήθησαν οἱ Φαρισαῖοι κατοῤῥωδήσειν αὐτὸν τὴν Ἡρώδου χεῖρα, καίτοι τῶν δυνάμεων ὄντα Κύριον. Ὅτι δὲ τῆς ἐξ ἀνθρώπων πλεονεξίας οὐδένα ποιεῖται λόγον, διέδειξεν εἰπών· « Πλὴν δεῖ με σήμερον καὶ αὔριον καὶ τῇ ἐχομένῃ πορεύεσθαι· ὅτι οὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ. » Τὸ δὲ « δεῖ με » λέγων, οὐκ ἀνάγκην ἀδιάφυκτον ἐπηρτημένην ὥσπερ ἑαυτῷ ἐδήλωσεν· ἀλλ' ὅτι μᾶλλον ἐξουσίᾳ τῶν ἑαυτοῦ θελημάτων ἀνυπόπτως ὅπουπερ ἂν ἐθέλῃ βαδιεῖται καὶ περινοστήσει τὴν Ἰουδαίαν, οὐδενὸς ἐπιόντος ἢ ἐπιβουλεύοντος, ἄχρις ἂν αὐτὸς ἑκὼν καταδέξηται τὴν τελείωσιν, τὴν διά γε, φημὶ, τοῦ τιμίου σταυροῦ. Τέως μέντοι ἐνεργῶ δυνάμεις· καὶ τούτου νῦν ὁ καιρός· καὶ οὔ τί γε ἐπὶ πλείονα χρόνον· τοῦτο γὰρ τὸ σήμερον καὶ τὸ αὔριον. Καὶ τοῦτο δὲ, φησὶν, ἀποκείσεται Ἱερουσαλὴμ, καὶ οὐχ ἑτέρως

(1) Confer scholia in Lucam apud nos AA. class. t. IX, p. 448.

(2) Apud D. Thomam in cat. Lat. « CYRILLUS. Prædicta Domini verba Pharisæorum animos provocaverunt ad iram : Videbant enim populos jam contritos fidem ejus arripere. Itaque quasi perdentes officium populis præsidendi, lucrumque amittentes, simulantes se eum diligere, suadent illi ut inde discederet : *accesserunt*, » etc.

A esset tertia hora denotatum, quo fuit Noe. Tertium, quasi hora sexta, dum viveret Abrahamus. Quartum, quasi hora nona, quo tempore fuerunt Moyses atque prophetæ. Undecima denique hora, id est quinto temporis spatio, die jam inclinante, id est præsente sæculo, mercede gentes conduxit Christus, quas nemo præter ipsum ad se cognoscendum vocavit.

V. 31. **327** (2) *Accesserunt quidam Pharisæi dicentes : Exi, et vade hinc.*

Nolebant propter invidiam Pharisæi Christum habitare Hierosolymis, ne miraculis et superioribus legi doctrinis ad fidem suam multos pertraheret. Sed quia utpote Deus cogitationes illorum non ignorabat, respondet mansuete tecteque, pro more B suo. « Dicite, inquit enim, vulpi huic. » — Sedulo animadverte sermonis vim. Videtur enim fortasse dictum hoc contra Herodis personam dirigi, ut quidam existimant; reapse tamen contra Pharisæi hominis potius nequitiam intenditur. Nam cum dicere potuisset : Dic vulpi illi, hoc non facit : solertissime vero medio quodam usus vocabulo, demonstrat Pharisæum præsentem, dicens : « vulpi huic. » Vulpi autem comparat hominem : est enim illud animal callidum et malignum, cujusmodi erant Pharisæi.

V. 32. *Ecce ejicio dæmonia, et sanitates perficio hodie et cras, et tertia die consummor.*

C Viden' ut quod molestum esse Pharisæorum globo sciebat, hoc se facere profitetur? dicens videlicet se impuros increpiturum spiritus, ægros morbis expediturum, et ipsum se denique consummatum iri, id est, sponte laturum crucis passionem, ut terrarum orbi saluti sit. Sciebat ergo et quomodo et quando mortem in carne foret experturus : interim tamen putabant Pharisæi timeri ab eo Herodis manum, licet virtutum esset Dominus. Sed enim quod hominum iniquæ potentiæ nullam rationem haberet, demonstravit dicens : « Verumtamen oportet me hodie et cras et sequenti die ambulare; quia non capit prophetam perire extra Jerusalem. » Cum dicit « oportet me » haud inevitabilem imminentemque sibi necessitatem **328** indicat; sed quod D potius pro voluntatis suæ facultate; absque ulla suspicione, prout maluerit, incedet, Judæamque circumibit, nemine insidias aut vim faciente, donec ipse sponte consummationem sui exceperit per venerandam crucem. Interim quidem signis edendis do operam, cujus rei nunc tempus est; neque id tamen diu, prout innuunt verba hodie et cras. Illa vero passio Hierosolymis fiet, neque alibi patrari potest : nam quæ prophetarum cædi semper studuit, prophetarum quoque Do-

minum aggreditur. Multorum sanctorum sanguinis reum facit Jerusalem. Quid inde porro? Nempe excidendum a Dei amicitia, spiritali scilicet, et sanctorum spem amittendam. Hæc dicens, locum demonstrabat, quo passionem erat excepturus. — Quod Judæi immemores essent donorum Dei, contumacesque et morosi ad id omne quod ipsis profuisset, declaravit dicens: « Quoties volui congregare filios tuos, » etc. Erudivit enim per sapientissimum Moysen, admonuit per sanctos prophetas; voluit illos sub alas, id est potentiæ suæ tegumento tenere: ipsi vero tam optabilibus exciderunt bonis, dum immemores ingratique esse maluerunt.

A οἷόν τε γενέσθαι· ἀλλ' ἡ τοὺς προφήτας ἀεὶ μελετηκυῖα φονεύειν, ἥξει καὶ ἐπὶ τὸν τῶν προφητῶν Κύριον. Πολλοῖς δὲ ἁγίων αἵμασι ποιεῖται ἔνοχον τὴν Ἱερουσαλήμ· καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; Ἀπολισθεῖν τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος, δῆλον δὲ ὅτι πνευματικῆς, ἔμελλον ἀποπέμπεσθαι τῆς τῶν ἁγίων ἐλπίδος. Τοῦτο λέγων, τὸν τόπον ἐδήλου ἐφ' οὗ τὸ πάθος ἔμελλεν ὑπομένειν. — (A f. 199) Ὅτι δὲ ἦσαν ἀμνήμονες τῶν παρὰ Θεοῦ χαρισμάτων, δυσάγωγοί τε καὶ ὀκνηροὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ὠφελούντων αὐτοὺς, διέδειξεν εἰπών· « Ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυνάξαι τὰ τέκνα, » κ. τ. λ. Πεπαιδαγώγηκε γὰρ διὰ τοῦ πανσόφου Μωϋσέως, νενουθέτηκε διὰ προφητῶν ἁγίων· ἠθέλησεν ὑπὸ πτέρυγας, τουτέστι ὑπὸ σκέπην τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως ἔχειν αὐτοὺς, οἱ δέ γε τῶν οὕτως εὐκταιοτάτων διημαρτήκασιν ἀγαθῶν, ἀμνήμονες καὶ ἀχάριστοι ὄντες.

V. 35. *Non videbitis me, donec veniat cum dicetis: Benedictus qui venit in nomine Domini.*

Discessit Hierosolymis Dominus, indignos veluti sua præsentia deserens illos qui ei dixerant: « Exi, et vade hinc. » Deinde circumiens Judæam, multosque valetudini restituens, editisque quæ omnem sermonem superant prodigiis, denuo Hierosolyma reversus est. Tunc videlicet asinæ pullo insedit, multaque turba et pueri impuberes, palmarum ramos tenentes anteibant acclamantes atque dicentes: « Hosanna Filio Davidis! benedictus qui venit in nomine Domini [89]. » Itaque ceu nunc indignos deserens, tum rursus se apparitururum ait, cum passionis **329** tempus instabit. Tunc enim Hierosolyma rediit, et cum acclamatione ingressus est: eodemque tempore salutarem pro nobis passionem pertulit.

B *Οὐ μὴ ἴδητε, ἕως ἂν ἥξει ὅτε εἴπητε· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.*

(A f. 199 b, B f. 137 b) Ἀποπεφοίτηκε γὰρ τῶν Ἱεροσολύμων ὁ Κύριος, ὡς ἀναξίους ὄντας τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας ἀφεὶς τοὺς εἰπόντας· « Ἔξελθε, καὶ πορεύου ἐντεῦθεν. » Εἶτα περινοστήσας τὴν Ἰουδαίαν, καὶ διασώσας πολλοὺς, καὶ σημείων ἀποτελεστὴς τῶν ὑπὲρ λόγον γεγενημένος, ὑπενόστησε πάλιν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, τότε δὴ, τότε κεκάθικεν ἐπὶ τὸν πῶλον τῆς ὄνου, ὄχλοι δὲ πολλοὶ καὶ παῖδες ἄνηβοι, τὰ κάλυντρα (2) τῶν φοινίκων ἀνατείνοντες, προεβάδιζον, εὐφημοῦντές τε καὶ λέγοντες, « Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. » Οὐκοῦν (3) ἀναξίους ὄντας ἀφεὶς, τότε πάλιν αὐτοῖς ὀφθήσεσθαί φησιν, ὅταν ὁ τοῦ πάθους ἐνστῇ καιρός· C τότε γὰρ ἀνέβη πάλιν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ εἰσήλασεν εὐφημούμενος· καὶ κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ τὸ σωτήριον ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέστη πάθος.

## CAP. XIV (1).

V. 3. *Num licet Sabbato curare?*

Interrogavit legisperitos et Pharisæos Dominus, an unquam liceret Sabbato curare, necne? Hi vero, inquit Scriptura, tacebant. Cur taces, o legisperite? Recita aliquid ex Scripturis; demonstra utrum lex Moysis eum vituperet qui benefacit Sabbato; utrum nos duros et immisericordes esse velit propter Sabbati otium. Atqui hoc nunquam demonstrabis. Quia vero malitiose tacebant, frangit contumacem illorum impudentiam Christus gravibus ad hoc argumentis utens. Si vetat, inquit, misereri lex Sabbato, cur tu misericordia uteris erga asinum in puteum delapsum? Num filium negligeres Sabbato periclitantem? objurga mandati rigorem, si certe existimas durum esse legislatorem et immisericordem: neque laboranti manum porri-

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

*Εἰ ἔξεστι τῷ Σαββάτῳ θεραπεύειν;*

(A f. 200) Ἤρετο τοὺς νομικοὺς καὶ τοὺς Φαρισαίους ὁ Κύριος, πότερόν ποτε ἔξεστι τῷ Σαββάτῳ θεραπεύειν, ἢ οὔ; οἱ δὲ, φησὶν, ἐσίγησαν. Ἀνθ' ὅτου σεσίγηκας, ὦ νομικέ; Εἰπέ τι τῶν γεγραμμένων· ἐπίδειξον τὸν διὰ Μωϋσέως νόμον διαβεβληκότα ποτὲ τὸ εὖ ποιεῖν ἐν Σαββάτῳ, εἰ σκληροὺς ἡμᾶς καὶ ἀφιλοικτείρμονας εἶναι βούλεται διὰ τὴν τῶν Σαββάτων ἀργίαν. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις ἐπιδεῖξαι τοῦτό ποθεν. Ἐπειδὴ δὲ δυστρόπως σεσιγήκασι, παραλύει D Χριστὸς τὴν ἄθραυστον αὐτῶν ἀναισχυντίαν, λογισμοῖς ἀναγκαίοις εἰς τοῦτο χρώμενος. Εἰ κεκώλυκε, φησὶν, ὁ νόμος ἐλεεῖν ἐν Σαββάτῳ, πῶς ἐποικτείρεις αὐτὸς ὄνον [cod. τὸν] εἰς φρέαρ καταπεσόντα; Μὴ φροντίσῃς υἱοῦ κινδυνεύοντος ἐν Σαββάτῳ; Ἐπιτίμησον τῷ τῆς διαθέσεως κέντρῳ, εἴπερ

[89] Matth. xxi et Joan. xii.

(1) Hoc loco ad capituli versum 1 sic est apud D. Thomam in cat. Lat. « CYRILLUS. Quamvis Dominus malitiam Pharisæorum cognosceret, tamen eorum fiebat conviva, ut prodesset præsentibus per verba et miracula, unde subditur: *et factum est*, etc. *et ipsi observabant eum*, num scilicet reverentiam legis contemneret, et an quidquam prohibitorum faceret in die Sabbati. »

(2) Ita cod. Et observa vocabulum.

(3) Mendose Corderius legit οὔκουν pro οὐκοῦν, ut est in nostris codicibus; ideoque ille contrario sensu ait, *non itaque tanquam indignos omnino deserit.*

οἶσθα σκληρὸν ὄντα τὸν νομοθέτην καὶ ἀφιλο[ι]κτείρμονα· μηδὲ νέμε χεῖρα τῷ κάμνοντι, προτιθεὶς αὐτοῦ τὴν εἰς τὸν νόμον αἰδῶ, μᾶλλον δὲ τὴν ἀργίαν τὴν ἀλογωτάτην, εἰ μή σοι δοκεῖ πνευματικὸν εἰδέναι Σαββατισμόν. Οὐ καταλήγει τοῦ εἶναι χρηστὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἀγαθός ἐστι καὶ φιλάνθρωπος· οὐχ ἀπανθρωπίας τὸν Μωϋσέως νόμον ἐτίθει διδάσκαλον, ἀγάπης δὲ μᾶλλον τῆς εἰς τὸν πέλας εἰσηγητήν. Εἶτα, πῶς ἦν εἰκὸς τὴν οὕτω σεπτὴν καὶ ἀξιάγαστον ἐντολὴν ἀτονεῖν ἐν Σαββάτῳ, κατὰ βούλησιν Θεοῦ; Τί οὖν σεσίγηκας, νομικέ; Ἠπόρησας ὁμολογουμένως. Μακρὰ τοιγαροῦν χαίρειν εἰπὼν ταῖς βασκανίαις τῶν Ἰουδαίων, ἀπαλλάττει τοῦ νοσεῖν τὸν ὑδέρῳ κεκρατημένον· ὃς δεδιὼς τοὺς Φαρισαίους, οὐ προσῆλθεν αἰτῶν θεραπευθῆναι διὰ τὸ Σάββατον, ἀλλὰ μόνον ἔστη ἐνώπιον αὐτοῦ, ἵνα ἐκ τῆς θέας ἐλεήσας αὐτὸν, θεραπεύσῃ. Ὅνπερ εἰδὼς ὁ Κύριος, ὡς ἐμβατεύων αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ὡς Θεὸς, οὐκ ἐρωτᾷ αὐτὸν εἰ θέλει ὑγιὴς γενέσθαι, ἀλλ' εὐθέως ἐθεράπευσεν αὐτόν· ᾔδει γὰρ ὅτι ἤθελε· καὶ γὰρ ἵνα τύχῃ τῆς θεραπείας, ἵστατο ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ ἐσιώπα.

*Ἐπέχων πῶς τὰς πρωτοκλισίας ἐξελέγοντο.*

(A f. 200, B f. 138 b, C f. 138 b, D f. 56 b) Ἐπειδὴ τῶν κεκλημένων ἐθεᾶτό τινας, ὡς μέγα τι χρῆμα καὶ ἀξιόληπτον, τὰς πρωτοκλισίας ἀσυνέτως ἁρπάζοντας, ἀναγκαίως ἵν' αὐτούς τε καὶ ἡμᾶς ὠφελῇ, ματαίας δόξης καταφρονεῖν παρεγγυᾷ. Καὶ δοκεῖ μὲν ἴσως τισὶ, μικρά πως εἶναι ταυτὶ, καὶ οὐ πολλῆς ἄξια φροντίδος· ὅταν δέ τις αὐτοῖς τὸν τῆς διανοίας ὀφθαλμὸν ἐνερείσῃ, τὸ τηνικάδε μαθήσεται ὁποίου μὲν ἀπαλλάττει μώμου τὸν ἄνθρωπον, ὅσον δὲ τὸ κόσμιον αὐτῷ ἐνεργάζεται. Τὸ μὲν γὰρ τιμαῖς ἡμᾶς ταῖς ἀναρμόστοις, ἤγουν οὐ πάντῃ τε καὶ πάντως ὀφειλομέναις ἡμῖν προχείρως ἐπιπηδᾷν, ἀσυνέτους ἡμᾶς ἀποφαίνει. Ὅταν γὰρ, φησὶ, ἔλθῃ ὁ ἐντιμότερός σου, « ἐρεῖ σοι ὁ σὲ καὶ αὐτὸν καλέσας· Δὸς τούτῳ τόπον· » ὢ πόσης αἰσχύνης τὸ πρᾶγμα μεμέστωται! Σώφρων δὲ καὶ ἀξιοθαύμαστος, ὁ μετὸν αὐτῷ ἀνεπιπλήκτως τοῖς πρώτοις κατασεμνύνεσθαι, τούτου μὲν οὐκ ἐφιέμενος, μόνον δὲ οὐχὶ τὰ ἑαυτοῦ παραχωρῶν ἑτέροις, ὑπέρ γε τοῦ μὴ δοκεῖν ἡττᾶσθαι φιλοδοξίας, ὁ τοιοῦτος ὡς ὄφλημα λήψεται τιμήν· ἀκούσεται γὰρ παρὰ τοῦ κεκληκότος· Προσανάβηθι ὧδε. Μέγα δὴ οὖν καὶ ἐξαίρετον ἀγαθὸν, τὸ μέτριον φρόνημα. Εἰ γάρ τις ἑτέρων προτάττεσθαι ζητεῖ, κερδαινέτω τοῦτο διὰ τῆς ἄνωθεν ψήφου, καὶ στεφανούσθω τιμαῖς ταῖς παρὰ Θεοῦ, νικάτω πολλοὺς τῇ τῶν ἀρετῶν λαμπρότητι, τῇ ταπεινοφροσύνῃ· ὑψηλὸν γὰρ παρὰ Θεῷ τὸ συνεσταλμένον φρόνημα· μιμητὴς γίνεται Χριστοῦ τοῦ εἰπόντος· « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πραΰς εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. » Ταῦτα δὲ λέγων, οὐκέτι ἐπιπλήττει βαρέως, ἀλλὰ παραινεῖ χρηστῶς· ταὐτὸ ποιούσης καὶ τῆς παραινέσεως, μᾶλλον δὲ καὶ πλέον ἐπὶ τῶν εὐαισθήτων. Ὅτι καὶ προαγωγότερον ἀφίστησιν ἀπὸ τῆς φιλοτιμίας ἡ πρὸς τὰ τῆς φιλοτιμίας ἀποτροπή· μικρῷ δὲ

[91] Matth. xi, 29.

A gas, legis ei præferens reverentiam, vel alienum potius omni recta ratione otium; siquidem non vis potius de spiritali cogitare Sabbato. Nunquam cessat clemens esse omnium Deus, bonus est hominumque amans; Moysis legem haud fecit crudelitatis magistram, sed amoris potius erga proximum auctricem. Jam vero cur sit credibile tam sanctum admirandumque charitatis præceptum, invalidum Sabbato esse, sic volente Deo? Cur itaque tacebas, o legisperite? Profecto quia quid diceres non habebas. Ergo valere multum jubens Judæorum invidiam, morbo liberat hominem qui hydrope laborabat; qui quidem Pharisæos veritus, non accesserat ad medelam petendam propter Sabbatum, sed coram illo tantum constiterat, **330** ut visu commotus curaret. Quem videns Dominus, ejusque animum
B utpote Deus introspiciens, non interrogat utrum sanus fieri velit, sed statim eum sanitati restituit; nam quod vellet probe sciebat. Etenim sanitatis recipiendæ causa coram eo se stiterat et tacebat.

V. 7. *Animadvertens quomodo primos accubitus eligerent.*

Cum cerneret ex invitatis quosdam, ceu magnum quid et æstimabile, primos accubitus imprudenter occupare, necessario ut illos et nos simul juvaret, vanam gloriam contemnere hortatur. Videntur quidem hæc fortasse nonnullis minuta quædam nec curanda magnopere. Verumtamen si quis eis mentis oculum attentius intenderit, tunc co-
C gnoscet, quanto hæ monitiones vituperio hominem arceant, quantopere ornent honore. Nam incongruos honores, et qui nullo nomine nobis debentur, temere invadere, imprudentes nos demonstrat. Cum enim, inquit, venerit dignior te, « dicet tibi is qui te et illum invitavit, Da huic locum; » quæ res quanta te ignominia perfundet! Modestus autem et laudabilis vir qui, cum ei sine reprehensione liceret primis ordinibus velle honorari, id tamen non appetit, ac de suo etiam propemodum aliis cedit, ne videatur vanæ gloriæ obnoxius, hic veluti debitum consequetur honorem. Audiet enim ab eo qui invitavit: Ascende huc. Magna igitur et eximia res est, modestia animi. Si quis enim cæteris anteponi
D quærit, lucretur hoc cœlesti suffragio, sit in honore apud Deum, multos superet virtutum splendore, et animi demissione. Alta enim est apud Deum mens humilis. Hic fit Christi imitator, qui dixit: « Discite a me, quia mitis sum et humilis corde [91]. » Hæc dicens, haud graviter jam increpat, sed comiter hortatur: hic enim hujus adhortationis effectus est, præsertim apud teneri sensus animos: nam lenius ab ambitione abstrahit, fuga eorum quæ ambitionem suadent. Parvo hoc cœnarum exemplo ambitionem **331** cum profligasset, et modestos extulisset, magnum parvo adjicit, generalem sententiam proferens: quia « Omnis qui se exaltat,

humiliabitur; et qui se humiliat, exaltabitur.» Quod tamen ex divini norma judicii dicitur, nullatenus vero secundum hominum consuetudinem fit. Quandoquidem multi etiam honorum cupidi vilem hanc honorificentiam adepti sunt; vicissimque alii, qui semet humiliaverant, sine præmio fuerunt.

A οὕτω τῷ παραδείγματι τῷ κατὰ τὰ δεῖπνα, τὴν τῶν φιλοτίμων καθαίρεσιν ὑποδεικνὺς, καὶ τὴν τῶν ἀφιλοτίμων ὕψωσιν, μέγα τῷ μικρῷ προστίθησι, καθολικὸν ἐπιφέρων τὸ, ὅτι «Πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται, καὶ ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται.» Ὅπερ τῆς θείας ἤρτηται κρίσεως, καὶ οὐ πάντως κατὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐπιτελεῖται συνήθειαν. Ἐπεὶ πολλοὶ καὶ τιμῆς ὀρεχθέντες, ἐπέτυχον τῆς εὐτελοῦς ταύτης τιμῆς· καὶ ἄλλοι ἑαυτοὺς ταπεινώσαντες, ἔμειναν ἀγέραστοι.

V. 12. *Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos*, etc.

Ad animi humilitatem adhortatio hactenus. Præclaram mox invitantibus doctrinam suppeditat, grandem suggerens benefaciendi hominibus scopum, fructumque pretiosum, remotiorem licet, neque præmii loco statim futurum: quod secus agunt exigui animi homines, qui amicos invitant, fratres, cognatos, proximos, ut illico vicissim invitati, quod dederant, sine mora recipiant; cui consuetudini multo meliorem aliam atque digniorem substituit Dominus, nempe ut egeni potius invitentur, et infirmis claudisque benignitas impendatur, a quibus nulla remuneratio exspectanda sit, sed a Deo qui charitatem erga homines præmio prosequitur in futura vita. Hoc autem dicit, non ut quemquam a suis honorandis impediat, sed ut doceat quominus emamus æqualium donorum mutuam liberalitatem; sed utilia faciamus beneficia nostra, quatenus magna præmia a Deo consequamur. Dicet enim: «Venite, possidete paratum vobis regnum. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare[92], » et reliqua. «Quodcunque cuiquam horum feceritis, mihi fecistis.»

*Ὅταν ποιῇς ἄριστον ἢ δεῖπνον, μὴ φώνει τοὺς φίλους σου*, κ. τ. λ.

(A f. 200 b, B f. 139, D f. 56 b) Ἀλλὰ τοῦτο μὲν περὶ τῆς ταπεινοφροσύνης τὸ παράγγελμα· καλὸν δὲ καὶ πρὸς τοὺς καλοῦντας ἐπιφέρει τὸ δίδαγμα, μέγαν εἰσάγων τῆς παρὰ ἀνθρώποις δεξιώσεως τὸν σκοπὸν, B καὶ τὸν καρπὸν ἀξιοσπούδαστον, εἰ καὶ μακρὰν οὗτος καὶ οὐκ ἔχων παραχρῆμα τὴν ἀνταπόδοσιν, ὅπερ οἱ μικρόψυχοι ποιοῦσι· φίλους καλοῦντες, ἀδελφοὺς, συγγενεῖς, γείτονας, ἵν' εὐθὺς ἀντικληθέντες, κομίσαιντο τοῦτο· οὗ πολλῷ κάλλιον καὶ μεγαλοπρεπέστερον εἰσήγαγεν ὁ Κύριος, τὸ τοὺς δεομένους καλεῖν, τὸ πρὸς τοὺς ἀσθενεῖς καὶ λελωβημένους φιλανθρωπεύεσθαι, παρ' ὧν οὐκ ἔστιν ἀνταπόδοσις, ἀλλὰ Θεὸς ὁ ἀνταποδιδοὺς τῆς φιλανθρωπίας τὴν τιμὴν ἐπὶ τῆς μελλούσης ζωῆς. Τοῦτο δέ φησιν, οὐχ ἵνα τῆς πρὸς τοὺς ἰδίους ἀπείρξῃ τιμῆς, ἀλλ' ἵνα διδάξῃ μὴ πιπράσκειν τὰς φιλοφροσύνας τῶν ἴσων ἀνταποδόσεων, ἀλλ' ὠφελίμους ποιεῖσθαι ταύτας, ἐπὶ μεγάλαις ἀντιδόσεσι ταῖς παρὰ Θεοῦ. Ἐρεῖ γάρ· C «Δεῦτε, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν· ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν,» καὶ τὰ ἑξῆς. «Ἐφ' ὅσον γὰρ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων, ἐμοὶ ἐποιήσατε.»

V. 15. *Beatus qui convivatur in regno Dei.*

Verisimile est hunc hominem nondum fuisse spiritalem, sed magis animalem, satisque ineptum recte intelligendis Christi sermonibus. Erat enim adhuc in incredulorum **332** numero et nondum illuminatorum. Putavit ergo corporales fore sanctorum retributiones, pro suis erga cæteros beneficiis (1).

*Μακάριος ὃς φάγεται ἄριστον (1) ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.*

(A f. 201) Εἰκὸς δή που τὸν ἄνθρωπον οὔπω μὲν εἶναι πνευματικὸν, ψυχικὸν δὲ μᾶλλον, καὶ ἀνεπιτηδείως ἔχοντα πρὸς σύνεσιν ἀκριβῆ τῶν λαλουμένων παρὰ Χριστοῦ· ἦν γὰρ τῶν ἀπίστων ἔτι καὶ οὔπω πεφωτισμένων· ᾠήθη δὲ οὖν σωματικὰς ἔσεσθαι τῶν ἁγίων τὰς ἀμοιβὰς ὧν ἂν δράσειαν, εἰς ἑτέρους ἀγαθουργεῖν ᾑρημένοι.

V. 16. *Homo quidam fecit cœnam magnam.*

Curiose in primis consideremus, quænam causa fuerit, cur ad cœnam potiusquam ad prandium vocati multi fuerint; potissime vero quis homo intelligendus sit a quo invitator missus fuit; quis item ipse invitator, quinam denique illi qui invitati contempserunt invitationem. Igitur in hominis quidem persona intelligetur Deus Pater: nam similitudines figurantur sane ad veritatem, non tamen ipsæ sunt veritas. Hic ergo Creator omnium et Pater gloriæ, magnam cœnam instruxit, id est mundanam fecit

*Ἄνθρωπός τις ἐποίησε δεῖπνον μέγα.*

(A f. 201 b, D f. 57, E f. 204) Πολυπραγμονήσωμεν D πρό γε τῶν ἄλλων, ὁποία τις ἦν ἡ πρόφασις τῷ μὴ ἐπ' ἀρίστῳ μᾶλλον, ἀλλ' ὡς ἐπὶ δείπνῳ κεκλῆσθαι πολλούς· μᾶλλον δὲ πρὸ τούτων, τίς ἂν νοηθείη πρὸς ἡμῶν ὁ ἄνθρωπος ὁ τὸν δειπνοκλήτορα πεπομφώς· τίς δὲ καὶ ὁ δειπνοκλήτωρ, καὶ τίνες ὅλως οἱ κεκλημένοι μὲν, ἀτιμάσαντες δὲ τὴν κλῆσιν. Οὐκοῦν ὁ μὲν ἄνθρωπος νοηθείη ἂν ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ· αἱ γὰρ εἰκόνες πλάττονται πρὸς τὸ ἀληθὲς, οὐκ αὐταὶ πάντως εἰσὶν ἡ ἀλήθεια. Οὗτος δὴ οὖν ὁ τῶν

[92] Matth. xxv, 34.

(1) Hoc loco prosequitur apud Corderium in catena Lat. Cyrillus. «Iis igitur, qui tam crasso corde erant, parabolam contexit, qua œconomiam totius mundi causa susceptam, admodum apposite convenienterque ob oculos ponit. Est autem hujusmodi: Homo quidam,» etc.

(2) In cod. A. ἄριστον *prandium* pro ἄρτον *panem*. Cum hoc Vat. codice A. consentiunt alii Græci multi, ut a criticis jamdiu fuit animadversum.

ὅλων Δημιουργὸς καὶ Πατὴρ τῆς δόξης μέγα πε- A ποίηκε δεῖπνον, τουτέστιν οἰκουμενικὴν εἰργάσατο πανήγυριν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν ἐπὶ Χριστῷ· ἐν ἐσχάτοις δὲ τοῦ αἰῶνος καιροῖς, καὶ οἷον ἐπὶ δυσμαῖς αἰῶνος τοῦ καθ' ἡμᾶς, ἐπέφανεν ἡμῖν ὁ Υἱὸς, ὅτε καὶ τὸν δι' ἡμᾶς ὑπέστη θάνατον, καὶ δέδωκεν ἡμῖν τὴν ἑαυτοῦ σάρκα φαγεῖν, ἄρτος ὢν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ· πρὸς ἑσπέραν δὲ καὶ ὑπὸ λύχνοις καὶ ἀμνὸς ἐσφάζετο κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον. Δεῖπνον οὖν εἰκότως ἡ ἐν Χριστῷ κλῆσις ὠνόμασται· εἶτα, τίς ἐστιν ὁ ἀπεσταλμένος, ὃν δὴ καὶ δοῦλον εἶναί φησιν; Αὐτό; που τάχα Χριστός· Θεὸς γὰρ ὢν φύσει, καὶ Υἱὸς ἀληθινὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. Ἔστι τοίνυν Κύριος μὲν τῶν ὅλων, ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ· τήν γε μὴν τοῦ δούλου κλῆσιν ἐφαρμόσειέ τις ἂν εἰκότως τοῖς B τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ μέτροις. Πότε δὲ ἀπεστάλη; Τῇ ὥρᾳ τοῦ δείπνου, φησί· οὐ γὰρ ἐν ἀρχαῖς τοῦ αἰῶνος τούτου καταπεφοίτηκεν ἐξ οὐρανῶν ὁ μονογενὴς τοῦ Πατρὸς Λόγος, καὶ γέγονεν ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς, ἐν καιροῖς δὲ μᾶλλον καθ' οὓς αὐτὸς ἠθέλησεν ὁ δυνάστης, δῆλον δὲ ὅτι τοῖς τελευταίοις, καθὰ φθάσαντες εἴπομεν. Ὁποῖος δὲ γέγονεν ὁ τοῦ κεκληκότος λόγος; « Ἔρχεσθε, ὡς ἤδη ἕτοιμά ἐστι πάντα. » Ἡτοίμασε γὰρ τοῖς ἐπὶ γῆς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἐν Χριστῷ τὰ δι' αὐτοῦ τῷ κόσμῳ δεδωρημένα ἀγαθὰ, ἁμαρτιῶν ἀπόθεσιν, Πνεύματος ἁγίου μέθεξιν, υἱοθεσίας λαμπρότητα, βασιλείαν οὐρανῶν. Ἐπὶ ταῦτα κέκληκεν ὁ Χριστὸς, διὰ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, τὸν Ἰσραήλ. Ἆρ' οὖν ἐβουλεύσαντό τι χρηστὸν ἐν ἑαυτοῖς; Ἆρα τεθαυμάκασι τοῦ κεκλη- C κότος τὴν ἡμερότητα, τοῦ διακονοῦντος τῇ κλήσει τὴν οἰκονομίαν; Οὐ μὲν οὖν· ἀλλ' ἠτίμασαν καὶ τὸν καλοῦντα καὶ τὸν ἀπεσταλμένον· καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι πάντες, τουτέστιν ἐξ ἑνὸς συνθήματος.

A solemnitatem, eam scilicet quæ sub Christo fuit. Postremis vero sæculi temporibus, et tanquam sæculi nostri vespere, apparuit nobis Filius, quo etiam tempore necem nostri gratia passus est, deditque suam nobis carnem manducandam, panem de cœlo vitam mundo suppeditantem. Sub vespere autem et luminibus jam incensis, agnus quoque immolabatur juxta Moysis legem. Cœna itaque convenienter vocatio in Christo appellata est. Deinde, quisnam est missus, quem etiam servum appellat sermo evangelicus? Ipse facile videtur Christus; qui cum Deus naturaliter sit, verusque Patris Dei Filius, seipsum exinanivit, formam servi accipiens [23]. Est ergo omnium quidem Dominus tanquam Deus ex Deo; at servi appellationem merito B quis accommodabit humanæ mensuræ. Quandonam autem missus fuit? Sub horam inquit cœnæ. Non enim initio temporum venit de cœlo unigenitum Dei Verbum, nostramque formam assumpsit, sed temporibus potius quibus ipse voluit dominator, nempe extremis, ut paulo ante diximus. Quænam porro fuerunt invitantis **333** verba? « Venite, quia jam parata sunt omnia. » Paravit enim terræ incolis Deus Pater in Christo bona, quæ mundo largitus est, nempe peccatorum veniam, Spiritus sancti participationem, adoptionis dignitatem, cœlorum regnum. Ad hæc vocavit Christus per evangelicam legem ante omnes Israelem. Num ergo cogitarunt frugi aliquid intra se? Num mirati sunt invitantis bonitatem, qui dispensationis opere vocationi inser- C viit? Minime id quidem; sed invitantem simul et missum aspernati sunt, id est una quasi conspiratione facta.

*Καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι πάντες.*

(E f. 20 b) Ὁρᾷς ὅτι τοῖς γεωδεστέροις ἀσυνέτως προσνενευκότες οὐχ ὁρῶσι τὰ νοητὰ, καὶ τῶν ἐν ἐλπίσι ταῖς παρὰ Θεῷ οὐδένα ποιοῦνται λόγον. Εἶτα τίνες νοηθεῖεν ἂν οἱ παραιτησάμενοι ἀγρῶν τε καὶ γεωργίας ἕνεκα, καὶ παιδοποιΐας σαρκικῆς, ἢ τάχα που τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς οἱ προεστηκότες; Ἄνδρες ἁδροὶ τὰ βαλάντια, καὶ φιλοκερδείας ἡττώμενοι, καὶ πᾶσαν εἰς τοῦτο δαπανῶντες σπουδήν. Διὰ D πάσης γὰρ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, ἐπ' αὐτοῖς δὲ τούτοις διαβεβλημένους ἔνεστιν ἰδεῖν. — (A f. 202 b) Καὶ ὅταν ἀκούσῃς, ὅτι ἀπέστειλεν ὁ ἑστιάτωρ τὸν δοῦλον αὐτοῦ τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ, καὶ τὴν δουλείαν λογίζῃ καὶ τὴν ἀποστολήν. Τί ποτε δὲ εἰπεῖν ἀπεστάλη τοῖς διὰ νόμου κεκλημένοις Ἰουδαίοις; « Ἔρχεσθε, ἤδη ἕτοιμά ἐστι πάντα. » Πλὴν τῶν Ἰουδαϊκῶν ἀρχόντων τὴν κλῆσιν παραιτησαμένων, καθὼς αὐτοὶ ἔλεγον· « Μή τις τῶν ἀρχόντων ἢ τῶν Φαρισαίων ἐπίστευσεν εἰς αὐτόν; » ὠργίσθη ὁ οἰκοδεσπότης, ὡς ἀξίων ὄντων παθεῖν τὰ ἀπὸ τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ὀργῆς.

V. 18. *Et cœperunt simul omnes excusare.*

Cernis hos terrenis rebus insipienter deditos, intellectualia non spectare, et sperandorum ex Deo bonorum nullam habere rationem. Deinde quinam sunt hi qui recusant, agrorum et agriculturæ causa atque etiam carnalis liberorum procreationis, nisi forte Judaicæ Synagogæ principes? confertæ crumenæ homines, et lucri mancipia, totumque huic impendentes studium. Namque in universa ut summatim dicam inspirata Scriptura, culpæ hujus rei D aguntur. — Et cum audis, quod invitator servum suum miserit in assumptæ carnis dispensatione, et servilem simul conditionem considera et missionem. Quid porro dicturus Judæis jam lege vocatis missus fuit? « Venite, quia jam parata sunt omnia. » Sed enim Judaicis principibus vocationem aspernantibus, ut ipsi aiebant, « Num quis principum aut Pharisæorum in eum credidit [24]? » excanduit paterfamilias, quia digni erant iræ furorisque sui fructum capere.

[23] Philipp. II, 7. [24] Joan. VII, 48.

V. 21. *Tunc iratus paterfamilias dixit servo suo*, etc.

Nunc quoque igitur iratus dicitur paterfamilias Judaicis principibus, quia magnam cœnam contempserant. Et quidem ipsorum loco vocata fuit de plateis et angulis Judaica plebs, debili et illiberali ingenio prædita, cæca et clauda. Hi enim cæci illi et claudi existimandi sunt, qui postea in Christo validi sanique evaserunt : **334** didicerunt enim recti incedere, divino recepto mentibus lumine. Profecto quod haud pauci Judæorum crediderint, ex sanctorum apostolorum Actibus cognoscere poteris. Ibi enim concionante Petro, primo quidem ter mille crediderunt, et rursus populus multus [95]. Nempe et Christus modo docens, modo miracula patrans, carentem dolo plebem ad se trahebat, multique de Judæis ei credebant : quos maledictos Pharisæi appellabant, quia Christo fidem adjungebant. Aiebant enim : « Num quis ex Pharisæis in eum credidit? sed populus hic legis inscius, maledictus est [96]. » Hinc utrumque constat, et quod principes non crediderint, et quod multi de populo ad fidem accesserint : quæ ambo parabola quoque innuit, dum recusantes alios, alios vero vocatos et obtemperantes inducit.

V. 23. *Exi in vias et sepes, et compelle intrare.*

Namque et Dominus confidere jubens, atque in orationibus uti vocabulo Pater, illud ab orantibus vult intelligi, quod si Patrem appellamus Deum, et tam splendidi honoris donum sumus consecuti, oportet dignam honorante Deo vitam instituere. Hoc Petrus quoque magnus ait : « Si Patrem, inquit, invocatis eum qui sine acceptione personarum judicat secundum uniuscujusque opus, cum timore incolatus vestri tempore conversamini [35]. » Fortasse tecum ipse dices : Multiplici sordidatus sum peccato; quomodo mundus fiam, qui tantopere sum maculosus? Audi me igitur. Scis te omnino peccasse? morbum fateris? memor es lapsuum tuorum? jam prope a salute abes; namque emendationis initium est, peccati confessio. Sic etiam scriptum est : « Dic tu prior peccata tua, ut justificeris [36]; » non enim inclemens est omnium Dominus, non inexorabilis; sed mitis atque misericors et bonus, et naturæ nostræ conscius. Magnum quiddam est confessio, malique cessatio. Ita receptus fuit luxuriosus. — Quinam porro est vitulus saginatus, nisi omnino Christus, **347** immaculata hostia, mundi peccatum auferens, immolatus atque comesus? Nam quatenus naturaliter irrationali animalique carne circumdabatur, quanquam eam sua gloria repleverat, vitulus intelligitur, expers quidem jugo peccati; saginatus autem, quatenus ante mundi constitutionem præfinitum fuerat Christi mysterium, tremenda magnaque victima, quam participare conceditur recedentibus a peccato.

CAP. XVI.

V. 1. *Homo quidam erat dives, qui habebat villicum.*

Verumtamen illud quoque studiosis dicimus, nempe parabolas nobis oblique et obscure rerum utilium demonstrationem facere, si modo ipsarum breviter et summatim sensum observemus. Non enim cunctas parabolæ partes subtiliter et morose scrutari oportet, ne præter mensuram pergens sermo, molestus fiat superfluitate sua audiendi studiosis, neque etiam nugandi copiam nonnullis suppeditet; veluti hac ipsa in parabola usuveniret. Nam si quis velit adamussim exponere, quis hic a nobis intelligendus sit homo, qui diffamatum habuit villicum, quis item hunc accusaverit, quinam debitores fuerint, et qui novas debiti sui tabulas fecerint, et curnam alius oleum, alius triticum debuisse dicatur, obscurum sane et supervacaneum faciet sermonem. Non ergo omnino omnes parabolæ quædam dissoluta aut contraria.

[35] I Petr. I, 7. [36] Isa. XLIII, 26.

(1) Hæc in codice sub Cyrilli nomine recitantur, quanquam dictis ab eodem superius repugnare videantur. Sed in abrupto opere mirum non est videri

(2) Haud recte Corderius in Latina catena : *In mundi restaurationem præfinitum fuit*, etc.

partes idoneæ sunt ad argumenti explanationem, sed ad exemplum potius necessarii alicujus negotii sumendæ sunt, quo simpliciter id demonstretur quod audientibus utile futurum sit. Est itaque parabolæ sensus hic: « Omnium Deus cunctos homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire [37]. » Idcirco et legem auxilii causa dedit, ut ait propheta [38]. Legem autem hic dicimus, haud illam adamussim quæ per Moysem ministrata fuit, sed universam potius divinitus inspiratam Scripturam, **348** cujus ductu cognoscere possumus boni cujuslibet salutarisque negotii rectam viam. Vult ergo omnium Dominus, omnimodis nos ad virtutis studia incumbere, et sobrium sanctumque vitæ genus sectari, avertentes nos ab hujus mundi sollicitudinibus, ut Deo assidue constanterque serviamus. Quare etiam per Melodi lyram, « Vacate, inquit, et scitote quoniam ego sum Deus [39]. » Ipse autem ore proprio omnium Servator divitibus terræ alibi ait: « Vendite quæ possidetis, et date eleemosynam; facite vobis crumenas non veterascentes, thesaurum indeficientem in cœlis [40]. » Profecto hoc præceptum salutare est, sed infirma admodum humana mens est, semperque fere in terrenis defixa. Cujus rei conscius ipse Servator aliquando de iis aiebat: « Quam difficile qui pecunias habent intrabunt in regnum Dei [41]! » Et rursus: « Facilius est camelum (funem) per foramen acus transire, quam divitem in regnum Dei [42]. » Nam quamdiu aliquis ditescendo et deliciando occupatur, pietati erga Deum excolendæ ineptus est.

A σκοτεινὸν ἅμα καὶ περιττὸν ἀποτελέσει τὸν λόγον. Οὐκοῦν οὐ πάντη τε καὶ πάντως ἅπαντα τῆς παραβολῆς τὰ μέρη τῇ τῶν δηλουμένων εἰσὶ θεωρίᾳ χρήσιμα, εἰς εἰκόνα δὲ ληφθεῖεν ἂν ἀναγκαίου πράγματος ἀμυδρῶς ὑποφαίνουσαν τὸ τελοῦν εἰς ὄνησιν τοῖς ἀκροωμένοις. Ἔστι τοίνυν τῆς παραβολῆς τοιοῦτος ὁ νοῦς· « Ὁ τῶν ὅλων Θεὸς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. » Ταύτῃ τοι καὶ νόμον εἰς βοήθειαν ἔδωκε, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. Νόμον δέ φαμεν ἐν τούτοις, οὐχὶ δή που πάντως τὸν διακονηθέντα διὰ Μωϋσέως, ἅπασαν δὲ μᾶλλον τὴν θεόπνευστον Γραφὴν, δι' ἧς ἔνεστι μαθεῖν τὴν εὐθὺ παντὸς ἀγαθοῦ καὶ σωτηριώδους πράγματος ἀποκομίζουσαν τρίβον. Βούλεται τοίνυν ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης, ὁλοτρόπως ἡμᾶς τοῖς B εἰς ἀρετὴν ἀνακεῖσθαι σπουδάσμασι, καὶ διαβιοῦν ἑλέσθαι σπουδαίως καὶ ἁγίως, ἀπαλλάττοντας ἑαυτοὺς τῶν τοῦ παρόντος βίου περισπασμῶν, ἵνα εὐπαρέδρως καὶ ἀπερισπάστως ὑπηρετῶμεν αὐτῷ. Καὶ γοῦν διὰ μὲν τῆς τοῦ Ψάλλοντος λύρας· « Σχολάσατε, φησὶ, καὶ γνῶτε ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεός. » Δι' ἑαυτοῦ δὲ πάλιν ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ τοῖς τὸν πλοῦτον ἔχουσι τὸν ἐπὶ τῆς γῆς· « Πωλήσατε, φησὶ, τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δότε ἐλεημοσύνην, ποιήσατε ἑαυτοῖς βαλάντια μὴ παλαιούμενα, θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Καὶ ἡ μὲν ἐντολὴ σωτήριος, ἀσθενὴς δὲ λίαν ὁ ἀνθρώπινος νοῦς, καὶ ἀεί πως προσπέπηγε τοῖς γεωδεστέροις· καὶ τοῦτο εἰδὼς αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἔφησέ που περὶ αὐτῶν· « Πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰσελεύσονται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ C Θεοῦ! » Καὶ πάλιν· « Εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος εἰσελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. » Ἕως γὰρ ἔστι τις ἐν τῷ πλουτεῖν καὶ τρυφᾷν, ἀνεπιτήδευτον ἔχει τὴν εἰς Θεὸν εὐσέβειαν.

Ergone nulla superest divitibus salutis via, sed ignis eis paratus est, qui diabolo et angelis ejus debetur? Minime gentium. Ecce enim ipsis salutis consequendæ rationem hac parabola ostendit Servator. Confidunt hi sane, quod divitias sibi fruendas summus Deus indulgenter concesserit. Reapse tamen juxta Dei mentem œconomi veluti pauperum constituti sunt: œconomi autem dicuntur a sua cuique distribuendo. Sed non recte œconomiam gerunt, tradita ipsis a Domino quodammodo dissipantes: suis enim tantum ministrant deliciis, temporales emunt honores, obliti Dei dicentis: « Aperiendo aperies viscera erga fratrem tuum, erga indigentem qui apud te versatur [43]. » Imo et communis Servatoris Christi negligentes præceptum: « Estote misericordes, sicut et Pater vester cœlestis **349** misericors est [44]. » Sed nullam hi, ut dixi, rationem habent misericordiæ fratribus debitæ: unicum ipsis studium est fastus sui. Hoc eos apud omnium Dominum accusavit. Porro necesse omnino est eosdem villicatione excidere, adveniente morte,

(A f. 215 b) Ἆρ' οὖν οὐδὲ μία τοῖς πλουτοῦσι σωτηρίας ὁδὸς, ἀλλὰ πῦρ αὐτοῖς ηὐτρέπισται, τὸ τῷ διαβόλῳ πρέπον καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ; Οὔμενουν· ἰδοὺ γὰρ, ἰδοὺ πρόφασιν αὐτοῖς σωτηρίας ἀνέδειξεν ὁ Σωτὴρ διὰ ταύτης τῆς παραβολῆς· ἐθαῤῥήθησαν, τὸν ἐπὶ τῆς γῆς πλοῦτον ἀφέντος αὐτοῖς ἀνεξικάκως τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ· πλὴν κατά γε τὸν ἐνόντα σκοπὸν αὐτῷ οἰκονόμοι τινὲς τίθενται τῶν πτωχευομένων· οἰκονόμοι δὲ λέγονται παρὰ τῷ τὰ οἰκεῖα ἑκάστῳ νέμειν (1)· ἀλλ' οἰκονομοῦσιν οὐκ ὀρθῶς, οἱονεὶ σκορπίζοντες τὰ δοθέντα αὐτοῖς παρὰ D τοῦ Δεσπότου· μόναις γὰρ ταῖς ἑαυτῶν δαπανῶσι τρυφαῖς, καὶ προσκαίρους ὠνοῦνται τιμὰς, ἀμνημονοῦντες Θεοῦ λέγοντος· « Ἀνοίγων ἀνοίξεις τὰ σπλάγχνα τῷ ἀδελφῷ σου, τῷ ἐπιδεομένῳ ἐν σοί. » Ναὶ μὴν καὶ αὐτοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ· « Γένεσθε οἰκτείρμονες, καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος οἰκτείρμων ἐστίν. » Ἀλλ' οὐδεὶς αὐτοῖς, ὡς ἔφην, τοῦ κατοικτείρειν ἀδελφοὺς ὁ λόγος, μόνης δὲ ποιοῦνται φροντίδα τῆς ἑαυτῶν ἀγερωχίας· τοῦτο διαβέβληκεν αὐτοὺς παρὰ τῷ πάντων Δεσπότῃ. Δεῖ

[37] I Tim. II, 4. [38] Isa. VIII, 20. [39] Psal. XLV. 2. [40] Luc. XII, 33. [41] Luc. XVIII, 24. [42] Ibid. 25. [43] Deut. XV, 8. [44] Luc. VI. 36.

(1) Observa vocabuli οἰκονόμος apud Cyrillum etymologiam, non ab οἶκος, sed ab οἰκεῖα νέμειν.

A δὲ πάντως αὐτοὺς ἀποπεσεῖν τῆς οἰκονομίας ἐπιπηδῶντος θανάτου, καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων ἐξέλκοντος· ἀδιάφυκτον γὰρ ἀνθρώπῳ παντὶ τοῦ θανάτου τὸ λῖνον. Τί οὖν ἄρα δρᾷν αὐτοὺς βούλεται Χριστός; Ἕως εἰσὶν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, κἂν εἰ μὴ πάντα βούλοιντο τὸν ἑαυτῶν πλοῦτον διανεῖμαι πτωχοῖς, κἂν γοῦν ἐκ μέρους κατακτήσασθαι φίλους, καὶ πολλοὺς τῆς εὐσπλαγχνίας μάρτυρας, τοὺς εὖ πεπονθότας δηλονότι· ἵνα ὅταν αὐτοὺς ὁ ἐπίγειος ἐκλείπῃ πλοῦτος, ἔχωσί τινα τόπον ἐν ταῖς ἐκείνων σκηναῖς. Καὶ γὰρ ἐστι τῶν ἀμηχάνων ἄμισθον γενέσθαι ποτὲ τὸν φιλόπτωχον, ἀλλ' εἴτε ἅπαντά τις τὸν ἑαυτοῦ πλοῦτον διαδοίη τισὶν, εἴτ' οὖν ἐκ μέρους, ὀνήσει πάντως τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν.

*Ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ, καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστι.*

B (A f. 217, B f. 154) Συχνῶς ἔσθ' ὅτε ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ τοὺς αὐτοὺς ποιεῖται λόγους, καὶ διαφόροις περὶ τοῦ αὐτοῦ θεωρήματος κέχρηται παραδείγμασιν, ἵνα πρὸς σύνεσιν ἀκριβῆ τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων, ὁ τῶν ἀκροωμένων ἐμβιβάζηται νοῦς. Ἄθρει δέ μοι πάλιν τῶν προκειμένων ἀναγνωσμάτων τὴν δύναμιν. Δοκεῖ δέ μοι καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, ἐκεῖνο χρησίμως κατιδεῖν, τίνας ὅλως ὁ τοιόσδε λόγος ἔχει τὰς ἀφορμάς· ἔσται γὰρ οὕτως εὐσύνοπτος τῶν προκειμένων ὁ νοῦς. Ἐδίδασκε τοίνυν τοὺς ἐν πλούτῳ Χριστὸς ἀγαπᾷν ὅτι μάλιστα τὴν φιλοπτωχίαν, καὶ θησαυρίζειν ἐν οὐρανῷ, καὶ τῆς εἰς τὸ μέλλον εὐημερίας ποιεῖσθαι πρόνοιαν. Ἀλλ' εὖ ἠπίστατο, Θεὸς ὢν φύσει, τῆς ἀνθρώπου διανοίας τὸν ὄκνον, τὸν ἐπὶ παντὶ C σπουδαίῳ τε καὶ ἀγαθῷ πράγματι, καὶ ὡς φιλόπλουτοι λίαν ὄντες, καὶ τῷ τοιῷδε πάθει τυραννούμενοι παντελῶς, οὐδένα τοῖς πτωχευομένοις νέμουσιν ἔλεον. Ὅτι τοίνυν τοῖς οὕτως ἔχουσι γνώμης, οὐδὲν ὑπάρξει τῶν παρὰ Θεοῦ χαρισμάτων, δῆλον δὲ ὅτι πνευματικῶν, ἐξ ἐναργεστάτων παραδειγμάτων διαδείκνυσι λέγων· « Ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ, καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστι, » καὶ τὰ ἑξῆς. Λῦσον ἡμῖν, Δέσποτα, τὸ ζητούμενον, ἄνοιξον ἡμῶν τῆς καρδίας τὸν ὀφθαλμόν. Ἄκουε τοίνυν σαφῶς τε καὶ ἀκριβῶς, ὅπερ ἔφη· Εἰ ἐν τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, φησὶ, τὸ ἀληθινὸν τίς δώσει ὑμῖν; Ἔστι δὴ οὖν τὸ ἐλάχιστον, ὁ ἄδικος μαμωνᾶς, τουτέστιν ὁ ἐπίγειος πλοῦτος, ἐξ ἁρπαγῆς ἔσθ' ὅτε καὶ πλεονεξίας συνειλεγμένος· τοῖς γε μὴν εὖ εἰδόσι βιοῦν, D καὶ ἀποφέρουσι μὲν τῶν ἐπιγείων τὸν νοῦν, φρονοῦσι δὲ μᾶλλλον τὰ ἄνω, καταλογισθείη ἂν παντελῶς οὐδὲν ὁ ἐπίγειος πλοῦτος, ἀλλ' εἰς τοὺς ἐνδεεῖς ὅλον δαπανήσουσι, καλῶς αὐτὸν οἰκονομοῦντες. Τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ ἐν ὀλίγῳ γενέσθαι τινὰ πιστὸν, τὸ τοῖς ἐν ἐσχάτῃ ταλαιπωρίᾳ τὴν ἀπό γε τῶν ὄντων διανέμειν ἐπικουρίαν. Εἰ οὖν ἐν ὀλίγῳ γεγόναμεν ἄπιστοι, πῶς ἂν λάβοιμεν παρ' αὐτοῦ τὸ ἀληθινὸν, τουτέστι τῶν θείων χαρισμάτων ἀμφιλαφῆ χορηγίαν, ψυχὴν ἀνθρώπου καταχαλλύνουσαν, καὶ τὸ θεῖον αὐτῇ κάλλος ἐγγράφουσαν;

(A f. 154 b) Ὅτι δὲ εἰς τοῦτο βλέπει καὶ τέτραπται τῶν τοῦ Σωτῆρος ῥημάτων ὁ σκοπὸς, καὶ διὰ τῶν ἐφεξῆς εἰδείη τις ἂν εὖ μάλα. Ἔφη γάρ· « Εἰ

et rebus humanis eximente. Quippe inevitabile homini est mortis rete. Quid ergo ab eis fieri Christus vult? Quandiu in hoc mundo sunt, si non cunctas velint opes suas pauperibus diribere, attamen nonnullos saltem sibi amicos conciliare jubet, compluresque benignitatis suæ testes, id est beneficiis affectos : ut cum eos terrenæ divitiæ destituent, locum aliquem nanciscantur in istorum tabernaculis. Nam prorsus fieri nequit ut absque mercede discedat pauperum amator : sed sive universa bona sua his impertitus fuerit, sive partim, sine dubio animæ suæ bene fecerit.

V. 10. *Qui fidelis est in minimo, et in majori fidelis est.*

Crebro interdum universalis Servator eosdem facit sermones, variisque circa idem argumentum exemplis utitur, ut plena dictorum suorum notitia audientium mens imbuatur. Contemplare vero mecum denuo supradictæ lectionis vim. Porro mihi videtur ante omnia illud cognitu utile, undenam oratio hujusmodi occasionem ceperit : sic enim propositorum verborum sententia inclarescet. Monebat itaque divites Christus ut benignitatem erga pauperes apprime adamarent, et in cœlo thesaurizarent, futuræque felicitati consulerent. Sed enim satis, ceu suapte natura Deus, compertam habebat humanæ mentis ad egregium quodlibet bonumque opus tarditatem; quodque nimio divitiarum amore capti, et hujus cupiditate tyrannide omnino oppressi, nullam egentibus impertituri essent misericordiam. Quod igitur hoc animi habitu affecti, nullam spiritale Dei donum essent recepturi, manifestissimis demonstrat exemplis dicens : « Qui fidelis est in minimo, in majore quoque fidelis est, » **350** et reliqua. Solve nobis, Domine, hanc quæstionem, aperi nobis cordis oculum. Audi itaque clare accurateque quid dixerit : Si in iniquo mammona fideles non fuistis, ait, ea quæ vere bona sunt quis dabit vobis? Est itaque minimus, injustus mammonas, id est terrenæ divitiæ, raptu interdum et violentia collectæ. At ii qui bene vivere sciunt, et futurarum rerum spem quodammodo sitiunt, quique a terrenis mentem avertunt, et superna magis cogitant, hi, inquam, nullius pensi habent terrenas divitias, sed eas in egenos cunctas assumunt, recte sic illas administrantes. Hoc esse existimo, in re parva aliquem esse fidelem; nempe in extrema miseria positis, rei familiaris subsidia suppeditare. Si ergo in re parva infideles fuimus, quomodo a Deo accipiemus quod verum est, id est divinorum donorum uberem largitionem, quæ hominis animam ornat, eique divinam venustatem appingit?

Quod autem huc spectet, eoque tendat verborum Servatoris scopus, ex sequentibus etiam satis quisque cognoscet. Dicit enim : « Si in alieno fideles

non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis? » Alienum porro appellari dicimus, pecuniæ affluentiam: neque enim divites nati sumus, sed nudi potius. Vereque, juxta Scripturam, dicitur quod « Nihil intulimus in hunc mundum, neque hinc auferre quid possumus [45]. » Ergo fideles simus in his exiguis terrenisque divitiis, quæ revera minimæ sunt et nullæ, quia dilabuntur: neque propria faciamus, quæ ad communem fratrum usum data sunt nobis, sic iniquas facientes divitias, dum eas retinemus, præsertim cum sint alienæ, tum quia nos nihil nascentes intulimus, tum quia hæ reapse pauperum sunt. Sic nostræ divinæ cœlestesque divitiæ tradentur nobis, veræ, inquam, et manentes. Profecto alienum naturaliter ab homine est, ditescere; quod quidem aliquibus extrinsecus accidit et supervenit: et si forte dilabatur ac pereat,
351 nihil prorsus humanam rationem lædet. Non enim quia divites, idcirco rationales sumus, vel cuivis bono operi idonei; sed ipsa naturæ habitudo harum virtutum capax est, eaque revera nostra est. Nam sicut beatus scribit Paulus [46], creati ad opera bona fuimus, quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus. Cum ergo in alieno, id est, in iis quæ extrinsecus accesserunt, infideles aliqui fuerint, quomodo sua accipient? id est, quomodo divinitus data bona participabunt? Vel quomodo adipiscemur sacram illam atque admirabilem venustatem, quam in hominum animabus depingit Deus, dum ipsas ad formam suam componit? Sic enim initio fuimus. Age vero quod impossibile sit, unum eumdemque hominem in contraria studia dividi, et tamen inculpatim vivere, demonstrat dicens:

V. 13. *Nemo servus potest duobus dominis servire.*

Similitudo hæc clara et explorata est, et proposito argumento aptissima; imo totius sermonis conclusio fit in sequentibus: « Non potestis Deo servire et mammonæ. » Nam si quis fiat, inquit, duorum dominorum servus contrariis voluntatibus præditorum, et inconciliabilem mutuo sententiam gerentium, quomodo poterit utrique placere? Nam divisus inter amborum placita, utriusque voluntati repugnat. Prorsus enim necesse est malum simul et bonum videri. Ergo si uni voluerit esse fidelis, alterum, inquit, odio habebit. Superest igitur ut impossibile sit Deo simul servire ac mammonæ. Ergo unice ad alterum studia omnia nostra vertamus, multum valere jusso mammona. Ita enim nos magnus Magister docet.

V. 14. *Pharisæi, qui erant avari, deridebant eum.*

Sicut morbi corporum vehementiores remedio-

A ἐν τῷ ἀλλοτρίῳ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ὑμέτερον τίς δώσει ὑμῖν; » Ἀλλότριον δὲ εἶναί φαμεν, τὴν τῶν χρημάτων περιουσίαν· οὐ γὰρ γεγεννήμεθα μετὰ πλούτου, γυμνοὶ δὲ μᾶλλον· καὶ ἀληθὲς εἰπεῖν ὅτι, κατὰ τὸ γεγραμμένον, « Οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα. » Γενώμεθα οὖν πιστοὶ ἐν τῷ μικρῷ τούτῳ καὶ γηΐνῳ πλούτῳ, ὅς ἐλάχιστός ἐστι καὶ οὐδὲν, ὅτι ῥευστός· καὶ μὴ σφετεριζώμεθα τὰ εἰς κοινὴν τῶν ἀδελφῶν χρείαν δοθέντα ἡμῖν, ὥστε ἄδικον τὸν πλοῦτον ποιεῖν, διὰ τοῦ κατέχειν αὐτὸν, καὶ ταῦτα, ἀλλότριον ὄντα· τὸ μὲν, ὅτι οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν· τὸ δὲ, ὅτι τῶν πτωχῶν ἐστιν· ἵνα τὸν ἡμέτερον θεῖον καὶ οὐράνιον πλοῦτον πιστευθῶμεν, τὸν ἀληθινὸν καὶ μένοντα. Ἀλλότριον μὲν γὰρ ἀνθρώπου παντὸς φυσικῶς, τὸ πλουτεῖν·
B ἔξωθεν γὰρ προσγίνεται καὶ ἐπισυμβαίνει τισί· κἂν ἀποσυμβῇ καὶ ἀπόλοιτο, παραβλάψοι ἂν οὐδὲν παντελῶς τοὺς τῆς ἀνθρώπου φύσεως λόγους. Οὐ γὰρ ἔν γε τῷ εἶναι πλούσιοι, λογικοί τέ ἐσμεν, καὶ ἁπάσης ἀγαθοεργίας ἐπιστήμονες, ἀλλ' ἡ τῆς φύσεως ἐπιτηδειότης, δεκτικὴ τῶν τοιούτων ἐστὶν, ὅπερ ἐστὶν ἡμέτερον. Ὡς γὰρ ὁ μακάριος γράφει Παῦλος, ἐκτίσθημεν ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, οἷς προητοίμασεν ὁ Θεὸς ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν. Ὅταν τοίνυν ἐν τῷ ἀλλοτρίῳ, τουτέστιν ἐν τοῖς ἔξωθεν προσγενομένοις, ἄπιστοί τινες εἶεν, πῶς ἂν λάβοιεν τὰ ἑαυτῶν; τουτέστι, πῶς ἂν ἐν μεθέξει γένοιντο τῶν θεοσδότων ἀγαθῶν; ἢ πῶς κομισόμεθα τὸ ἱερόν τε καὶ ἀξιάγαστον κάλλος, ὃ ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς ἐγγράφει Θεὸς, διαμορφῶν αὐτὰς πρὸς ἑαυτόν; Γεγόναμεν γὰρ
C οὕτως ἐν ἀρχαῖς. Ὅτι δ' ἐστὶ τῶν ἀμηχάνων, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν μερίζεσθαι πρὸς τὰ ἐναντία, καὶ ἀκαταψέκτως δύνασθαι βιοῦν, διαδείκνυσι λέγων·

*Οὐδεὶς οἰκέτης δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν.*

(A f. 217, B f. 154 b) Παράδειγμα τοῦτο σαφές τε καὶ ἐναργὲς, καὶ τῇ τῶν προκειμένων θεωρίᾳ πρεπωδέστατον· συμπέρασμα δὲ ὥσπερ τοῦ παντὸς λόγου, τὸ ἐφεξῆς· « Οὐ δύνασθε γὰρ Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ. » Εἰ γὰρ δή τις γένοιτο, φησὶ, δύο κυρίων οἰκέτης, μεμερισμένων τοῖς θελήμασιν εἰς τὸ ἐναντίον, καὶ ἀσύμβατον ἀλλήλοις ἐχόντων τὴν γνώμην, πῶς ἂν δύναιτο ἀμφοτέροις ἀρέσαι; Μεριζόμενος γὰρ εἰς τὸ ἑκατέρῳ δοκοῦν, τοῖς ἀμφοῖν θελήμασιν
D ἀντανίσταται. Πᾶσα γὰρ ἀνάγκη, τὸν αὐτὸν ὁρᾶσθαι πονηρόν τε καὶ ἀγαθόν. Οὐκοῦν εἴπερ ἕλοιτο γνήσιος ἑνὶ γενέσθαι, φησὶ (1), μισήσει τὸν ἕτερον. Ἀμήχανον δὴ οὖν Θεῷ δουλεῦσαι καὶ μαμωνᾷ· ἐπὶ θάτερον τοίνυν μεταθῶμεν τὴν πᾶσαν σπουδὴν, πολλὰ χαίρειν εἰπόντες τῷ μαμωνᾷ. Ταῦτα γὰρ ἡμῖν ὁ μέγας εἰσηγεῖται Διδάσκαλος.

*Φαρισαῖοι φιλάργυροι ὑπάρχοντες ἐξεμυκτήριζον αὐτόν.*

(A f. 217 b). Ὥσπερ τὰ τῶν ἐν τοῖς σώμασι πα-

[45] I Tim. vi, 7. [46] Ephes. ii, 10.

(1) Φησί intercalatum esse verbum, ut passim fit, non agnovit Corderius, ideoque scripsit, *ille dicet ut odiat alterum.*

θῶν ἀγριώτερα, τὰς ἐκ τῶν φαρμάκων ἐπικουρίας A οὐ προσίεται, φεύγει δὲ ὥσπερ τὴν ἴασιν· κἂν εἴ τις προσάγοι τὸ πεφυκὸς ὠφελεῖν, ἐξαγριοῦται μειζόνως, καὶ οἷον ἀγανακτεῖ, καίτοι τῇ τέχνῃ κολακευόμενα, οὕτω τὰ ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς ἐπισυμβαίνοντα πάθη σκληρὰ καὶ ἀνουθέτητά πώς εἰσιν ἔσθ' ὅτε, καὶ οὐδενὸς ἀνέχεται λόγου καλοῦντος εἰς ἀπόστασιν τοῦ κακοῦ, καὶ τοῖς ἀμείνοσιν ἐμβιβάζοντος. Τοῦτο πεπονθότας εὑρήσομεν τοὺς Φαρισαίους, οἳ διὰ φιλαργυρίαν ἐξηυτέλιζον τὰς ἀρίστας παραινέσεις· καὶ δέον σεβασθῆναι, ἐμυκτήριζον ταῦτα εἰσηγούμενον Δεσπότην. Ἀλλ' ἡμεῖς ἐξέλωμεν τὸ τῆς φιλαργυρίας (1) κέντρον, ὃ καὶ εἰς ἀσέβειαν ἐγείρειν δύναται, καθάπερ ἐκείνους. Μακρὸν τοιγαροῦν ἐπ' αὐτοῖς δαπανήσας λόγον ὁ τῶν ὅλων Σωτήρ, εἶτα τῶν ἰδίων σκεμμάτων καὶ παθῶν οὐκ ἀποφοιτῶντας B ὁρῶν, ἐμφιλοχωροῦντας δὲ μᾶλλον τῇ συντρόφῳ σκαιότητι, τρέπεται λοιπὸν ἐπὶ τὸ δριμὺ τῶν ἐλέγχων, καιροῦ καλοῦντος εἰς τοῦτο, καὶ ἀποφαίνει ὑποκριτὰς ὄντας καὶ βωμολόχους, καὶ δόξης μὲν ἐραστάς, ἥπερ ἂν πρέποι δικαίοις τε καὶ ἀγαθοῖς ἀνδράσιν, οὐ μὴν ὄντας τοῦτο κατὰ ἀλήθειαν.

*Ὑμεῖς ἐστε οἱ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων.*

(A f. 218) Τοῦτο καὶ ἑτέρωθί που πρὸς αὐτοὺς εὑρίσκεται λέγων· « Πῶς δύνασθε πιστεῦσαι, δόξαν παρὰ ἀνθρώπων λαμβάνοντες, τὴν δὲ δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ οὐ ζητεῖτε; » Τοὺς μὲν γὰρ ἀληθῶς ὄντας ἀγαθούς, τοῖς εἰς δικαιοσύνην ἐπαίνοις ὁ Θεὸς στεφανοῖ· οἵ γε μὴν ἀφιλάρετοι καὶ ὑποκριταί, C τάχα τοῖς ἑαυτῶν ψήφοις, τὸ δοκεῖν εἶναι σεπτοὶ παρακλέπτουσιν. Ἀλλ' οὐδείς, ὦ βέλτιστοι, φαίη τις ἂν αὐτοῖς, ἑαυτὸν στεφανοῖ. Γέγραπται γάρ· « Ἐγκωμιαζέτω σε ὁ πέλας, καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα· ἀλλότριος, καὶ μὴ τὰ σὰ χείλη. » Πλὴν κἂν εἰ δύναιντό πως λαθεῖν οἱ ὑποκριταί, καὶ τὰς ἐξ ἀνθρώπων ἁρπάσαι τιμάς, ἀλλ' οὖν ὁ Θεός, φησί, γινώσκει τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ τιμᾷ μὲν δίκαιον τὸν ἀληθινόν, σκορπίζει δὲ τὰ τῶν ἀνθρωπαρέσκων ὀστᾶ· ἀνθρωπαρεσκία γὰρ ῥίζα καὶ ἀρχὴ καὶ γένεσις τῆς μεμισημένης παρά τε Θεῷ καὶ ἀνθρώποις ὑπεροψίας. Καταστίξας τοίνυν τοῖς ἐλέγχοις αὐτούς, ἕτερόν τι τούτοις προσεπάγει Χριστός, ὅπερ ἔμελλον πείσεσθαι, διά γε τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῖς ἀνοσιότητά τε καὶ ἀπειθίαν. Φησὶ γάρ· D

*Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου, κ. τ. λ.*

(A f. 218). Ἐπικρύπτει πάλιν ἀσαφείᾳ τὸ λυποῦν, καὶ κατεσκιασμένην ὥσπερ ποιεῖται τὴν προαγόρευσιν τῶν συμβησομένων τοῖς ἀπειθεῖν ἑλομένοις αὐτῷ. Μωϋσῆς γάρ, φησί, καὶ σὺν αὐτῷ τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ χορός, τοῦ κατ' ἐμὲ μυστηρίου τὴν δύναμιν προκατηγγέλκασι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ὁ νόμος ἐδήλου διὰ σκιᾶς καὶ τύπων, ὅτι καὶ τὸν τῆς σαρκὸς ὑπομενῶ θάνατον, ἵνα σώσω τὴν ὑπ' οὐρανόν, καὶ

rum adjutoria non admittunt, ac medicinam veluti fugiunt; et cum aliquis profutura exhibet, gravius exasperantur, et quasi indignantur blandienti arti: sic **352** quæ hominum animabus eveniunt perturbationes, sævæ et admoneri impatientes aliquando sunt, nulliusque vocem audiunt a vitio revocantis, et meliora suadentis. Hoc idem passos comperiemus Pharisæos, qui ob suam avaritiam admonitiones optimas flocci faciebant; et cum revereri deberent, disserentem hæc Dominum deridebant. Veruntamen nos avaritiæ stimulum eximamus, quod usque ad impietatem nos potest, æque ac illos, impellere. Longo itaque adversus eos consumpto sermone Servator universalis, cum a propriis cogitationibus et cupiditatibus haud recedere cerneret, sed ingenitam nequitiam acrius retinere, pergit deinceps ad acerbiores increpationes, occasione invitante, definitque eos esse hypocritas, gulosos victimarum appetitores, et gloriæ quidem cupidos, quæ justis bonisque debetur viris, sed tamen ipsos a virtute longe remotos.

V. 15. *Vos estis qui justificatis vos coram hominibus.*

Hoc idem alibi quoque dixisse eis Christum comperimus: « Quomodo potestis credere, qui gloriam ab hominibus accipitis, gloriam autem quæ a solo Deo est non quæritis [47]? » Nam vere bonos Deus justitiæ laudibus ornat. Hostes autem virtutis et hypocritæ, fortasse suffragio proprio, sanctitatis opinionem usurpant. Atqui, o egregii, dicet his aliquis, nemo se ipsum coronat. Scriptum est enim: « Laudet te proximus, non os tuum; extraneus, non labia tua [48]. » Attamen etiamsi latere fortasse queant hypocritæ, et ex hominibus honorem carpere, certe Deus corda vestra novit, et eum qui vere justus est, habet in pretio; at illorum, qui hominibus placent, ossa dispergit. Quippe placendi hominibus studium radix est et initium et parens invisæ Deo hominibusque superbiæ. Postquam eos reprehensionibus his compunxerat, aliud addit Christus quod erant passuri **353** propter hærentem illis impietatem et contumaciam. Dicit enim:

V. 16. *Lex et prophetæ usque ad Joannem*, etc.

Involvit rursus obscuritate id quod molestiam creabat, et obumbratam quodammodo facit prædictionem eorum quæ incredulis eventura erant. Nam Moyses, inquit, et reliquus cum eo sanctorum prophetarum chorus, sacramenti mei virtutem terræ incolis prænuntiaverunt. Lex quidem per umbram et figuras denotabat, me in carne necem passurum ut mundum salvarem; et corruptelæ vim

[47] Joan. v, 44. [48] Prov. xxvii, 2.

(1) Cod. φιλανθρωπίας, quod plane mendum nobis visum est.

superaturum, a mortuis resurgendo. Consona autem Moysis legi prophetæ locuti sunt. Haud ergo mirum est, imo et præcognitum fuit, quod vos sermonibus meis credituri non fueritis. Nam usque ad Joannem Baptistam vaticiniorum de me pertinet sermo. A diebus autem Joannis, regnum cœlorum nuntiatur, et omnis homo ad id compellitur. Regnum autem cœlorum hoc loco dicit justificationem in fide, peccati ablutionem per sanctum baptisma, sanctificationem per Spiritum, adorationem in Spiritu, adoptionis dignitatem, dandæ sanctis in posterum gloriæ spem. Nuntiatur itaque cœlorum regnum, procedente in medium Baptista ac dicente : « Parate viam Domini [49] ; » et jam præsentem demonstrante Agnum Dei qui tollit peccatum mundi. Quisquis ergo sacræ prædicationis auditor est et amator, is vi compellitur; id est, omni alacritate totisque viribus utens, in spem recipi gestit. Namque ut alibi ait : « Regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud [50]. »

καταργήσω τὴν φθοράν, ἐγηγερμένος ἐκ νεκρῶν. Συμβαίνοντα δὲ τοῖς Μωϋσέως νόμοις, ἐλάλησαν οἱ προφῆται. Ξένον τοίνυν, φησὶν, οὐδὲν, ἤγουν προεγνωσμένον, ὅταν τοῖς ἐμοῖς ἀπειθήσητε λόγοις· μέχρι γὰρ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, ὁ τῆς προφητείας τῆς ἐπ' ἐμοὶ καὶ ὑμῖν ἐκτείνεται λόγος. Ἀπὸ δέ γε τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν εὐαγγελίζεται, καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται. Βασιλείαν δὲ οὐρανῶν φησιν ἐν τούτοις, τὴν ἐν πίστει δικαίωσιν, τὴν τῆς ἁμαρτίας ἀπόνιψιν, τὴν διά γέ φημι τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, τὸν διὰ τοῦ Πνεύματος ἁγιασμὸν, τὴν ἐν Πνεύματι προσκύνησιν, τῆς υἱοθεσίας τὸ καύχημα, τῆς μελλούσης δοθήσεσθαι τοῖς ἁγίοις δόξης τὴν ἐλπίδα. Εὐαγγελίζεται τοίνυν ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία, παρελθόντος εἰς μέσον τοῦ Βαπτιστοῦ, καὶ λέγοντος· « Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου· » καὶ καταδεικνύντος ἤδη παρόντα τὸν Ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Πᾶς δὲ εἴ τις γέγονε τῶν ἱερῶν κηρυγμάτων κατήκοος καὶ ἐραστὴς, εἰσβιάζεται· τουτέστιν ἁπάσῃ προθυμίᾳ καὶ παντὶ σθένει χρώμενος, εἴσω παρελθεῖν τῆς ἐλπίδος ἐπιθυμεῖ. Ὡς γὰρ ἑτέρωθί πού φησιν, « Ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. »

V. 17. *Facilius est autem*, etc.

Facilius esse dicit cœlum et terram transire, nondum id fieri jubente Deo, quam legis unum excidere apicem. Legem aliquando summatim dicit pro universa divinitus inspirata Scriptura, id est, Moysis ac prophetarum. Quænam itaque prænuntiaverunt, quæ et exitum habere necesse sit? Prædixerunt videlicet, fore ut ob multam **354** suam incredulitatem et morum impietatem, ab amicitia Dei excidat Israel, primogenitus licet inter filios; et urbs Jerusalem illius amore excludatur. Quamobrem ait de ipsa per os Osee : « Ecce ego sepiam viam ejus sudibus, et obstruam itinera ejus, et ipsa semitam suam non inveniet [51]. » Porro via piorum recta est, nihil in ipsa arduum, sed facilia cuncta et gradibilia. Secus autem obstruitur via metropoleos Judæorum, id est, inaccessa his veræ religionis fit semita. Quod vero obtenebratam mentem habuerint, nec lumen gloriæ Servatoris admiserint, quem agnoscere noluerunt, prædixit his verbis Judæorum veluti populum alloquens : « Nocti assimilavi matrem tuam. Assimilatus est populus meus, quasi non habens scientiam. Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio mihi fungaris. Oblita es legis Dei tui, ego quoque filiorum tuorum obliviscar [52]. » Audin' tenebris noctique comparari, et convenientissime quidem, incredulorum multitudinem? Credentibus enim exoritur in mente et corde intellectualis lucifer, ac justitiæ sol; secus vero mens eorum obtenebratur qui erga tam splendidam pretiosamque gratiam injurii sunt. Et hæc quidem de Israelitis. Iis autem, qui adventum omnium nostrum Servatoris Christi agnoverunt, per unum de sanctis prophetis Deus Pater spondebat dicens : « Confortabo eos in Domino Deo ipso-

*Εὐκοπώτερον δέ ἐστι*, κ. τ. λ.

(A f. 218 b) Εὐκοπώτερον εἶναί φησι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν παρελθεῖν, οὔπω τοῦτο γίνεσθαι Θεοῦ προστάττοντος, ἢ τοῦ νόμου μίαν κεραίαν πεσεῖν. Νόμον δέ φησιν ἔσθ' ὅτε συλλήβδην ἅπασαν τὴν θεόπνευστον Γραφὴν, τουτέστι, τὰ Μωϋσέως καὶ προφητῶν. Τίνα τοίνυν προαπηγγέλκασιν, ἃ καὶ δεῖ πάντως ἐκβῆναι πρὸς πέρας; Προηγόρευσαν ὅτι διὰ πολλὴν ἀπιστίαν καὶ τρόπων ἀνοσιότητα, τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος ἀπολισθήσει, καίτοι πρωτότοκος ὢν ἐν τέκνοις ὁ Ἰσραήλ· καὶ ὅτι τῆς παρ' αὐτοῦ ἀγάπης ἐξωσθήσεται ἡ Ἱερουσαλήμ. Καὶ γοῦν ἔφη περὶ αὐτῆς διὰ φωνῆς Ὡσηέ· « Ἰδοὺ ἐγὼ φράσσω τὴν ὁδὸν αὐτῆς ἐν σκόλοψι, καὶ ἀνοικοδομήσω τὰς ὁδοὺς αὐτῆς· καὶ τὴν τρίβον αὐτῆς οὐ μὴ εὕρῃ. » Ὁδὸς μὲν γὰρ εὐσεβῶν εὐθεῖα ἐγένετο, καὶ οὐδὲν ἅπαντες ἐν αὐτῇ, λεῖα δὲ πάντα καὶ ἱππήλατα. Φράσσεται δὲ ἡ ὁδὸς τῆς Ἰουδαίων μητρὸς, τουτέστιν ἀδιόδευτος αὐτοῖς ἡ τῆς εὐσεβείας ἀπετελέσθη τρίβος· ὅτι δὲ γεγόνασι σκοτεινοὶ τὸν νοῦν, καὶ οὐ προσήκαντο τῆς τοῦ Σωτῆρος δόξης τὸ φῶς, οὐ γὰρ ἐγνώκασιν αὐτὸν, προαναπεφώνηκε, λέγων, ὡς πρὸς Ἰουδαίων τὸν δῆμον· « Νυκτὶ ὡμοίωσα τὴν μητέρα σου· ὡμοιώθη ὁ λαός μου, ὡς οὐκ ἔχων γνῶσιν· ὅτι σὺ ἐπίγνωσιν ἀπώσω, κἀγὼ ἀπώσομαί σε τοῦ μὴ ἱερατεύειν μοι· καὶ ἐπελάθου νόμου Θεοῦ σου, κἀγὼ ἐπιλάθωμαι τέκνων σου. » Ἀκούεις ὅτι σκότῳ καὶ νυκτὶ παρεικάζεται, καὶ σφόδρα εἰκότως, ἡ τῶν ἀπειθούντων πληθύς; Ἀνίσχει μὲν γὰρ τοῖς πιστεύουσιν εἰς νοῦν καὶ καρδίαν ὁ νοητὸς ἑωσφόρος, καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος· σκότῳ δὲ καὶ ἀχλύϊ νοητῇ καταμελαίνεται τῶν ὑβριζόντων τὴν οὕτω λαμπρὰν καὶ ἀξιόκτητον χάριν ὁ νοῦς. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν ἐξ Ἰσραήλ. Περὶ δὲ τῶν ἐπεγνωκότων τὴν ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χρι-

[49] Matth. III, 3. [50] Matth. XI, 12. [51] Osee II, 6. [52] Osee IV, 5, 6.

στοῦ, δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ὑπισχνεῖτο, λέγων· « Καὶ κατισχύσω αὐτοὺς ἐν Κυρίῳ Θεῷ αὐτῶν, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι Κυρίου τοῦ Θεοῦ αὐτῶν ὑπάρξουσι (1). » Συνῳδὰ δὲ τούτοις καὶ ὁ Ψαλμῳδὸς ἐν Πνεύματί φησι πρὸς Χριστόν· « Κύριε, ἐν τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου σου πορεύσονται, καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται ὅλην τὴν ἡμέραν· ὅτι καύχημα τῆς δυνάμεως αὐτῶν σὺ εἶ· καὶ ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου (2) ὑψωθήσεται τὸ κέρας ἡμῶν. » Καυχώμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ, δικαιωθέντες ἐν αὐτῷ· γεγόναμεν ὑψηλοὶ, τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας ταπείνωσιν ἐκβεβληκότες, καὶ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων τὴν ἀκριβῆ καταπλουτήσαντες γνῶσιν· τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἐπηγγέλλετο Θεὸς λέγων διὰ φωνῆς Ἠσαΐου· « Καὶ ἄξω τυφλοὺς ἐν ὁδῷ ᾗ οὐκ ἔγνωσαν, καὶ τρίβους ἃς οὐκ ᾔδεισαν πατῆσαι ποιήσω αὐτούς· ποιήσω αὐτοῖς τὸ σκότος εἰς φῶς, καὶ πάντα τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν. » Ἡμεῖς μὲν γὰρ ὄντες τυφλοὶ, πεφωτίσμεθα, καὶ τὴν ἀσυνήθη τῆς δικαιοσύνης ἐρχόμεθα τρίβον· οἱ δὲ νόμον αὐχοῦντες παιδαγωγὸν, ἐν σκότῳ γεγόνασιν. Ὡς γὰρ αὐτὸς ἔφη Χριστὸς, ἡ σκοτία ἐτύφλωσε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, καὶ πώρωσις ἀπὸ μέρους γέγονε τῷ Ἰσραὴλ, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι καὶ ἀκούοντες μὴ ἀκούωσι· πεπαρῳνήκασι γὰρ εἰς τοὺς ἁγίους προφήτας, τετολμήκασι δὲ καὶ αὐτῷ τὰς χεῖρας ἐπενεγκεῖν τῷ καλοῦντι πρὸς σωτηρίαν καὶ ζωήν. Οὐκοῦν ἂν ἀπειθῆτε, φησὶ, κἂν τοὺς ἐμοὺς ἀσυνέτως διαμυκτηρίζητε λόγους, ἐπὶ τὴν τοῦ χρησίμου καὶ πρέποντος ἀποκομίζοντας θήραν, ἀλλ' οὐχ ἠγνοήθη ταῦτα, φησὶ, ἀλλ' ἤδη προείρηται διά τε νόμου καὶ προφητῶν. Ἔστι δὲ τῶν ἀμηχάνων, εἰς ἀπραξίαν διαπεσεῖν τὰς Θεοῦ φωνάς· ὃ γὰρ ᾔδει πάντη τε καὶ πάντως ἐσόμενον, τοῦτο προκαταμεμήνυκε. Κατὰ μὲν οὖν τὸ ῥητὸν, δηλοῖ ὅτι ἀφῖκται, καταλύσων μὲν ἥκιστα ἢ ἀνατρέψων τὰ προφητῶν, ἀποπερανῶν δὲ μᾶλλον καὶ προφήτας καὶ νόμον. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ὅτι ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου, ἵνα μή τις ὑπολάβοι, ὅτι ἐκβέβληνται καὶ ἠθέτηνται, διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν, ὅτι « Οὐ πεσεῖται ἀπὸ τοῦ νόμου ἰῶτα ἓν, ἢ μία κεραία, » κατὰ τὸν Ματθαῖον (3).

*Ἄνθρωπος δέ τις ἦν πλούσιος, καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον.*

(A f. 220, E f. 252 b) Πύθοιτο δ' ἄν τις· Ἆρά γε κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν ἱστορίαν, τὴν λέγουσαν τὸν μὲν πτωχὸν εἰς τὴν ἀνάπαυσιν ἀπελθεῖν, τὸν δὲ πλούσιον εἰς τὴν κόλασιν, γέγονεν ἤδη ταῦτα, καὶ ἀνταπόδοσις ἀξία ἐκληρώθη ἑκάστῳ, ἢ τῆς μελλούσης κρίσεως ἀνατυποῖ τὴν εἰκόνα ἐν τούτοις; Ἀλλὰ μὴν, φησὶν, ὁπότε ὀνομάζει Λαζάρου προσηγορίαν, ἀληθῶς γέγονε καὶ ἐπράχθη. Διὰ τί γὰρ μὴ εἶπε, Πτωχὸς δέ τις ἄνθρωπος, ἀλλὰ, Λάζαρος; Ἵνα τῇ προσηγορίᾳ δείξῃ, πείρᾳ καὶ ἀληθείᾳ ταῦτα πεπρᾶχθαι. Πρὸς ὃν ἐροῦμεν· Τὴν κρίσιν ἔσεσθαι μετὰ τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν, ἡ θεία πανταχοῦ λέγει Γραφή· ἀνάστασις δὲ οὐκ ἔσται, μὴ αὖθις ἡμῖν ἐπιφοιτήσαντος τοῦ Χριστοῦ ἐξ οὐρανῶν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς μετὰ τῶν

A rum, et in nomine Domini Dei ipsorum erunt [83]. » Consona his etiam Psalmista, Spiritu instinctus, aiebat ad Christum : « Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, et in nomine tuo exsultabunt tota die; quoniam gloria virtutis eorum tu es; et in justitia tua exaltabitur cornu nostrum [84]. » Gloriamur nimirum in Christo, cum in ipso justificamur : excelsi efficimur, abjecta peccati humilitate, et verorum dogmatum accuratam adepti notitiam. Hoc enim nobis **355** spondebat Deus, voce Isaiæ dicens : « Et ducam cæcos in viam, quam nesciebant, et semitas quas ignorabant calcare eos faciam ; convertam tenebras illis in lucem, et cuncta obliqua faciam recta [85]. » Nos enim qui cæci eramus, recepimus lumen, et insolitam justitiæ viam terimus. Qui au-
B tem legis ducatu gloriabantur, in tenebras inciderunt. Namque ut ipsemet aiebat Christus, tenebræ excæcaverunt oculos eorum, et obduruit ex parte Israel; ut spectantes non videant, et auscultantes non audiant [86-87]. Nam debacchati sunt contra sanctos prophetas, et ipsi Christo manus afferre ausi sunt ad salutem vitamque vocanti. Si ergo discredetis, inquit, meosque insipienter sermones irridebitis, qui vos cæteroqui ad rei utilis decoræque consecutionem deducebant; non fuit hoc, inquit, ignotum, sed jamdiu a lege prophetisque prædictum. Porro impossibile est Dei oracula effectu carere : nam quod omnino prorsusque sciebat esse futurum, id prædixit. Prout ergo dictum fuerat, evenisse demonstrat; haud equidem propheticas auctorita-
C tes dissolvens aut subvertens, sed complens potius prophetas simul et legem. Nam quis dixerat legem et prophetas usque ad Joannem stetisse, ne quis putaret, nunc eos exclusos et abolitos, propterea subdidit : « Non excidet de lege iota unum, aut apex, » secundum Matthæum.

V. 19. *Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura et bysso.*

Interrogabit aliquis, num secundum evangelicam historiam, quæ ait pauperem ad requiem transisse,
D divitem vero ad pœnam, num, inquam, hæc jam evenerint, dignaque utrique data fuerit remuneratio; an futuri potius judicii hoc exemplo imago repræsentetur. Utique, inquit, quia Lazari nomen diserte ponit, vere hæc evenerunt et peracta sunt. Cur enim non dixit : Homo quidam pauper, sed, *Lazarus?* **356** nempe ut pronuntiato nomine demonstraret hæc reapse acta fuisse. Cui nos respondemus : judicium post mortuorum resurrectionem fore, divina ubique affirmat Scriptura ; resurrectionem autem non antea futuram, quam denuo de cœlo venerit Christus cum Patris gloria et ange-

[83] Zach. x, 10. [84] Psal. LXXXVIII, 16, 17. [85] Isa. XLII, 16. [86-87] Joan. XII, 40; Isa. VI, 9.

(1) Ita cod., pro κατακαυχήσονται, *gloriabuntur*, ut in textu edito.
(2) Ita cod., prætermissis aliquot in medio verbis.

(3) Lucas *iota;* Matthæus v, 18, utrumque, *iota* et *apex*.

lis sanctis. Sic etiam sapientissimus Paulus dicit : A « Ipsum Dominum in jussu, in voce archangeli, et in tuba Dei, de cœlo descensurum. Clanget enim tuba, et mortui resurgent in Christo facti incorruptibiles [58]. » Cum ergo nondum advenerit de cœlo judex, neque mortuorum facta sit resurrectio, quidni improbabile existimetur, jam factam esse remunerationem sive malorum **357** operum sive bonorum ? Est igitur parabolæ ratio scite admodum conformata, itemque illa quæ de divite ac Lazaro a Christo dicuntur. Fuit itaque Lazarus, ut Hebræorum traditio habet, homo quidam per illud tempus Hierosolymis, in extrema paupertate atque infirmitate vivens, cujus ideo fecit mentionem Dominus, ut exemplum inde sumeret demonstrandi evidentius argumenti sui. Ante Christi de cœlo reditum, neque B resurrectio acciderat, neque actorum cujuslibet hominis remuneratio. Sed tamen similitudinis ergo scribitur in parabola dives deliciosus et immisericors, simulque pauper morbo languidus ; ut cognoscant ii, qui in terra divitiis affluunt, nisi benigni esse voluerint, largi ac liberales, et nisi pauperum

ἁγίων ἀγγέλων. Οὕτω καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλός φησιν ὅτι « Αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ. Σαλπίσει γάρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἐν Χριστῷ ἄφθαρτοι. » Οὔπω τοίνυν ἐξ οὐρανῶν καταβεβηκότος τοῦ πάντων Κριτοῦ, οὐδὲ ἡ τῶν νεκρῶν γέγονεν ἀνάστασις· εἶτα, πῶς οὐκ ἀπίθανον ἐννοεῖν, ὅτι γέγονεν ἤδη τισὶν ἀνταπόδοσις, ἢ πονηρῶν ἔργων ἢ ἀγαθῶν (1) ; Ἔστι τοίνυν παραβολῆς τρόπος ἐσχηματισμένος ἀστείως, τά τε ἐπὶ τῷ πλουσίῳ καὶ τῷ Λαζάρῳ εἰρημένα παρὰ Χριστοῦ. Ἔχει δὲ ὁ λόγος, ὡς ἡ Ἑβραίων παράδοσις ἔχει, Λάζαρον εἶναί τινα κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, ἐσχάτῃ συνόντα πτωχείᾳ καὶ ἀῤῥωστίᾳ, οὗ καὶ μνημονεῦσαι τὸν Κύριον, ὡς εἰς παράδειγμα λαμβάνοντα τοῦτον εἰς ἐμφανεστέραν τοῦ λόγου δήλωσιν. Οὔπω τοίνυν ἐξ οὐρανῶν καταφοιτήσαντος τοῦ Χριστοῦ, οὔτε ἀνάστασις γέγονεν, οὔτε πράξεων ἀνταπόδοσις ἠκολούθησέ τισιν. Ἀλλ' ὡς ἐν εἰκόνι, τῇ παραβολῇ γέγραπται πλούσιος τρυφῶν καὶ ἀφιλοικτίρμων, καὶ πένης ἐν ἀῤῥωστίᾳ· ἵν' εἰδεῖεν ὡς οἱ τὸν ἐπὶ γῆς ἔχοντες πλοῦτον, ὡς εἰ μὴ βουληθεῖεν εἶναι χρηστοὶ, καὶ

[58] I Thess. IV, 15.

(1) Postulat hic Cyrilli locus paulo accuratiorem explanationem, propter schismaticorum, quanquam haud magno numero, tum Græcorum tum Armeniorum, exitiosum errorem, quod nempe humanorum actuum remuneratio nonnisi post corporum resurrectionem a Deo fiet. 1. Ergo in primis noster ipse Cyrillus semet explicat in Commentario ad psal. C XLVIII, 16, quem nuper nos ex Vaticani codicibus divulgavimus, dum ait *sanctorum animas post divinum redemptionis opus in manus Dei convolare ;* quod probat Christi crucifixi verbis ad Patrem, *In manus tuas*, etc., et ad latronem, *Hodie mecum eris in paradiso ;* necnon illis Stephani : *Domine Jesu, suscipe spiritum meum.* 2. Idem Cyrillus in homilia prima Paschali ait avunculum suum decessoremque Theophilum, nuper mortuum, ad cœlestes sedes migrasse. 3. Eusebius Cæsariensis, classicus æque imo et antiquior auctor, in Commentario ad psal. CXLII, 8, quem item nuper nos ex codicibus Vatt. sumptum edidimus, ait Deo : Δεῖξον ὁδὸν τὴν ἄγουσαν μετὰ σώματος ἀπαλλαγὴν ἐπὶ τὰ οὐράνια· *Viam ostende, quæ post corporis depositionem ducit in cœlum.* 4. Eustathius biographus et æquævus Eutychii patriarchæ (cujus item novum scriptum nos extulimus) ait : *Hunc in cœlum ad angelorum choros transisse* (apud Bolland. die 6 Aprilis). 5. Sanctus Hieronymus Paulæ epitaphium hoc scribit (ep. 108 fin.) : D

*Aspicis angustum præcisa in rupe sepulcrum ?*
*Hospitium Paulæ est cœlestia regna tenentis.*

6. Contra hunc errorem de differenda remuneratione, totus item pugnat boni auctoris Lat. priscus libellus, quem apud nos habes *Script. vet.* t. VII, p. 264-270; ubi prima in pagina inter Patres spuriæ illi doctrinæ non consentientes nominatim scribitur Alexandrinus Cyrillus. 7. Et quoniam catholico dogmati, quod apostolica constitutione definivit Benedictus XII, P. M., et Florentinum postea Tridentinumque concilia confirmarunt, novus consurrexit in Anglia hostis Burnetus, qui scripto tractatu perniciosissimum errorem renovavit, placet nobis huic opponere Anglum hominem sanctum episcopum Aldhelmum, clarissimum sæculi septimi lumen, qui XII carmina de XII apostolis condidit, falso in editionibus Alcuino æque Anglo inscripta vel etiam Walafrido Straboni, sed a pervetere Vaticano codice vero auctori Aldhelmo vindicata. Is ergo de Paulo apostolo ita scribit :

*Ossa tegat tellus quamvis modo mole sepulcri,*
*Ast tamen in superas conscendit spiritus arces,*
*Cætibus angelicis nimbosa per æthera ductus.*

Idem de S. Thaddæo ap. :

*Cujus in Armenia sopitum morte cadaver*
*Exsurrecturum fatali fine quiescit :*
*Sed tamen æthereas lustrarat spiritus arces.*

Atque hic idem Aldhelmus, qui justorum animas post corporis obitum statim in cœlum receptas deprædicat, nihilominus de S. Joanne ev. loquens ait :

*Pausat in Epheso præfatus corpore præsul,*
*Præmia sumpturus cum clanget classica salpix*
*Ultima dum priscis labuntur tempora sæclis*

Vix evidentius quispiam dicere potuit, animas quidem sanctorum hominum statim in cœlum admitti, corporibus vero præmium nonnisi post resurrectionem, ut par est, utque rei natura postulat, collatum iri. Porro noster Cyrillus haud apertioribus verbis hoc loco utitur, quam Joan. Chrysostomus in homilia 39 ad I Cor. XV, 19, ed. Maur. p. 365; et homil. 28 ad Hebr. XI, 39, p. 255, quibus Chrysostomi locis respondet pro viribus, sanctumque oratorem cum Ecclesia catholica concordem demonstrat magnus Muratorius in insigni suo adversus Burnetum libro *De paradiso non exspectata corporum resurrectione ;* quem qui leget, pleniorem dogmatis expositionem, et contrarii erroris refutationem non requiret. Summus denique Allatius turbam maximam Græcorum hac de re testimoniorum, ex omni ætate petitorum, congerit in opere contra Hottingerum cap. 11 ; ita ut nemo jam Græcus vel Græcorum quicunque sunt orientales asseclæ, in hac falsa opinione consistere diutius queant.

εὐμετάδοτοι, καὶ κοινωνικοὶ, καὶ ταῖς τῶν πενήτων ἀνάγκαις ἐπικουρεῖν ἕλοιντο, δεινῇ καὶ ἀφύκτῳ περιπεσοῦνται δίκῃ.

A necessitatibus ultro occurrerint, gravi et inevitabili vindicta fore se corripiendos.

Ἀναγκαῖον δὲ οἶμαι πρότερον εἰπεῖν, ποία γέγονεν ἡ τοῦ λόγου πρόφασις, ἢ ποίου πράγματος εἰς παράδειξιν, τὴν προκειμένην παραβολὴν ἄριστα διαμορφοῖ καὶ διαπλάττει Χριστός. Ἀπετέλει τοίνυν ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ τεχνίτας εἰς ἀγαθοεργίαν, καὶ τοῖς ἐξ ἀρετῶν αὐχήμασιν ἐβούλετο διαπρέπειν. Ἤθελε γὰρ εἶναι φιλαλλήλους, καὶ φιλοπτωχίας ἐπιμελητὰς, καὶ τῶν εἰς τοῦτο σπουδασμάτων ἔχεσθαι νεανικῶς· μάλιστα δὲ τοῖς ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ πλουσίοις τὰς ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ παραινέσεις συντιθεὶς, καὶ εἰς ὁδὸν αὐτοὺς ἀποφέρων τὴν τοῖς ἁγίοις πρεπωδεστάτην, ἔφασκε· « Πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δότε ἐλεημοσύνην. » Καὶ ἡ μὲν ἐντολὴ καλή τε καὶ ἀγαθὴ καὶ σωτήριος. Οὐκ ἠγνόησε δὲ Χριστὸς, ὅτι τὸ δύνασθαι κατορθοῦν τὸ κεκελευσμένον, οὐκ ἔνεστι τοῖς πολλοῖς· ἀσθενεῖ γὰρ ἀεὶ πρὸς τὰ δυσχερῆ καὶ δυσήνυτα τῶν κατορθωμάτων, ὁ ἀνθρώπινος νοῦς· ἐπειδὴ δέ ἐστιν ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, ἐπενόησέ τινα τρόπον ἐπικουρίας αὐτοῖς· ἵνα μὴ τὸν ἐνταῦθα πλοῦτον διηνεκής τε καὶ ἀναπόβλητος διαδέξηται πτωχεία, καὶ τὰς προσκαίρους τρυφὰς αἰωνία κόλασις. Εἰ γὰρ μὴ ἀνέχεσθε, φησὶ, τὸν φιλήδονον ἀφεῖναι πλοῦτον, καὶ ἀπεμπολῆσαι ὁλοκλήρους τὰς οὐσίας, καὶ διαδοῦναι τοῖς δεομένοις, κἂν γοῦν τοῖς ἐλάττοσιν ἐνευδοκιμεῖν σπουδάσατε· ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ ἀδίκου μαμωνᾶ, τουτέστι μὴ μόνον ἑαυτῶν ποιήσησθε τὸν πλοῦτον, ἀλλὰ καὶ τοῖς δεομένοις χεῖρα ἁπλώσατε· συναλγήσατε τοῖς κάμνουσι, παραμυθήσασθε ἁγίους τὴν οὐκ ἀβούλητον ἀγαπῶντας πτωχείαν, ἵν' ἀπερισπάστως τῷ Θεῷ λατρεύωσιν. Ἔσται δὲ τοῦτο ὑμῖν οὐκ ἄμισθον· ὅταν γὰρ ὑμῖν ὁ ἐπίγειος ἐπιλείψῃ πλοῦτος, τῷ τέλει τοῦ βίου κατειλημμένοις, τότε κοινωνοὺς ὑμᾶς ποιήσονται τῆς ἑαυτῶν ἐλπίδος, καὶ τῆς δοθησομένης αὐτοῖς ἐκ Θεοῦ παρακλήσεως· τοὺς γὰρ καμόντας ἐν τῷδε τῷ βίῳ, καὶ ἐπιεικῶς τὸ δυσαχθὲς τῆς πενίας διενεγκόντας φορτίον, ὡς ἀγαθὸς ἀνακτήσεται. Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος τοῖς οὖσιν ἐν πλούτῳ συμβουλεύει, λέγων περὶ τῶν ταλαιπωρουμένων· « Τὸ ὑμῶν περίσσευμα, εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα. » Τοῦτο δέ ἐστιν οὐδὲν ἕτερον ἐπιτάττοντος, πλὴν ὅπερ ἔφη Χριστὸς, « Ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ ἀδίκου μαμωνᾶ. » Ὅτι δὲ τὸ μὴ ἀνέχεσθαι τοῦτο δρᾷν, ὀλέθρου πρόξενον καὶ πυρὸς ἀσβέστου, διαδείκνυσι, τὴν προκειμένην ἡμῖν ἐκφήνας παραβολήν· « Ἄνθρωπος γάρ τις ἦν πλούσιος σφόδρα, » φησίν.

Jam in primis necesse est dicere quænam fuerit sermonis hujus occasio, et cujus rei demonstrandæ gratia prædictam optime parabolam Christus formaverit. Voluit ergo nos Christus bonorum operum artifices effici virtutumque ornamentis excellere. Voluit nos invicem amare, et erga pauperes benignitatem sectari, atque in his studiis magna cum alacritate versari. Præcipue vero hujus mundi divitibus hac super re cohortationes componens, eosque in via sanctis convenientissima statuens, aiebat : « Vendite quæ possidetis, et date eleemosynam[59]. » Et hoc quidem mandatum præclarum est et bonum ac B salutare. Non tamen ignorabat Christus, ut hoc mandatum exsequi possent, multis vires non inesse. Languet enim ad aspera et factu difficilia mens humana. Quia vero ipse bonus est et hominum amator, rationem quamdam excogitavit qua iis succurreret; ne forte præsentes divitias perpetua et indeficiens paupertas exciperet, et temporales delicias æterna pœna. Si enim non patimini, inquit, voluptarias dimittere divitias, totumque patrimonium vendere atque **358** egentibus distribuere, saltem in minoribus date operam ut bene audiatis; nimirum facite vobis amicos de injusto mammona, id est, ne vobis ipsi tantummodo divitias vindicetis, sed et egentibus liberali manu succurrite : compatimini C patientibus, consolamini sanctos qui non involuntariam amplexi sunt paupertatem, ut sine animi distractione Deo serviant. Id autem vobis haud expers mercedis erit. Nam cum vos terrenæ destituent divitiæ, vitæ fine correptos, tunc spei suæ vos participes facient, dandæque vobis ipsis a Deo consolationis; qui in hac vita afflictos, et pie tamen paupertatis onus gestantes, utpote bonus recreabit. Simile quid sapientissimus quoque Paulus divitibus consulit, dicens de miseris : « Vestra abundantia, illorum inopiam suppleat[60]. » Hoc vero nihil est aliud quam jubere, quod jam dixit Christus : « Facite vobis amicos de iniquo mammona. » Qui vero id non facit, eum sibi exitium et inexstinguibilem ignem parare, perspicue demonstrat Christus hac D contexta nobis parabola : « Homo quidam erat, inquit, valde dives. »

Ἐνταῦθά μοι βλέπε καὶ ἐπιτήρησον ἀκριβῶς τοῦ Σωτῆρος τοὺς λόγους, πολύ τι τὸ σοφὸν ἐμφαίνοντας. Καίτοι γὰρ ἐξὸν εἰπεῖν· Ὁ δεῖνα τυχὸν πλούσιος ἦν ἄνθρωπος, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ, τοῦτο μὲν οὐκ ἔφη· ἄνθρωπον δὲ ἁπλῶς πλούσιον ὀνομάζει, μνημονεύει δὲ τοῦ πένητος ὀνομαστί. Ποία τοίνυν ἡ ἐπιτήρησις; Ἀνώνυμος ὁ πλούσιος, ὡς ἀφιλοικτείρμων, παρὰ Θεῷ· ἔφη γάρ που διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος φωνῆς περὶ τῶν μὴ φοβουμένων αὐτὸν, ὅτι « Οὐ μὴ μνησθῶ

Atque hoc loco mecum accurate considera Servatoris locutionem, in qua multa sapientia elucet. Nam cum dicere potuisset : ille nominatim homo dives erat, ut in Jobo fieri videmus[61], non ita locutus est, sed hominem generali appellatione divitem dixit, pauperem vero proprio nomine indigitavit. Quid ergo hic observandum est? Anonymus est apud Deum dives, quia immisericors. Dixit enim alicubi Psalmistæ voce : « Non ero memor nomi-

[59] Luc. xii, 33. [60] II Cor. viii, 14. [61] Job i, 1.

num eorum per labia mea [63]. » Sed nominatim, ut A dixi, pauper sonat in lingua Dei. Attamen videamus divitem rebus minime necessariis superbientem. Quid enim ait de illo Christus? « Et induebatur purpura ac bysso, » id est, bene semet ornare studebat veste pretiosissima. — Pauper interim jacebat ad januam, morbo et egestate pressus, nullaque ejus habebatur ratio, cura omni et misericordia 359 negata, cupiebatque satiari micis de divitis mensa cadentibus et huic inutilibus. Morbo insuper molestissimo cruciabatur; tum etiam « canes, inquit, ulcera ejus lingebant; » non tam illum lædentes, ut verisimile est, quam compatientes atque curantes; namque hi propria lingua morbis suis facere medicinam solent, eo quod molestiam abstergant, et amanter ungant. At dives feris crudelior, alieno dolore B inflexibilis, et immisericors, atque ex omni inhumanitate concretus coarguebatur.

V. 22. *Factum est autem ut moreretur mendicus*, etc. *Mortuus est autem et dives, ac sepultus est*, etc.

Non ita hic Lazarus, sed cum honorifico comitatu et cum optima spe migravit. Nam qui Deo confidunt, dum hinc a nobis discedunt, a dolore laboribusque recedunt. Simile aliquid docuit Salomon dum ait: « Visi sunt oculis insipientium mori, et æstimata est afflictio exitus illorum, et a nobis discessus exterminium: illi autem sunt in pace, spesque eorum immortalitate plena est [64]. » Datur C enim ipsis par laboribus solatii mensura. Vel etiam utique major labore merces est. Ait enim Christus: « Mensuram bonam et confertam et coagitatam, et supereffluentem dabunt in sinum vestrum [65]. » Igitur « Lazarus quidem a sanctis angelis delatus est, inquit, in Abrahami sinum; dives autem mortuus est, » subdit, « et sepultus. » Nam vera mors fit illi duro et immisericordi, a proprio corpore separatio. Abit enim ex deliciis ad pœnam, ex gloria in ignominiam, ex luce in tenebras.

A τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διὰ χειλέων μου. » Ὀνομαστὶ δὲ, ὡς ἔφην, ὁ πένης ἐν γλώσσῃ Θεοῦ. Πλὴν ἴδωμεν τοῦ πλουσίου ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἀναγκαίων ἠρμένην ὀφρύν. Τί οὖν φησι περὶ αὐτοῦ ὁ Χριστός; « Καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον, » τουτέστιν, εὐειματεῖν ἐσπούδαζε ἐν ἐσθῆτι πολυτελεστάτῃ. — (A f. 220 b, E f. 255) Ὁ δὲ πένης ἔρριπτο παρὰ τὸν πυλῶνα, νόσῳ καὶ πενίᾳ πεπεδημένος, καὶ οὐδενὸς ἠξιοῦτο λόγου· φειδοῦς καὶ φροντίδος ἄμοιρος ἦν, ἐζήτει πρὸς κόρον τῆς τοῦ πλουσίου τραπέζης τὰ παρολισθαίνοντά τε καὶ ἀχρηστότερα· ἐκολάζετο δὲ καὶ ἑτέρως νόσῳ χαλεπωτάτῃ· ἀλλὰ καὶ « οἱ κύνες, φησὶν, ἔλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ, » καὶ οὐχ ἀδικοῦντες μᾶλλον, κατά γε τὸ εἰκὸς, ἀλλ' οἷον συναλγοῦντες καὶ θεραπεύοντες· γλώττῃ γὰρ ἰδίᾳ καὶ τὰς ἑαυτῶν B καθιστῶσι νόσους, οἷον ἀποξύοντες τὸ λυποῦν, καὶ φιλοφρόνως περιαλείφοντες. Ὁ δὲ πλούσιος ὢν καὶ θηρῶν ἀπηνέστερος, ἀσυναλγὴς καὶ ἀφιλοικτείρμων καὶ μεστὸς ἁπάσης ἀπανθρωπίας ἠλέγχετο.

*Ἐγένετο δὲ ἀποθανεῖν τὸν πτωχὸν*, κ. τ. λ. *Ἀπέθανε δὲ καὶ ὁ πλούσιος, καὶ ἐτάφη*, κ. τ. λ.

(A f. 223 b, E f. 263 b) Ἀλλ' οὐχ ὁ Λάζαρος οὗτος, ἀλλὰ μετὰ πάσης ἀπῄει δορυφορίας, καὶ τῶν χρηστοτέρων ἐλπίδων· τοῖς γὰρ ἐλπίδας ἔχουσι τὰς παρὰ Θεῷ, μετάστασις ἂν εἴη ἐξ ἀνίας [cod. A. ἀκαχίας] καὶ πόνων, ἡ ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀποδημία· καί τι τοιοῦτον ὁ Σολομῶν ἐδίδαξεν εἰπών « Ἔδοξαν ἐν ὀφθαλμοῖς ἀφρόνων τεθνάναι, καὶ ἐλογίσθη κάκωσις ἡ ἔξοδος αὐτῶν, καὶ ἡ ἀφ' ἡμῶν C πορεία, σύντριμμα· οἱ δὲ εἰσιν ἐν εἰρήνῃ, καὶ ἡ ἐλπὶς αὐτῶν ἀθανασίας πλήρης. » Δίδοται γὰρ αὐτοῖς ἰσοπαλὲς τοῖς πόνοις, τὸ τῆς παρακλήσεως μέτρον· ἢ τάχα που καὶ πλείους τῶν πόνων αἱ ἀμοιβαί· ἔφη γὰρ Χριστὸς, ὅτι « Μέτρον καλὸν πεπιεσμένον, σεσαλευμένον, ὑπερεκχυνόμενον, δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν. » Οὐκοῦν « ὁ μὲν Λάζαρος διὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἀπενήνεκται, φησὶν, εἰς κόλπους Ἀβραάμ· ὁ δὲ πλούσιος ἀπέθανε, » φησὶ, « καὶ ἐτάφη· » θάνατος γὰρ αὐτῷ σκληρῷ γεγονότι καὶ ἀφιλοικτείρμονι, τὸ ἀπαλλαγῆναι σώματος· ἄπεισι γὰρ ἐκ τρυφῆς εἰς κόλασιν· ἐκ δόξης εἰς ἀτιμίαν· ἐκ φωτὸς εἰς σκότος.

## CAP. XVII.

D

V. 1. *Impossibile est ut non veniant scandala.*

Ante enim temporum consummationem, capta est Judæorum regio, invadente eam Romanorum B exercitu, combustum est templum, regalia illorum palatia eversa, legalisque cultus jus cessavit. Sed prius quam hæc evenirent, persecutionem experti sunt a Judæis beati discipuli, conjecti in vincula, pertracti ad judices, et regibus præsentati. Missus est ergo Romam Paulus, qui et ante Festum constiterat atque Agrippam. Verumtamen hæc eis evenerunt in testimonium, id est, ad testimonii gloriam, quæcunque sunt passi.

**408** V. 14. *Ponite ergo in cordibus vestris, non præmeditari quemadmodum respondeatis.*

Hortatur, ut ne velint præmeditari quid responsuri sint. « A me enim accipietis, inquit, sapientiam, linguamque invictam, et adversariis vestris C insuperabilem. » Tum et humanæ pusillanimitatis occasionem præcidens, ait eos traditum iri a suis proximis, sed tamen ab ipso omnino fore salvandos. Pergit itaque dicere : « Trademini etiam a parentibus ac fratribus et amicis atque agnatis. » — Verumtamen incolumes illos se præstiturum affirmat. « Capillus enim, inquit, de capite vestro non peribit. » Manifestiorem autem inferens excidii prædictionem, addit : « Cum vero videritis circumdari ab exercitu Jerusalem, tunc scitote proximam esse vastitatem ejus. » Deinde transfert denuo sermonem ad tempus consummationis. Scriptum est enim in Actibus [70], post Domini resurrectionem, magnam sub Claudio Cæsare famem exstitisse : multique etiam terræ motus fuerunt. Quæ enim in D mê facta vidistis, vobismet pariter exspectate.

V. 25. *In terris pressura gentium.*

Cum res creatæ incipient velut immutari, tunc pressura quædam fiet et exanimatio ad mortem usque. Nam superveniens intolerabilis pavor multis sufficiet ad interitum.

V. 27. *Tunc videbunt Filium hominis venientem in nube.*

Quomodo veniet? Nempe aderit quomodo ipsemet alibi quoque dixit : « Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus, cum virtute et gloria

[69] Matth. XXIV, 29; Marc. XIII, 25. [70] Act. XI, 28.

multa [71]. » Veniet enim nequaquam demissus et humilis humano more, sed cum gloria ac virtute deitatis. Porro de utraque qualitate vocabulum *multa* intelliges : nam et multa cum virtute, et simul multa cum gloria secundam faciet theophaniam, quandoquidem primam cum infirmitate et obscuritate fecit, quantum quidem vulgo visum est. Cur autem in nube? quia sic apparere solet **409** Deus : « Nubes enim et caligo circa eum sunt [72]. » Item : « Dominus sedet in nube levi [73]. » Et rursus : « Qui ponit nubem ascensum suum [74]. » Item : « Nubes eripuit eum ab oculis ipsorum [75]. » Item : « Sicuti Filius hominis veniens in nubibus [76]. » Sic videlicet eum vidit Daniel. Sic et tum veniet haud latenter, sed uti Deus et Dominus cum gloria Deo digna, atque omnia in melius reformabit. Reviviscent enim mortui, exuetque corruptionem terrenum corpus his passionibus olim obnoxium; induetque immortalitatem, Christo ejusdem datore, et eos qui ipsi credunt conformes efficiente corpori gloriæ suæ. Quare et rem hujusmodi redemptionem nostram appellat dicens : « His autem fieri incipientibus, respicite et levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. » Veluti enim si quis dicat de homine, quod a patre acceperit animal esse rationale, hoc ipso eumdem significat rationalem genitum a rationali; sic etiam Unigenitus de Deo Deus, ex eo qui universum judicat mundum judex processit. Nec quia omne judicium commisit Filio Pater, idcirco dominatione minutus est : indivisus enim a Deo Unigenitus est, sicuti lux a sole. Inest enim ipsi naturaliter; ita ut omnia quæ Pater habet, Filii sint; et vice versa.

A νον ἐν νεφέλαις, μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. » Ἐλεύσεται γὰρ οὐκέτι ἐν ὑφέσει, οὐδὲ ἐν μικροπρεπείᾳ τῇ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἐν δόξῃ καὶ δυνάμει θεότητος. Κατ' ἀμφοτέρων δὲ ἀκούσῃ τὸ *πολλῆς*· μετὰ δυνάμεως γὰρ πολλῆς καὶ δόξης πολλῆς τὴν δευτέραν αὐτοῦ ποιήσεται θεοφάνειαν, ἐπεὶ τὴν προτέραν μετὰ ἀσθενείας καὶ ἀτιμίας ἐποιήσατο, ὅσον κατὰ τὸ τοῖς πολλοῖς ὁρώμενον. Διὰ τί δὲ ἐν νεφέλῃ; Ὅτι οὕτως ἀεὶ φαίνεται ὁ Θεός· « Νεφέλη γὰρ καὶ γνόφος κύκλῳ αὐτοῦ. » Καί· « Κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης. » Καὶ πάλιν· « Ὁ τιθεὶς νέφος τὴν ἐπίβασιν αὐτοῦ. » Καὶ, « Νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. » Καὶ, « Ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος ἐπὶ τῶν νεφελῶν. » Οὕτω γοῦν αὐτὸν καὶ Δανιὴλ θεωρεῖ· οὕτω καὶ τότε ἐλεύσεται οὐ λεληθότως, B ἀλλ' ὡς Θεὸς καὶ Κύριος ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ, καὶ πάντα μεταστήσει πρὸς τὸ ἄμεινον· ἀναβιώσονται γὰρ οἱ νεκροὶ, καὶ ἀποδύσεται τὴν φθορὰν τὸ ἐκ γῆς τοῦτο εὐάλωτον τοῖς πάθεσι σῶμα· ἐνδύσεται δὲ τὴν ἀφθαρσίαν, Χριστοῦ νέμοντος αὐτὴν, καὶ συμμόρφους τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας ἀποφαίνοντος. Διὸ καὶ ἀπολύτρωσιν ἡμῶν αὐτὸς τὸ πρᾶγμα καλεῖ, λέγων· « Ἀρχομένων δὲ τούτων γίνεσθαι, ἀνακύψατε καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν, διότι ἐγγίζει ἡ ἀπολύτρωσις ὑμῶν. » Ὥσπερ γὰρ εἰ λέγοι τις περὶ ἀνθρώπου, ὅτι παρὰ τοῦ Πατρὸς ἔλαβε τὸ λογικὸς εἶναι, ἐκ λογικοῦ σημαίνει καὶ αὐτὸν λογικὸν γεννηθῆναι· οὕτω καὶ ὁ μονογενὴς ἐκ Θεοῦ Θεὸς, καὶ ἐκ τοῦ κρίνοντος πᾶσαν τὴν γῆν προῆλθε κριτής. Καὶ οὐχ ἐπειδὴ πᾶσαν τὴν κρίσιν δέδωκεν τῷ Υἱῷ ὁ Πατὴρ, αὐτὸς τῆς C δεσποτείας ἐψίλωται· ἀχώριστος γὰρ ὁ Μονογενὴς τοῦ Θεοῦ, ὡς τὸ φῶς τοῦ ἡλίου· ἔστι γὰρ ἐν αὐτῷ φυσικῶς· καὶ πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, τοῦ Υἱοῦ ἐστι, καὶ ἀνάπαλιν.

V. 29. *Videte ficulneam et omnes arbores*, etc.

Exposita ficulneæ parabola, statim addit : « Cognoscite prope adesse regnum Dei. » Hoc autem docet, quia nondum ad supremum finem res devenerant, dum hæc dicerentur, sed tamen ad terminum properabant, sicut ad fructum gignendum properat ficulnea, cum ramos mollit et folia germinat; ita Domini præsentia quemlibet principatum ac potestatem perimens, regno Dei orbem terrarum parat. Deinde ait : « Amen dico vobis, non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. » *Generationem* vero dicit non viventes tunc homines, sed moribus similes. Dum autem dicit fieri non posse ut verba ejus prætereant, **410** elementorum quoque consummationem prædicit. Impossibile est enim sermones meos præterire, quanquam ipsa elementa prætereunt. Ego enim vere dico diem adfore, quo hæc evenient; et quæ dico, impossibile est quominus fiant. « Cavete, inquit, ne vestræ mentis oculi graventur. » Nam mundana sollicitudo, crapula,

*Ἴδετε τὴν συκῆν καὶ πάντα τὰ δένδρα.*

(D. f. 71) Εἰπὼν τὴν παραβολὴν τῆς συκῆς, εὐθέως ἐπάγει· « Γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. » Τὸ δὲ τοιοῦτο διδάσκει, ὅτι οὔπω πρὸς τὸ ἔσχατον τέλος ἧκει τὰ πράγματα, τούτων γινομένων, ἀλλ' ὁδεύει πρὸς τὸ τέλος ἤδη, καθάπερ ἐπὶ τὸν καρπὸν ὁδεύει ἡ συκῆ τοὺς κλάδους ἁπαλυνομένη, καὶ τὰ φύλλα ἐκφύουσα· οὕτω γὰρ δὴ καὶ ἡ τοῦ D Κυρίου παρουσία καταργοῦσα πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν, παρασκευάζει τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ. Εἶτά φησιν· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ παρέλθῃ γενεὰ αὕτη, ἕως ἂν πάντα γένηται. » *Γενεὰν* δέ φησι, οὐ τοὺς τότε ἀνθρώπους, ἀλλὰ τοὺς ὁμοίους τῷ τρόπῳ. Ἐν δὲ τῷ λέγειν, ὅτι ἀδύνατον τοὺς λόγους παρελθεῖν, καὶ τὴν τῶν στοιχείων συντέλειαν προαγορεύει ἤδη. Ἀδύνατον γὰρ, φησὶν, τοὺς λόγους μου παρελθεῖν, καίτοι καὶ τῶν στοιχείων παρερχομένων· ἐγὼ μὲν γὰρ ἀληθεύων, ὅτι ἥξει ἡμέρα, καὶ ταῦτα γενήσεται, καὶ οὐκ ἐγχωρεῖ μὴ γενέσθαι ἃ λέγω· « Προσέχετε δὲ, φησὶν, μὴ βαρηθῶσιν ὑμῶν αἱ τῆς

[71] Matth. XXIV, 30; Marc. XIII, 26. [72] Psal. XCVI, 2. [73] Isa, XIX, 1. [74] Psal. CIII, 3. [75] Act. I, 9. [76] Dan. VII, 13.

διανοίας ὀφθαλμοί· » μέριμνα γὰρ βιωτικὴ καὶ κραιπάλη καὶ μέθη ἐξορίζει τὴν σύνεσιν, καὶ τὴν εἰς Θεὸν πίστιν καὶ φόβον ἀμαυροῖ. Χρεία οὖν ἀγρυπνίας τοιαύτης καὶ προσοχῆς, ἵνα μὴ αἰφνίδιος ἐπέλθῃ ἡ ἡμέρα ἐκείνη ὥσπερ παγὶς πρὸς ὑμᾶς μηδὲν ὠφεληθέντας ἐκ τοῦ προακηκοέναι.

*Ἦν δὲ τὰς ἡμέρας ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων.*

(A f. 273) Τίνα δὲ ἦν ἃ ἐδίδασκεν, ἢ πάντως που τὰ ὑπὲρ τὴν νομικὴν λατρείαν; Ἐνειστήκει γὰρ καιρὸς τοῦ τὴν σκιὰν μεταπλάττεσθαι εἰς ἀλήθειαν· ὁ δὲ ὄχλος ἥδιστα ἠκροᾶτο· τεθαυμάκασι γὰρ αὐτὸν πλειστάκις, ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ· ὡς αὐτὸς γὰρ ὑπάρχων ὁ πάλαι λαλῶν διά τε Μωϋσέως, καὶ τῶν προφητῶν, καὶ τῶν ὅλων Κύριος, μεθίστη μετ' ἐξουσίας πρὸς τὴν πνευματικὴν λατρείαν τὰ ἐν τύποις κεχρησμῳδημένα. Ηὐλίζετό γε μὴν εἰς τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν, τοὺς ἐν τῇ πόλει θορύβους παραιτούμενος, ἵνα ἡμῖν κἀν τούτῳ γένηται τύπος· τῷ γε μὴν ὄχλῳ ὀρθρίζοντι πρὸς αὐτὸν, προσῆκε λέγειν τὸ τοῦ Δαβίδ· « Ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω· ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου. » Περὶ τῆς ἑορτῆς τῶν ἀζύμων ὅτι ἤγγιζε, καὶ ὅτι ἐζήτουν οἱ ἀρχιερεῖς ἀνελεῖν αὐτὸν, καὶ ὅτι εἰσῆλθεν ὁ Σατανᾶς εἰς τὸν Ἰούδαν, καὶ ὅτι συνεφώνησε τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν, καὶ ὅτι ἐζήτει ἐπὶ τοῦτο εὐκαιρίαν, ἕως, « Καὶ οἱ δώδεκα ἀπόστολοι σὺν αὐτῷ, » προεγράφη εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον.

## ΚΕΦΑ. ΚΒ'.

*Ἤγγιζε δὲ ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, ἡ λεγομένη Πάσχα.*

(A f. 278) Θέα δὲ ὅτι ἄνωθεν ἡμῖν ὁ Σωτὴρ ἐνομοθέτει τὰ κάλλιστα καὶ τὰ συμφέροντα, καὶ διὰ νόμου καὶ προφητῶν σύμβουλος ἡμῖν ἀγαθὸς εἰς σωτηρίαν ἐγίνετο· ἀλλὰ τότε μὲν δι' αἰνίγματος καὶ σκιᾶς διὰ τὴν τῶν ἀκροωμένων ἀσθένειαν· νυνὶ δὲ γυμνὴν ἡμῖν παρατιθεὶς τὴν ἀλήθειαν, καὶ αὐτὴν τῶν πραγμάτων εἰς μέσον ἄγει τὴν εἰκόνα· ἔδει γὰρ ὄντως διὰ μὲν τῶν θεραπόντων διακονεῖσθαι τοὺς τύπους διὰ δὲ τοῦ πάντων Δεσπότου τὴν ἀλήθειαν· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἦν ὁ λέγων περὶ ἑαυτοῦ· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. » Ἀποκεκινημένης τοιγαροῦν τῆς σκιᾶς, εἰσίτω λοιπὸν ἡμῖν τῆς ἀληθείας ἡ δύναμις· φαινέσθω τῶν δι' αἰνίγματος εἰρημένων ὁ τύπος ἐναργέστερος. Ἰουδαῖοι μὲν οὖν σφάλλονται καὶ πλανῶνται, καὶ τῶν δεόντων ἐκπίπτουσι λογισμῶν, ἀζύμους ἄρτους παρατιθέμενοι· οὐκ ἀκούουσι δὲ, ὡς εἰκὸς, τοῦ Παύλου λέγοντος· « Βρῶμα ἡμᾶς οὐ παρίστησι τῷ Θεῷ, » καὶ τὰ ἑξῆς· οὐδὲ τοῦ Σωτῆρος· « Οὐκ οἴδατε ὅτι πᾶν τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα, εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται; » Ἡμεῖς δὲ πνευματικοῖς (1) τὰ πνευματικὰ συγκρίνομεν· ὡς ζύμην, τὴν κακίαν ἀποφεύγοντες, καὶ πράξεις ἀγαθὰς ἐπιτηδεύοντες, ἵνα σὺν Χριστῷ ὡς ἐν ἀνωγαίῳ

A ebrietas, sapientiam expellunt, fidemque erga Deum atque ejus timorem labefactant. Opus est igitur vigilantia tanta atque attentione, ut subitanea nobis non superveniat illa dies, tanquam laqueus, si nihil nos juverit prævia notitia.

V. 37. *Erat autem diebus docens in templo.*

Quænam porro docebat, nisi quæ legalem cultum exsuperabant? Jam instabat tempus umbram in veritatem commutandi. Sæpe illum admiratæ fuerant turbæ, quod potestativus esset ejus sermo [77]: quippe cum ipse idem esset per Moysen olim locutus et per prophetas; atque omnium rerum Dominus, nunc pro sua potestate ad spiritalem cultum illa B in figuris prædicta convertebat. Morabatur autem in olearum monte, urbis tumultum vitans, ut nobis hujus rei quoque exemplum præberet. Jam vero populum qui ad eum manicabat, decebant illa Davidis verba: « Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo. Sitivit te anima mea [78]. » De appropinquante azymorum festo, et quod pontifices Christum necare satagebant, et quod in Judam Satanas introierit, quodque ille Jesum tradere pactus sit, cujus rei exsequendæ opportunitatem quærebat, usque ad verba « et duodecim apostoli cum eo [79]: » de his, inquam, nos in commentariis ad Matthæum jam scripsimus.

## CAP. XXII.

C V. 1. *Appropinquabat autem dies festus azymorum, qui dicitur Pascha.*

Animadverte quod in superioribus Servator nobis optimas tradidit perutilesque institutiones, et per legem atque prophetas bonus nobis consiliarius fuit ad salutem. **411** Sed tunc quidem in ænigmate et umbra propter audientium infirmitatem; nunc vero nudam nobis exponit veritatem, ipsamque rerum in medium producit spectandam imaginem. Oportebat sane per famulos ministrari figuras; per universalem vero Dominum, veritatem: namque et ipsemet de se dixit: « Ego sum veritas [80]. » Jam vero umbra discussa, succedat deinceps veritas et rei vis. Appareat jam typus splendidior iis quæ in ænigmate dicta fuerunt. Judæi itaque falluntur et D errant dum adhuc azymos panes apponunt. Neque audiunt Paulum dicentem: « Esca nos non commendat Deo [81], » et reliqua. Neque item Servatori auscultant: « Nescitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, et in secessum emittitur [82]? » Nos autem spiritalia spiritalibus comparamus [83]; fermenti instar, malitiam vitantes, et operibus bonis studentes; ut cum Christo in superna regione, in cœlesti Jerusalem, stationem habeamus; quam Isaias admirans aiebat, nos veluti alloquens qui in

[77] Luc. IV, 32. [78] Psal. XLII, 2. [79] Luc. XXII, 14. [80] Joan. XIV, 6. [81] I Cor. VIII, 8. [82] Matth. XV, 17. [83] I Cor. II, 13.

(1) Cod. πνεύματι tantummodo, ita ut sensus fere fieret: *Nos autem spiritu spiritalia discernimus.*

illa urbe futuri sumus : « Oculi tui videbunt Jerusalem : urbs hæc opulenta est, tabernaculum immobile, cujus funiculi non rumpentur [84]. » Etenim humanum quidem gaudium brevi subsistit, quia parva interveniente conversione, abrumpitur. At vero cœlestes stationes, bonaque illarum, validum habent vigorem Dei voluntate firmatum. Ut ergo in tam admirandis stationibus habitemus, et solemne cum Christo festum agamus, purum peragamus jejunium, haud equidem virtutem ejus cibo componderantes, sed tanquam a superflua mensa abstinentes, atque a deliciis aliis et vitiorum varietate refugientes.

A εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἀνακλιθησόμεθα· ἣν Ἡσαΐας ἀποθαυμάζων ἔλεγεν, ὡς πρὸς ἡμᾶς τοὺς μέλλοντας εἰς ἐκείνην ἔσεσθαι τὴν πόλιν· « Οἱ ὀφθαλμοί σου ὄψονται Ἱερουσαλήμ· πόλις πλουσία, σκηναὶ αἳ οὐ μὴ σεισθῶσιν, οὐδὲ τὰ σχοινία αὐτῆς οὐ μὴ διαῤῥαγῶσιν. » Ἡ μὲν γὰρ παρὰ ἀνθρώποις εὐθυμία, εἰς ὀλίγον ἀντέχει, ἀποῤῥήγνυται δὲ ὀλίγης τινὸς μεταξὺ γενομένης μεταβολῆς· αἱ δὲ ἐν τοῖς οὐρανοῖς μοναὶ καὶ τὸ παρ' αὐταῖς ἀγαθὸν, γενναῖον ἔχει τὸν τόνον, τῇ τοῦ Θεοῦ βουλήσει διακρατούμενον. Ἵνα τοίνυν ἐν ταῖς οὕτω ἀξιαγάστοις καταλύσωμεν μοναῖς, καὶ συνεορτάσωμεν τῷ Χριστῷ, καθαρὰν ἐπιτελέσωμεν τὴν νηστείαν, μὴ βρωμάτων [ἀποχῇ] συμμετροῦντες αὐτῆς τὴν δύναμιν, ἀλλ' ὥσπερ ἀναχωροῦμεν περιέργου τραπέζης, καὶ τῆς ἄλλης τρυφῆς ἀναχωρήσωμεν καὶ ποικιλίας κακῶν.

V. 8. *Misit Petrum et Joannem dicens : Euntes parate nobis pascha, ut manducemus.*

Solemnitatis illius tempus dicebatur *phasec*, quo vocabulo significatur *transitus*. Sicut ergo Ægyptiorum servitute liberatus **412** fuit Israel, et ad promissionis terram proficiscens, mare medium, sicco pede, permeavit, ita et nos oportet mare veluti quoddam fortiter transire vanam præsentis vitæ agitationem. Transeamus a carnali affectu ad continentiam, ex ignorantia vetere ad veram Dei notitiam, ex morte ad immortalitatem. — Spectemus figuras adhuc a veritate honorari. Adveniente, inquit, die quo pascha immolari oportebat, electos duos de sanctis apostolis, Petrum ac Joannem, misit ad urbem, dicens iis quæ supra scripsimus verba. Cur autem hominem haud nominatim missis denotavit ? Non enim dixit, Ite ad illum N., sed indicium fecit, hominem dicens simpliciter fictile vas gestantem. Quid ergo ad hoc dicimus ? Nuper Judæis promiserat se Jesum traditurum proditor. Ne hic ergo hominem prædictum resciret, statimque accurrens iis denotaret qui se mercede conduxerant, indicium illud dedit. Nam Judas discipuli adhuc benevolentiam simulabat, cum tamen homicidium jam parturiret. « Occurret, inquit, vobis homo aquæ amphoram ferens. » Fortasse etiam arcanum aliquod dogma hoc dicto demonstrat. Nam quo ingreditur aqua, sancti videlicet baptismi, illic diversatur Christus : etenim baptismus omni nos inquinamento mundat, ita ut sanctum Dei templum fiamus, divinæque ejusdem naturæ communicemus, per sancti Spiritus participationem. Neque a veritate quis aberraverit, si vas dicat esse Spiritus sancti singulorum sanctorum animam. « Glorietur enim,

B *Ἀπέστειλε Πέτρον καὶ Ἰωάννην εἰπών· Πορευθέντες ἑτοιμάσατε ἡμῖν τὸ πάσχα, ἵνα φάγωμεν.*

(A f. 278 b) *Φασὲκ* ὁ τῆς ἑορτῆς ὠνομάζετο καιρὸς, δηλοῖ δὲ *διάβασιν*. Ὥσπερ οὖν τῆς Αἰγυπτίων δουλείας ὁ Ἰσραὴλ ἀπηλλάττετο, εἰς τὴν τῆς ἐπαγγελίας ἐρχόμενος γῆν, διὰ θαλάσσης μέσης βαδίζων ἀβρόχῳ ποδί· οὕτω καὶ ἡμᾶς δεῖ καθάπερ τινὰ θάλατταν διαπεραιοῦσθαι νεανικῶς, τὸν εἰκαῖον τοῦ παρόντος βίου περισπασμόν. Διαβαίνομέν γε μὴν ἐκ φιλοσαρκίας εἰς ἐγκράτειαν, ἐξ ἀγνωσίας τῆς πάλαι εἰς θεογνωσίαν τὴν ἀληθῆ, ἐκ θανάτου εἰς ἀφθαρσίαν.—(A f. 279, D f. 72) Ἴδωμεν τοὺς τύπους τιμῶσαν ἔτι τὴν ἀλήθειαν (1). Ἐλθούσης γὰρ, φησὶ, τῆς ἡμέρας, καθ' ἣν ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα, δύο τινὰς ἀπολέγδην τῶν ἁγίων ἀποστόλων (ἦσαν δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης) πέπομφεν ἐν τῇ πόλει, εἰπὼν αὐτοῖς τὰ προγεγραμμένα· καίτοι τί δή ποτε οὐ τὸν C ἄνθρωπον ἐναργῶς καταμεμήνυκε (2) τοῖς ἀπεσταλμένοις; Οὐ γὰρ ἔφη πρὸς τὸν δεῖνα τυχὸν, ἀλλὰ σημεῖον δέδωκεν, ἄνθρωπον ἁπλῶς κεράμιον σκεῦος πεφορτισμένον. Τί οὖν πρὸς τοῦτό φαμεν; Ἤδη τοῖς Ἰουδαίοις ὑποσχόμενος ἦν ὁ προδότης παραδώσειν αὐτόν. Ἵνα τοίνυν μὴ μάθῃ τὸν ἄνθρωπον, καὶ δραμὼν ἀπαγγείλῃ τοῖς μισθωσαμένοις, δίδωσι σημεῖον· ἔτι γὰρ ἐπλάττετο τὴν μαθητοῦ εὔνοιαν ἔχειν (3), μιαιφονίαν ὠδίνων. « Ὑπαντήσει γὰρ, φησὶν, ὑμῖν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων. » Ἢ τάχα που καὶ μυστικόν τι καὶ ἀναγκαῖον διὰ τούτου δηλῶν· ἔνθα γὰρ ἂν εἰσέλθοι τὸ ὕδωρ (4) (δῆλον δὲ ὅτι τὸ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος), ἐκεῖ καταD λύσει Χριστός· παντὸς γὰρ ἡμᾶς ἀπαλλάττει ῥύπου, ὥστε καὶ ναὸν ἡμᾶς ἅγιον γενέσθαι Θεοῦ, καὶ τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως κοινωνοὺς διὰ μετοχῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος (5)· οὐκ ἂν δὲ ἁμάρτοι τις τοῦ

[84] Isa. xxxiii, 20.

(1) Absurda prorsus est Corderii interpretatio hujus loci : *Typos cognoscimus, veritatem honoremus.* Atqui Cyrillus dicit Christum qui erat veritas, adhuc voluisse honorare figuram sui, id est, Pascha quod celebravit.

(2) Perverso rursus sensu Corderius : *Cur hominem tam accurate descripsit.*

(3) Male adhuc Corderius referens ad Christum verba : *Sciebat enim et deflebat amentiam discipuli* (ἄνοιαν pro εὔνοιαν.) Invitus equidem hæc coarguo; sed interpretationis meæ diversitatem comprobare identidem apud Hellenismi imperitos necesse est.

(4) Non bene Corderius : *Hæc enim intravit aqua.*

(5) Denuo Cyrillus de baptismi utilitate ac necessitate; quod propter quasdam hodierni temporis sectas, animadvertere non est incongruum.

ἀληθοῦς, καὶ ἄγγεῖον [ cod. ἀνάγειον ] εἶναι λέγων A τοῦ ἁγίου Πνεύματος, παντὸς ἁγίου ψυχήν. « Καυχάσθω γάρ, φησὶν, ὁ ἀδελφὸς ὁ ταπεινὸς ἐν τῷ ὕψει αὐτοῦ. »

*Καὶ ὅτε ἐγένετο ἡ ὥρα, ἀνέπεσε, καὶ οἱ δώδεκα ἀπόστολοι σὺν αὐτῷ.*

(A f. 279) Ἑτοιμάσασι τὸ Πάσχα τοῖς μαθηταῖς συνειστιᾶτο Χριστός· ἀνεξικακῶν δὲ τῷ προδότῃ φησίν· « Ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ Πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν. » Τί δὲ τοῦτο δηλοῖ; Καιρὸν ἐζήτει τῆς προδοσίας ὁ φιλάργυρος μαθητής· ἵνα δὴ μὴ πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα τοῖς φονῶσιν αὐτῶν παραδῷ, οὐ διαμεμήνυκεν ὁ Σωτὴρ ἢ τὸν οἶκον, ἢ τὸν ἄνθρωπον, παρ' ᾧ τὸ Πάσχα πεπλήρωκεν. Ἀποδιδοὺς τοιγαροῦν τὴν αἰτίαν τοῦ μὴ θελῆσαι σαφῶς εἰπεῖν τὸν παρ' ᾧ κατέλυσεν· « Ἐπιθυμίᾳ, φησὶν, ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ B Πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν. » Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι· Πᾶσαν ἐθέμην σπουδὴν, ὅπως ἂν ἰσχύσω λαθεῖν τὴν τοῦ προδόντος ἀνοσιότητα, ἵνα μὴ πρόωρον ὑπομείνω τὸ πάθος. Πλὴν, οὐ μὴ φάγω τὸ Πάσχα τοῦτο, ἕως οὗ πληρωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ. Ἔθος δὲ αὐτῷ βασιλείαν Θεοῦ ὀνομάζειν τὴν ἐν πίστει δικαίωσιν, τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος κάθαρσιν, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος μέθεξιν, καὶ τῆς ἐν πνεύματι λατρείας τὴν δύναμιν. Οὐκοῦν οὐ γεύσομαι, φησὶ, τοιούτου Πάσχα, τοῦ διὰ βρώσεως δηλονότι δηλουμένου τυπικῶς, ἕως οὗ πληρωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ· τουτέστιν, ἀναδειχθέντος τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν εὐαγγελίζηται. Πληροῦται γὰρ ἐν ἡμῖν τοῖς τὴν ὑπὲρ νόμον τιμῶσι λατρείαν, Πάσχα τὸ ἀλη- C θινόν. Καὶ οὐχ ἐξ ἀγέλης ἀμνὸς ἁγιάζει τοὺς ἐν Χριστῷ, *αὐτὸς δὲ μᾶλλον ἁγίως ἱερουργούμενος διὰ τῆς μυστικῆς εὐλογίας* (1), καθ' ἣν εὐλογούμεθα καὶ ζωοποιούμεθα. Γέγονε γὰρ ἡμῖν ἄρτος ζῶν, ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. — (C f. 153) Ἐν τῷ εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίῳ οὕτω κεῖται· « Οὐ μὴ πίω ἀπάρτι ἐκ τούτου γενήματος τοῦ ἀμπέλου, ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ' ὑμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρός μου. »

(A f. 280) Ἀσταχύων γὰρ οἷά τις ἀπαρχὴ, καὶ νέος ὥσπερ καρπὸς ἐν εἴδει δράγματος, νοεῖται Χριστὸς (2), ὁ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, ἡ τῆς ἀναστάσεως καὶ ἡμῖν ὁδὸς, ὁ πάντα πρὸς καινότητα μεταστοιχειῶν, καὶ παλαιότητος ἀπαλλάττων. Ἀνεκομί- D ζετο δὲ τὸ δράγμα ἔναντι Κυρίου. Ἐγηγερμένος γὰρ ἐκ νεκρῶν ὁ Ἐμμανουὴλ, ὁ νέος τῆς ἀνθρωπότητος καὶ ὡς ἐν ἀφθαρσίᾳ καρπὸς, ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἵνα ἐμφανισθῇ νῦν ὑπὲρ ἡμῶν τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Καὶ οὐχὶ δὴ πάντως ἑαυτὸν εἰς ὄψιν ἄγων αὐτοῦ· σύνεστι γὰρ ἀϊδίως καὶ οὐκ ἂν ἀπολιμπάνοιτο τοῦ Πατρὸς, ὡς Θεός· ὡς ἐν ἑαυτῷ

inquit (Jac. ap.), frater humilis in exaltatione sua [85]. »

**413** V. 14. *Et cum facta esset hora discubuit, et duodecim apostoli cum eo.*

Apparato a discipulis Paschate, convivabatur Christus. Patienter autem erga proditorem se gerens ait: « Desideravi hoc Pascha manducare vobiscum. » Quid porro hoc denotat? Tempus observabat proditionis avarus discipulus; sed ne ante Paschatis solemnitatem traderetur ab eo interfectoribus, haud indicavit Servator vel domum vel hominem, apud quem Pascha postea celebravit. Igitur cum satis causam demonstrasset cur noluerit manifeste dicere apud quem esset diversaturus, postea tamen dixit: « Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum. » Non secus ac si diceret: Omne studium contuli, ut proditoris improbitatem laterem, ne forte intempestivam sustinerem passionem. Verumtamen ulterius non manduco hoc Pascha, antequam idem compleatur in regno Dei. Mos Christo erat Dei regnum nominandi justificationem in fide, purgationem quæ fit per baptismum, et sancti Spiritus participationem, cultusque spiritalis vim. Itaque non gustabo, inquit, hujusmodi Pascha, hoc nimirum ex corporali alimonia figuraliter constans, donec compleatur in regno Dei, id est donec adsit tempus, quo regnum Dei annuntiabitur. Revera in nobis, qui superiorem legi cultum maluimus, Pascha verum completur. Neque agnus de grege sumptus Christianos sanctificat, *sed ipse potius Christus sancte immolatus per mysticam benedictionem*, in qua benedicimur et vivificamur. Factus est enim nobis panis vivus, qui de cœlo descendit, et vitam mundo dat [86]. — In Evangelio secundum Matthæum ita ponitur: « Non bibam amodo de hoc genimine vitis, usque in diem illum cum illud bibam vobiscum in regno Patris mei [87]. »

Spicarum veluti quædam primitiæ, et **414** novellus quasi fructus, in manipuli specie, intelligitur Christus, primogenitus mortuorum [88], nostra ad resurrectionem via, qui cuncta ad novitatem transformat, vetustate depulsa. Deferebatur porro manipulus ante Dominum. Resuscitatus enim e mortuis Emmanuel, novellus humanitatis incorruptibilis fructus, in cœlum conscendit, ut appareat nunc pro nobis ante conspectum Dei Patris. Neque vero seipsum prorsus conspectui Patris exhibet; semper enim cum illo est; neque a Patre unquam discessit, utpote Deus; sed in se ipso ad

[85] Jac. I, 9. [86] Joan. VI, 33. [87] Matth. XXVI, 29. [88] Coloss. I, 18.

(1) Compara sis præclarum hoc testimonium cum æque nobili Eusebii Cæsariensis in magno ejus de Paschate quod nos edidimus fragmento. Et animadverte sententiam Cyrilli perspicuam quod reapse missa sit sacrificium, contra heterodoxos illos qui cœnam tantummodo appellare volunt.

(2) Confer editum a nobis Eutychii patriarchæ sermonem de Paschate et sacrosancta Eucharistia, n. 4.

Patris conspectum nos potius adducit, qui relegati ab ejus facie eramus, et quibus ipse irascebatur, propter transgressionem in Adamo, et ob peccati contra nos tyrannidem. Et videsis quomodo nobis lex tempus quoque resurrectioni conveniens portendebat, nempe tertiam diem: « Crastina enim, inquit, post primam, die offeret manipulum sacerdos ante Dominum [89]. » Exin sanctæ quoque Pentecostes statim nobis evidentem prætulit imaginem, septem dicens oportere numerare hebdomadas post manipuli oblationem. Etenim post diem qua Servator resurrexit, septem continuantes hebdomadas, tum demum crastina die Pentecosten celebramus nos qui credidimus.

V. 19. *Et accepto pane, gratias agens fregit, deditque eis, dicens: Hoc est corpus meum*, etc.

Gratias agit, id est orantis specie Deum Patrem alloquitur, participem veluti ipsum simulque præbitorem demonstrans dandæ nobis vivificæ benedictionis. Quælibet enim gratia et quodvis donum perfectum ad nos devenit a Patre per Filium in sancto Spiritu [90]. Porro hæc actio typum nobis exhibebat precis ejus quam proferre deberemus, quotiescunque mystici vivificique muneris gratiam oblaturi essemus, quod reapse facere solemus. Nam præmissa gratiarum actione, simulque Deum **415** Patrem cum Filio et cum Spiritu sancto laudantes, ad sanctas mensas sic accedimus; credentes ita nos vivificari atque benedici corporaliter ac spiritaliter. *Recipimus enim intra nos humanatum nostri causa Dei Patris Verbum*, quod et vita est et vivificat.

Age vero quænam sit hujus nostri mysterii ratio, pro viribus investigemus. Condiderat nimirum universalis Deus cuncta immortalia; fuerantque mundi origines plenæ salutis: sed mors introiit in mundum diaboli invidia [91], qui primum hominem ad transgressionem et inobedientiam impulit, atque ob eam causam divino maledicto supposuit. Dictum enim ei fuit: « Pulvis es, et in pulverem reverteris [92]. » Sed enim illatum ab Adami improbitate damnum, Creatoris bonitate superatum fuit, qui terræ incolis suppetias tulit; nam vita suapte natura Deus Pater est; isque solus ita se habens, emisit ex semet Christum, ipsum quoque suapte natura vitam. Neque enim aliter habere se poterat, quod substantialiter ex vita processit Verbum. Cuncta igitur vivificat Deus Pater per Filium in sancto Spiritu. Quomodo ergo oportebat terræ incolam hominem, morti subditum, ad immortalitatem redire? Oportebat scilicet mortalem carnem vivificæ Dei virtutis fieri participem. Virtus autem Dei Patris vivifica unigenitum Verbum est. Hoc ad

A δὲ μᾶλλον εἰς ὄψιν ἄγων ἡμᾶς τοὺς ἔξω προσώπου καὶ ἐν ὀργῇ, διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν (1), καὶ τὴν καθ' ἡμῶν τυραννήσασαν ἁμαρτίαν. Ὅρα δὲ ὅπως ἡμῖν ὁ νόμος καὶ τὸν τῇ ἀναστάσει πρέποντα προανετύπου καιρὸν, τουτέστι τὴν τρίτην ἡμέραν· « Τῇ γὰρ ἐπαύριον τῆς πρώτης, φησὶν, ἀνοίσει τὸ δράγμα ὁ ἱερεὺς ἔναντι Κυρίου. » Εἰσκεκόμικε δὲ παραχρῆμα τῆς ἁγίας ἡμῖν Πεντηκοστῆς προανατύπωσιν ἐναργῆ, ἑπτὰ χρῆναι λέγων ἐπαριθμεῖν ἑβδομάδας, τῇ τοῦ δράγματος ἀνακομιδῇ. Μετὰ γάρ τοι τὴν ἀναστάσιμον τοῦ Σωτῆρος ἡμέραν, ἑπτὰ συνείροντες ἑβδομάδας, τὴν ἐπαύριον Πεντηκοστὴν ἑορτάζομεν οἱ πεπιστευκότες.

*Καὶ λαβὼν ἄρτον, εὐχαριστήσας ἔκλασε· καὶ ἔδωκεν* B *αὐτοῖς, λέγων· Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου*, κ. τ. λ.

(A f. 281, D f. 73) Εὐχαριστεῖ μὲν, τουτέστιν, ἐν σχήματι προσευχῆς διαλέγεται τῷ Θεῷ Πατρὶ, κοινωνὸν ὥσπερ αὐτὸν καὶ συνευδοκητὴν ἀποφαίνων τῆς δοθησομένης ἡμῖν εὐλογίας ζωοποιοῦ. Πᾶσα γὰρ χάρις καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἐφ' ἡμᾶς ἔρχεται παρὰ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. Τύπος δὲ ἦν ἄρα τὸ δρώμενον εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς, τῆς ὀφειλούσης προσανατείνεσθαι λιτῆς, εἰ μέλλοι προτίθεσθαι παρ' ἡμῶν τῆς μυστικῆς καὶ ζωοποιοῦ δωροφορίας ἡ χάρις, ὃ δὴ καὶ δρᾷν εἰθίσμεθα. Προσαναπέμποντες γὰρ τὰς εὐχαριστίας, καὶ ὁμοῦ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ δοξολογοῦντες τὸν Υἱὸν σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, πρόσιμεν οὕτω ταῖς ἁγίαις τραπέζαις· πιστεύοντές τε C ὅτι ζωοποιούμεθα καὶ εὐλογούμεθα καὶ σωματικῶς καὶ πνευματικῶς. *Δεχόμεθα γὰρ ἐν αὐτοῖς τὸν ἐνανθρωπήσαντα δι' ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον* (2), ὅς ἐστι ζωὴ καὶ ζωοποιός.

Εἶτα τίς ἐστιν ὁ τοῦ καθ' ἡμᾶς μυστηρίου λόγος, ὡς ἔνι ζητήσωμεν. Ἔκτισε τοίνυν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ τὰ πάντα· καί εἰσιν αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου σωτήριοι· φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον· παρεκόμισε γὰρ εἰς παράβασιν καὶ παρακοὴν τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, καὶ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ὑπὸ θείαν ἀράν. Εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτόν· « Γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. » Ἀλλ' ὑπερήλατο τῆς ἐκείνου δυστροπίας τὸ βλάβος ἡ τοῦ κτίσαντος ἡμερότης· βεβοήθηκε τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς· ζωὴ μὲν γάρ ἐστι κατὰ φύσιν ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ· D μόνος δὲ τοῦτο ὑπάρχων, ἐξέλαμψε τὸν Χριστὸν, ζωὴν ὄντα καὶ αὐτόν· οὐ γὰρ ἦν ἑτέρως δύνασθαι τὸν οὐσιωδῶς ἐκ ζωῆς προελθόντα λόγον. Πάντα τοίνυν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ζωογονεῖ δι' Υἱοῦ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. Πῶς οὖν ἔδει τὸν ἐπὶ γῆς ἄνθρωπον κεκρατημένον θανάτῳ πρὸς ἀφθαρσίαν ἀναδραμεῖν; Ἔδει τὴν ἀποθνήσκουσαν σάρκα τῆς παρὰ Θεοῦ ζωοποιοῦ δυνάμεως γενέσθαι μέτοχον. Δύναμις δὲ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἡ ζωοποιὸς ὁ μονογενής ἐστι Λόγος. Τοῦτον ἡμῖν ἔπεμψε σωτῆρα καὶ λυτρωτὴν,

[89] Levit. xxiii, 11. [90] Jac. i, 17. [91] Sap. ii, 23, 24. [92] Gen. iii, 19.

(1) Vides hic denuo apud Cyrillum peccati originalis dogmaticam doctrinam, cui male feriati neoterici rursus contradicunt.

(2) Adhuc nobile Cyrilli testimonium de SS. Eucharistia, prout est in dogmate Catholicorum.

καὶ γέγονε σάρξ· οὐ τροπὴν ἢ ἀλλοίωσιν ὑπομείνας εἰς ὅπερ οὐκ ἦν· οὔτε μὴν ἀποφοιτήσας τοῦ εἶναι Λόγος· γεννηθεὶς δὲ μᾶλλον κατὰ σάρκα ἐκ γυναικὸς, καὶ ἰδιοποιησάμενος σῶμα τὸ ἐξ αὐτῆς, ἵν' ἡμῖν ἑαυτὸν ἐμφυτεύσῃ καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον, καὶ θανάτου καὶ φθορᾶς ἀποφήνῃ κρείττονας. Τὴν γὰρ ἡμῶν ἠμπέσχετο σάρκα, ἵν' ἐκ νεκρῶν ἀναστήσας αὐτὴν, ὁδοποιήσῃ λοιπὸν τῇ πρὸς θάνατον κατενηνεγμένῃ σαρκὶ, τὴν εἰς ἀφθαρσίαν ἀναδρομὴν, καθά φησιν ὁ Παῦλος· « Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν· ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτως καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. » Ἑνώσας τοίνυν ἑαυτῷ τὴν τῷ θανάτῳ κάτοχον σάρκα, Θεὸς ὢν ὁ Λόγος καὶ ζωὴ, ἀπεσόβησε μὲν αὐτῆς τὴν φθορὰν, ἀπέφηνε δὲ αὐτὴν καὶ ζωοποιόν (1).

Καὶ μὴ ἀπιστήσῃς οἷς εἶπον· δέχου δὲ μᾶλλον ἐν πίστει τὸ ῥῆμα, ἐκ μικρῶν παραδειγμάτων τὰς ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ πληροφορίας συλλέγων. Ὅταν εἰς οἶνον ἢ γοῦν εἰς ἔλαιον ἢ εἴς τι τῶν ὑγρῶν μικρὸν ἄρτον ἐμβάλῃς, εὑρήσεις αὐτὸν γεγονότα μεστὸν τῆς ἐκεῖ ποιότητος. Ὅταν σίδηρος ὁμιλήσῃ πυρὶ, τότε ἐμπίπλαται τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ, καὶ σίδηρος ὢν κατὰ φύσιν ἰδίαν, τὴν τοῦ πυρὸς ὠδίνει δύναμιν. Οὐκοῦν ὁ ζωοποιὸς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἑνώσας ἑαυτὸν τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ, καθ' ὃν οἶδε τρόπον αὐτὸς (2), ζωοποιὸν ἀπέφηνεν αὐτήν. Ἔφη γὰρ αὐτός· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον. Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. » Καὶ πάλιν· « Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς· ἐάν τις φάγῃ ἐκ τοῦ ἄρτου τούτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ὁ ἄρτος δὲ ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. » Οὐκοῦν ἐσθίοντες τὴν σάρκα τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ πίνοντες αὐτοῦ τὸ τίμιον αἷμα, ζωὴν ἔχομεν ἐν ἑαυτοῖς, ἓν ὡς πρὸς αὐτὸν ἀποτελούμενοι, καὶ ἐν αὐτῷ μένοντες, ἔχοντες δὲ αὐτὸν καὶ ἐν ἑαυτοῖς (3).

Καὶ μή τις λεγέτω τῶν ἀπιστεῖν εἰωθότων· Ἆρα οὖν ἐπειδὴ καὶ ἐν ἡμῖν ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος αὐλίζεται, ζωοποιόν ἐστι καὶ τὸ ἑκάστου σῶμα; Ἴστω δὲ μᾶλλον ὡς ἕτερόν ἐστι τὸ κατὰ μέθεξιν σχετικὴν ἡμᾶς ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς τὸν Υἱὸν, ἕτερον δὲ ὁλοτρόπως τὸ αὐτὸν γενέσθαι σάρκα, τουτέστιν, ἴδιον ποιήσασθαι σῶμα τὸ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου ληφθέν. Οὐ γὰρ ἐν ἡμῖν γενόμενος, ἐνανθρωπῆσαι λέγεται καὶ γενέσθαι σάρξ· τοῦτο γὰρ γέγονεν ἅπαξ, ὅτε προῆλθεν ἄνθρωπος, οὐκ ἀποβαλὼν τὸ εἶναι Θεός· ἴδιον οὖν γέγονε σῶμα τοῦ Λόγου, τὸ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου ληφθὲν καὶ ἑνωθὲν αὐτῷ. Πῶς

A nos misit, ut salvator esset atque redemptor, quod ideo caro factum est, non conversionem aut mutationem passum in id quod non erat, neque desinens esse Verbum; sed genitum potius secundum carnem ex muliere, propriumque ex illa sibi sumens corpus, ut nobiscum copularetur inseparabili conjunctione, nosque mortis et corruptelæ victores efficeret. Nam nostram sibi carnem induit, ut eam a mortuis suscitans, viam deinde sterneret carni in mortem delapsæ, redeundi ad immortalitatem, **416** ut ait Paulus: « Quandoquidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum: nam sicut in Adamo omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur [93]. » Ergo sibi copulans obnoxiam morti carnem, Deus Verbum B et vita, depulit ab illa corruptelam, ipsamque insuper effecit vivificam.

Neque vero verbis meis fidem non arroges; sed potius cum fide dictum excipe, parvis ab exemplis hujusce rei probationes colligens. Si quando in vinum, aut in oleum, aut in humorem quemlibet, panis micam injeceris, comperies eam humidæ illorum qualitatis prorsus plenam. Cum igni ferrum admoveris, tunc illius vi repletur, et cum sit suapte natura ferrum, nihilominus ignis vim continet. Itaque vivificum Dei Verbum cum se propriæ copulavit carni, eo quem scit ipse modo, vivificam illam effecit. Dixit enim ipse: « Amen dico vobis, qui credit in me, vitam æternam habet. Ego sum panis vitæ [94]. » Et rursus: « Ego sum panis vivus, C qui de cœlo descendi; si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum: et panis quem ego dabo, caro mea est [95]. Amen dico vobis: nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habetis vitam in vobis [96]. » Ergo manducantes carnem omnium nostrum Servatoris Christi, et sanguinem ejus bibentes, vitam habemus in nobis, unum veluti effecti cum ipso, et in ipso manentes, ipsumque in nobis habentes.

Nec quisquam incredulus dicat: ergone, quoniam illud quod vita naturaliter est Dei Verbum in nobis habitat, uniuscujusque etiam corpus vivificum est? Sciant vero hi potius, aliud esse secun- D dum participationis habitudinem in se habere Filium (Dei), aliud autem ipsum Filium carnem omnino **417** esse factum, id est proprium sibi corpus sumpsisse de sancta Virgine. Nam cum intra nos est, non idcirco dicitur factus caro: id enim semel accidit, cum inde prodiit factus homo, non desinens esse Deus. Proprium itaque factum est Verbi corpus illud quod ex sancta Virgine sum-

[93] I Cor. XV, 21, 22. [94] Joan. VI, 47. [95] ibid. 51, 52. [96] ibid. 54.

(1) Viden' quam theologice et eleganter Cyrillus Christum nostræ resurrectionis causam demonstraverit?

(2) Hac Cyrilli dictione nonnulli veteres abusi sunt, ne quid definite profiteri cogerentur circa Verbi cum humana natura unionem; atque ita neque monophysitarum neque orthodoxorum in castris esse viderentur. Cæteroqui Cyrillus de arcano unionis modo tantum, ut infra repetit, non de re ipsa, loquitur.

(3) Pia ac præclara doctrina de sumendæ Eucharistiæ utilitate!

pium sibi copulavit. Qui autem id actum fuerit qualive ratione, dicere fas non est. Ineffabilis enim et inintelligibilis omnino est, ipsique tantummodo cognitus unionis modus. Oportebat vero ipsum intra nos per sanctum Spiritum eo, qui Deum decet, modo versari; nostrisque veluti contemperari corporibus per sanctam carnem suam sanguinemque pretiosum: quæ sane per vivificam benedictionem habemus tanquam in pane ac vino. Ne forte enim obtorperemus, si carnem et sanguinem in sanctis ecclesiarum mensis proponi nobis aspiceremus, indulgens nostris infirmitatibus Deus, vitalem vim propositis rebus inspirat, easque ad sui corporis efficientiam transmutat; ut easdem ad vivificam habeamus participationem, et tanquam semen vivificans sit in nobis corpus vitæ (1). *Neque dubites; id quippe verum est, ipso manifeste dicente: « Hoc est corpus meum, » et, « Hic est sanguis meus. » Imo potius Servatoris verba cum fide recipe; qui cum sit veritas, non mentitur.*

V. 21. *Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa.*

Existimabat fortasse diabolica malitia plenus proditor posse Christum, qui Deus erat, latere; sed a Christo scelestus coargutus fuit, quanquam ejus mensæ dignanter conviva adhibitus, divinamque in omnibus bonitatem expertus, id quod potissime graviorem ei pœnam promeruit. Verumtamen væ Judæ, prout dixit Servator! Hic enim juxta Dei Patris beneplacitum semet pro nobis dedidit, ut nos omni **418** malo expediret: ille autem quia communem servatorem Christum ac redemptorem homicidarum manibus tradidit, dignissimam diabolo pœnam sortietur.

V. 24. *Facta est autem et contentio inter eos, quis eorum videretur esse major.*

Discipuli quidem humanum quid patientes, contendebant inter se, quis eorum futurus esset major, nolentibus fortasse iis, qui secundi ordinis erant, primis cedere. Porro hæc iis commota fuit et scripta ob nostram utilitatem. Statim enim Christus hunc morbum objurgavit, qui erat inconsideratus gloriæ amor, cujus radix superbia. Namque extolli ad virtutem, dignum omni laude est: qui autem ita sunt comparati, eos decet modesto animo esse, fraternaque charitate aliis concedere præeminentiam. Quippe qui tumidos gerunt spiritus, ii videntur ethnicorum principibus similes, qui superbo semper ingenio esse solent; nam benefici, ut mox dicitur, vocantur, id est ita a subditis adulanter appellantur. Sed hi utique, extra sacras leges positi, in hac animi infirmitate versentur; vos vero secus; sed culmen sit in humilitate.

A δὲ ἢ τίνα τρόπον, εἰπεῖν οὐκ ἔνεστιν. Ἄφραστος γὰρ καὶ ἀπερινόητος παντελῶς, καὶ αὐτῷ μόνῳ γνώριμος ὁ τῆς ἑνώσεως τρόπος. Ἔδει τοίνυν αὐτὸν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν ἡμῖν γενέσθαι θεοπρεπῶς· συνανακιρνᾶσθαι δὲ ὥσπερ τοῖς ἡμετέροις σώμασι, διὰ τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς καὶ τοῦ τιμίου αἵματος· ἃ δὴ καὶ ἐσχήκαμεν εἰς εὐλογίαν ζωοποιὸν, ὡς ἐν ἄρτῳ τε καὶ οἴνῳ. Ἵνα γὰρ μὴ ἀποναρκήσωμεν, σάρκα τε καὶ αἷμα προκείμενα βλέποντες ἐν ἁγίαις τραπέζαις ἐκκλησιῶν, συγκαθιστάμενος ὁ Θεὸς ταῖς ἡμετέραις ἀσθενείαις, ἐνίησι τοῖς προκειμένοις δύναμιν ζωῆς, καὶ μεθίστησιν αὐτὰ πρὸς ἐνέργειαν τῆς ἑαυτοῦ σαρκός· ἵνα εἰς μέθεξιν ζωοποιὸν ἔχωμεν αὐτὰ, καὶ οἷον σπέρμα ζωοποιὸν ἐν ἡμῖν εὑρεθῇ τὸ σῶμα τῆς ζωῆς. *Καὶ μὴ ἀμφιβάλῃς, ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, αὐτοῦ*
B *λέγοντος ἐναργῶς. « Τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα, » καὶ « Τουτό μού ἐστι τὸ αἷμα. » Δέχου δὲ μᾶλλον τοῦ Σωτῆρος ἐν πίστει τὸν λόγον· ἀλήθεια γὰρ ὢν, οὐ ψεύδεται.*

*Ἰδοὺ ἡ χεὶρ τοῦ παραδιδόντος με μετ' ἐμοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης.*

(A f. 282 b, C f. 153) Ὤετο μὲν ἴσως διαβολικῆς ἀπονοίας ἐπίμεστος ὢν ὁ προδότης, δύνασθαι λαθεῖν Θεὸν ὄντα Χριστὸν, ἀλλ' ἠλέγχετο παρὰ Χριστοῦ, παμπόνηρος ὢν, καίτοι τραπέζης ἀξιούμενος καὶ συνέστιος ὢν, καὶ τῆς θείας ἡμερότητος μέχρι παντὸς ἀπολαύσας, ὃ δὴ μάλιστα φορτικωτέραν αὐτῷ τὴν κόλασιν ἀπεργάζεται. Πλὴν οὐαὶ τῷ Ἰούδᾳ, κατὰ
C τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν! Ὁ μὲν γὰρ κατ' εὐδοκίαν τοῦ Θεοῦ Πατρὸς δέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα παντὸς ἡμᾶς ἐξέληται κακοῦ· ὁ δὲ τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστὸν καὶ λυτρωτὴν ταῖς τῶν φονώντων χερσὶ παραδοὺς, τὴν τῷ διαβόλῳ πρεπωδεστάτην κληρονομήσει δίκην.

*Ἐγένετο δὲ καὶ φιλονεικία ἐν αὐτοῖς, τὸ, τίς αὐτῶν δοκεῖ εἶναι μείζων.*

(A f. 283, B f. 198, D f. 73 b) Οἱ μέντοι μαθηταὶ ἀνθρώπινόν τι παθόντες, πεφιλονεικήκασι πρὸς ἀλλήλους, τίς ἄρα μείζων ἔσται ἐν αὐτοῖς, οὐκ ἀνεχομένων τάχα που τῶν τὴν δευτέραν ἐχόντων τάξιν τοῖς πρωτεύουσι παραχωρεῖν. Κεκίνηται δὲ τοῦτο καὶ γέγραπται πρὸς ὄνησιν ἡμετέραν· ἐπετίμα γὰρ παραχρῆμα Χριστὸς τῇ τοιᾷδε νόσῳ· τοῦτο δὲ ἦν ἡ
D ἀνόητος φιλοδοξία, ῥίζαν ἔχουσα τὴν ὑπεροψίαν. Τὸ μὲν γὰρ ἦρθαι κατ' ἀρετὴν, τοῦ παντὸς ἄξιον λόγου· δεῖ δὲ τοὺς οὕτω διακειμένους μετρίῳ κεχρῆσθαι φρονήματι, καὶ παραχωρεῖν ἐξ ἀγάπης ἀδελφοῖς τὸ ἐν μείζοσιν εἶναι δοκεῖν. Τὸ γὰρ πεφυσημένον ἔχειν τὸ φρόνημα, παραπλησίους ὁρᾶσθαι ποιεῖ τοῖς τῶν ἐθνῶν ἡγουμένοις, οἷς τὸ ὑπέρογκον φρόνημα φίλον ἀεί πώς ἐστιν· εὐεργέται γὰρ, φησὶ, καλοῦνται, τουτέστι, κολακεύονται παρὰ τῶν ὑποβεβηκότων. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ὡς ἔξω νόμων ἱερῶν ἐν τοιαύταις ἔστωσαν ἀῤῥωστίαις· παρ' ὑμῖν δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἔστω τὸ ὕψος ἐν ταπεινότητι.

(1) Id est corpus Christi, ut patet. Admirare autem totum hoc Cyrilli insigne testimonium de sacrosancta Eucharistia. Aliud paris ponderis dat Cyrillus in Epistola ac Calosyrium episcopum libro contra Anthropomorphitas præmissa (*Opp. nov. ed.* t. IX.

*Ἐγὼ δέ εἰμι ἐν μέσῳ ὑμῶν ὡς διακονῶν.*

(A f. 283 b) Ταῦτα λέγοντος τοῦ Χριστοῦ, τίς ἐστιν οὕτως ἀπηνής, ὡς μὴ πᾶσαν ἀποπτύσαι φιλοδοξίαν, Ὁ γὰρ ὑπὸ πάσης κτίσεως λογικῆς καὶ ἁγίας διακονούμενος, ὁ σύνθρονος καὶ συμβασιλεύων τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, διακόνου τάξιν ἐπέχων, ἔνιψε τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν. Καθ' ἕτερον δὲ τρόπον διακονίας ἔχει τάξιν τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας ὁ τρόπος. Ἔφη γὰρ ὁ Παῦλος· « Λέγω γὰρ Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς εἰς τὸ πληρῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων, » καὶ τὰ ἑξῆς. Οὐκοῦν διηκόνησεν ὁ διακονούμενος· καὶ ὁ τῆς δόξης Κύριος τεταπείνωκεν ἑαυτὸν, ἡμῖν καταλιμπάνων ὑπογραμμόν. Ἀλλ' εἰκὸς ἐκεῖνο τάχα που καθ' ἑαυτοὺς διενθυμεῖσθαί τε καὶ λέγειν τοὺς μαθητάς· Ποῖος οὖν ἔσται τῆς γνησιότητος ὁ μισθός; ἢ τί τὸ ἐντεῦθεν ἔσται χρήσιμον, συμβησομένων ἔσθ' ὅτε καὶ πειρασμῶν; Ἵνα τοίνυν τῇ τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν ἐλπίδι διανευρούμενοι, πάντα ὄκνον ἐπ' ἀγαθοῖς σπουδάσμασιν ἐκπέμψωσι τῆς ἑαυτῶν διανοίας, ἀναγκαίως φησίν· « Ὑμεῖς δέ ἐστε οἱ διαμεμενηκότες μετ' ἐμοῦ ἐν ταῖς πειρασμοῖς μου, » κ. τ. λ.—(B f. 197 b, D f. 73 b) Σύνες ὅπως τῶν τῆς ἐνανθρωπήσεως μέτρων ἀποφοιτᾷ, οὔπω τὸν τίμιον ὑπομείνας σταυρόν· διαλέγεται γὰρ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν· μετὰ δέ γε τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν πεφανέρωκεν ἑαυτοῦ τὴν δόξαν, καιροῦ καλοῦντος εἰς τοῦτο· ἔφη γὰρ, ὅτι « Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς.. » Διαλέγεται τοίνυν ἀνθρωπίνως, ὡς ἔφην. Διὰ τοῦτό φησι· « Κἀγὼ διατίθεμαι ὑμῖν, καθὼς διέθετό μοι ὁ Πατήρ μου βασιλείαν, ἵνα ἐσθίητε καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου. » Ἆρα οὖν καὶ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, ἐνστάντος τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν συνεσόμεθα τῷ Χριστῷ, συμμόρφους ἡμᾶς ἀποφαίνοντι τοῦ σώματος τῆς δόξης αὐτοῦ, μετὰ τὸ ἐνδύσεσθαι τὴν ἀφθαρσίαν, ἐδεσμάτων πάλιν ἐν χρείᾳ ἐσόμεθα καὶ τραπέζης; Οὐδαμῶς· ἀλλ' ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων ὑποφαίνει τὰ πνευματικά. Οἱ μὲν γὰρ τὰς παρὰ τῶν ἐπιγείων βασιλέων πρώτας ἔχοντες τιμὰς, συνέστιοί τέ εἰσιν αὐτοῖς καὶ ὁμόσιτοι. Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροί τινες τιμῆς μὲν τῆς παρὰ τῶν κρατούντων ἀξιούμενοι, οὐ μὴν ὅτι καὶ κοινῆς τραπέζης ἁπτόμενοι. Ὅτι τοίνυν ἐν ταῖς πρωτευούσαις τιμαῖς ἔσονται παρ' αὐτῷ, ὡς ἐκ παραδείγματος τοῦ καθ' ἡμᾶς διαδείκνυσιν.

V. 27. *Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.*

Cum sic Christus loquatur, quis est ita contumax qui nolit gloriæ amorem abjicere? Namque is, cui ab omni creatura tum rationali tum sancta ministratur, ille Dei Patris consessor et conregnator, ministri nunc ordinem tenens, lavit pedes discipulorum. Alio autem modo ministerii ordinem habet ratio incarnationis. Ait enim Paulus : « Dico enim Christum ministrum fuisse circumcisionis ad implendas promissiones patrum [97], » et reliqua. Ergo ministravit is, cui ministrabatur; et gloriæ Dominus humiliavit semetipsum, nobis relinquens exemplum [98]. Sed verisimile fortasse est discipulos intra se cogitasse atque etiam dixisse : quædam erit fidelitatis merces? vel quæ inde utilitas, siquando tentationes quoque evenient? Ut ergo futurorum
419 bonorum spe roborati, omnem in rectis studiis torporem mente sua abjicerent, necessario ait : « Vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis, » etc. — Intellige quomodo humanationis suæ mensuram adhuc non excedit, quia nondum venerandam pertulerat crucem. Loquitur enim ut unus ex nobis. Sed tamen post resurrectionem a mortuis, majestatem propriam ostendit tempore ad id vocante. Ait enim : « Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra [99]. » Loquitur ergo humanitus, ut dixi. Propterea ait : « Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam. » Num ergo postea etiam quam a mortuis revixerimus, cum tempus advenerit quo cum Christo nos versabimur, quos jam conformes corpori gloriæ suæ effecerit, post indutam immortalitatem, num, inquam, cibis adhuc indigebimus atque mensa? Nequaquam ; sed interim nostrarum rerum exemplo, spiritalia nobis demonstrat. Nam qui primos honores apud reges terrenos occupant, ii cum illis convivantur, mensæque participes sunt. Attamen sunt alii dignitatibus quidem apud potentes ornati, quin propterea communi cum his mensa fruantur. Quod itaque principali apud ipsum honore futuri sint, humano exemplo declarat.

*Εἶπε δὲ Κύριος· Σίμων, Σίμων, ἰδοὺ ὁ Σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς, τοῦ σινιάσαι* (1) *ὡς τὸν σῖτον.*

(A f. 284, B f. 198) Ἀναγκαῖον οἶμαι καὶ ἐπωφελὲς, μαθεῖν τίς ἦν ἡ πρόφασις, ἡ παρενεγκοῦσα εἰς τοῦτο τοῦ Σωτῆρος τοὺς λόγους. Διορθωσάμενος δὲ αὐτοὺς ὁ Χριστὸς δι' ὧν ἐπετίμησε τῷ τῆς φιλοδοξίας πάθει, καὶ ἑαυτὸν εἰς ὑπόδειγμα δέδωκε, τρίτον τοῖς μαθηταῖς ἐπικούρημα προσκεκόμικε, διὰ

V. 31. *Ait autem Dominus : Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum.*

Necessarium judico et utile cognoscere nos quænam causa ad hunc sermonem Servatorem contulerit. Quippe cum jam correxisset Christus discipulos, gloriæ cupiditatem objurgando, seque in exemplum proponendo, tertium suppeditat discipulis adjutorium præsenti lectione. Docet enim necessita-

[97] Rom. xv, 8. [98] I Petr. ii, 21. [99] Matth. xxviii, 18.

(1) Hoc loco in cod. B. f. 198, fit grammaticalis adnotatio : Σινιάσαι, θορυβῆσαι, κυκῆσαι, σεῖσαι, κοσκινῆσαι, πειράσαι· σίνιον γὰρ παρά τισι καλεῖται τὸ παρ' ἡμῖν κόσκινον, ἐν ᾧ σῖτος τῇδε κἀκεῖσε μεταφερόμενος ταράσσεται.

tem modeste de nobis sentiendi, qui nihil sumus, ad hominis naturam quod attinet nostræque mentis lubricum; sed **420** per eum et ab eo confirmati, sumus id quod sumus. Non est ergo de nobismet ipsis, sed de ejus donis gloriandum [1]. Porro si quis animo ita fuerit comparatus, quemnam in eo locum inveniet præeminendi cæteris cupiditas? Propterea, cæteris omissis discipulis, ad coryphæum devenit, aitque : « Sæpe Satanas voluit vos cribrare tanquam triticum; » quod dicitur pro explorare ac tentare. Mos enim Satanæ est probæ mentis homines aggrediendi. Sic etiam expetivit Jobum, sed hujus patientia superatus fuit. Nihilominus prævalet humanæ naturæ, quia hæc infirma, ille autem sævus et vehemens. Nam sicut de ipso aiunt sacræ Litteræ, cor ejus obduratum ut lapis, et quasi incus immobile perstat [2]. Nihilo tamen minus sub sanctorum pedibus jacet, hoc item Christo præstante.

V. 32. *Ego autem rogavi pro te.*

Ecce iterum nobis conformatur, et secundum humanitatis modulum loquitur, ille qui Deus erat, quanquam caro factus. Oravisse enim se ait tanquam hominem. His autem verbis significat illum, si traditus fuisset ad tentandum Satanæ, prorsus fidem amissurum ; quandoquidem etsi minime traditus, lapsus est ; negavit enim, unica eum perturbante ancillula in aula pontificis. Cum ergo Dominus discipuli negationem innuisset iis verbis quibus dixit : « Oravi pro te ut non deficiat fides tua, » infert statim consolatorium sermonem, aitque : « Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos, » id est, *Firmamentum atque magister esto illorum qui per fidem ad me accedunt.* Et mirare rursus sermonis solertiam, et divinæ placiditatis culmen. Ne enim in desperationem adduceret discipulum, quasi de apostolatus gloria foret expungendus postquam negasset, implet eum bona spe, fore ut promissa bona consequatur. Ait enim : « Et tu conversus, fratres tuos confirma. » O ineffabilis benignitas! **421** Nondum erat peccatum, et jam veniam præbet, rursusque illum in apostolica dignitate constituit.

V. 34. *Donec ter abneges nosse me.*

Continuantur supra dicta etiam hic. Antea enim prædixerat admirabili Petro, ter se fore ab eo negandum capturæ tempore. Quoniam vero facta nunc capturæ mentio est, subsequuntur prorsus hanc commemorationem reliquæ res, nempe crucis passio. Deinde ingruens Judæis prænuntiat bellum. Idcirco ait : «Quando misi vos sine sacculo et pera et calceamentis, nunquid vobis defuit? At illi

τῶν προκειμένων ἀναγνωσμάτων· διδάσκει γὰρ ὅτι μέτρια φρονεῖν ἡμᾶς ἀναγκαῖον, οὐδὲν μὲν ὄντας τό γε ἧκον εἰς τὴν ἀνθρώπου φύσιν, καὶ εἰς τὸ τῆς ἡμετέρας διανοίας εὐόλισθον, στηριζομένους δὲ καὶ ὄντας ὅπερ ἐσμὲν, δι' αὐτόν τε καὶ παρ' αὐτοῦ. Οὐκοῦν ἐφ' ἑαυτοῖς μᾶλλον, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ χαρίσμασι σεμνύνεσθαι δεῖ. Κἂν εἴ τις οὕτως διατεθῇ, ποῖον εὑρήσει τόπον ἐν αὐτῷ τὸ ὑπερκεῖσθαί τινων ἐθέλειν; Ταύτητοι τοὺς μὲν ἑτέρους ἀφίησι μαθητὰς, ἐπ' αὐτὸν δὲ τὸν κορυφαῖον ἔρχεται· καί φησιν ὅτι « Πολλάκις ἠθέλησεν ὁ Σατανᾶς σινιάσαι καὶ ὑμᾶς ὡς τὸν σῖτον, » ἀντὶ τοῦ δοκιμάσαι καὶ πειράσαι· ἔθος γὰρ τῷ Σατανᾷ, τοῖς εὐδοκιμοῦσιν ἐπιπηδᾷν· οὕτως ἐζήτησε τὸν Ἰώβ, ἀλλ' ἡττᾶτο τῆς ἐκείνου τληπαθείας. Πλὴν πλεονεκτεῖ τὴν ἀνθρώπου φύσιν, ἀσθενὴς γὰρ αὕτη, δεινὸς δὲ καὶ ἀπηνὴς ἐκεῖνος· ὡς γάρ φησι περὶ αὐτοῦ τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν, ἡ καρδία αὐτοῦ πέπηγεν ὥσπερ λίθος, ἕστηκε δὲ ὥσπερ ἄκμων ἀνήλατος. Πλὴν τοῖς τῶν ἁγίων ὑπενήνεκται ποσὶ, Χριστοῦ καὶ τοῦτο κατωρθωκότος.

*Ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ.*

Cum eum judex morte absolveret, sententiam postulant ferri adversus omnis pietatis ducem atque magistrum, ut graviorem scilicet perlaturi sint punitionem. Clamavit enim tota simul multitudo dicens: « Tolle hunc et dimitte nobis Barabbam. » En **433** manifeste sanctum justumque negaverunt, sicut ait beatus Petrus [24], et virum homicidam donari sibi petiverunt, ut ejus sorti communicarent. Quod sane iis pati contigit. Nam traditi fuerunt exitio et cædi. Clamaverunt enim, inquit evangelista, dicentes: « Tolle, tolle, crucifige eum [25]. » De hoc ipso expostulabat impio clamore Dominus

C Jeremiæ ore dicens: « Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, tradidi dilectam animam meam in manus inimicorum ejus. Facta est hæreditas mea mihi tanquam leo in silva, edidit contra me vocem suam; propterea odio habui [26]. » — Dicit alicubi de Judæorum impietate Oseas propheta: « Væ illis, quia recesserunt a me! Miseri sunt, quia in me peccaverunt. Ego quidem redemeram illos, sed ipsi adversus me mendacia locuti sunt [27]. » Et rursus: « Cadent gladio principes eorum, propter indisciplinatam linguam suam [28]. »

V. 24. *Et Pilatus adjudicavit fieri petitionem eorum.*

D Adjudicavit ergo Pilatus fieri petitionem eorum; atque ita matrem exitii sui victoriam retulerunt. Bajulavit igitur ex prætorio Servator crucem; nam et Abrahamus pergens ad demonstratum sibi montem, ut Isaacum immolaret, Deo sic fieri jubente, imposuit illi ligna [29], fuitque Christi typus crucem suam humeris gestantis. — Ducitur ergo ad patiendum Christus; Simoni autem, inquit, Cyrenæo crucem ejus imposuerunt. Alius vero sanctus evangelista ipsum quoque Jesum dixit lignum gestasse [30]. Vere omnino utrumque se habet. Nam gestavit reapse crucem Servator; sed medio, puta, in itinere Cyrenensem quemdam apprehendentes, lignum in

[23] Luc. xx, 22-25. [24] Act. III, 14. [25] Joan. xix, 5. [26] Jerem. xII, 7, 8. [27] Osee vII, 13. [28] ibid. 16. [29] Gen. xxII, 6. [30] Joan. xix, 16.

eum transtulerunt. Necessario autem admittendum est ipsum quoque Servatorem crucem gestasse. Dictum est enim de illo Isaiæ voce: « Puer natus est nobis, et filius datus est nobis, cujus principatus super humerum ejus [31]. » Utique principatus ejus crux est, per quam toto in orbe regnat. Siquidem vere « factus **434** est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propterea et Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen quod est super omne nomen; ut in nomine Jesu Christi omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, et infernorum, atque omnis lingua confiteatur, quod Dominus Jesus in gloria est Dei Patris [32]. Amen. »

V. 27. *Sequebatur autem illum multa turba populi et mulierum.*

Ibat ergo ad crucifixionis locum Servator; quem sequebantur flentes mulieres cum aliis multis. Pronum quippe ad lacrymas semper femineum genus, atque ad misericordiam flexanimum. Sed, o Jerusalem filiæ, inquit, vestras de me lacrymas cohibete; sed super vos ipsas potius flete et super filios vestros. Venient enim tempora, inquit, quibus potior erit mulieribus sterilitas. Nam incumbente Judæorum regioni bello, cuncti funditus parvuli adultique perierunt. Tunc nihil melius, inquit, quam collibus ac montibus obrui. « Nam si in viridi ligno hoc agunt, quid fiet in arido? » Et parabolæ quidem instar, id est exempli, hic sermo profertur, sed intellectualis rei vim continet. Hic est enim, ut reor, verborum sensus. Viride lignum seipsum nominat, id est vividum, fructuosum et floridum. Fructus vero ejus erant, religiosa doctrina, adhortationes, congruæ Deo potentiæ demonstrationes per ineffabilia prodigia. Nihilominus hæc agentem Christum, Romanorum præfecti, id est damnator Pilatus, tam gravi ignominia affecerunt. Cum igitur talia in me fecerint, quid facient pugnantes contra Israelem, aridum ut ita dicam et infructuosum? Etenim nihil mirum in eo cernent, quamobrem ipsorum reverentia ac venia dignus possit haberi. Igitur eum comburent, id est impietatis adversus Christum pœnas reposcent.

V. 33. *Ibi crucifixerunt eum.*

Attamen dedit operam Dominus, ut nec **435** universim divinitatem suam manifestaret, neque omnino occultaret; illud quidem propter ejus temporis homines, hoc autem propter posteros: nimirum ut divinitatis suæ nec non et humanitatis, perspicue operationes ostenderet; ne vel divina virtus obscuraretur, vel humana natura discrederetur. Nam quia

Σωτὴρ, κατὰ μέσην δὲ ἴσως τὴν ὁδὸν ὑπαντήσαντες τὸν Κυρηναῖον κατεσχήκασιν, καὶ μετέθηκαν ἐπ' αὐτῷ τὸ ξύλον. Ἀναγκαίως δέ πως ἔχει λόγον τὸ καὶ αὐτὸν τὸν Σωτῆρα ἐπικομίσασθαι τὸν σταυρόν. Εἴρηται γὰρ περὶ αὐτοῦ διὰ φωνῆς Ἠσαΐου· « Τὸ παιδίον ἐγενήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ. » Ἀρχὴ γὰρ αὐτοῦ γέγονεν ὁ σταυρὸς, δι' οὗ βεβασίλευκε τῆς ὑπ' οὐρανόν (1), εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὅτι « Γέγονεν ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ· διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Ἀμήν. »

*Ἠκολούθει δὲ αὐτῷ πολὺ πλῆθος τοῦ λαοῦ καὶ γυναικῶν.*

(A f. 298, D f. 79). Ἐβάδιζε μὲν οὖν ὁ Σωτὴρ ἐπὶ τὸν τοῦ σταυροῦ τόπον· εἵποντο δὲ κλαίουσαι αἱ γυναῖκες, σὺν ἑτέροις πολλοῖς. Φιλόδακρυ γάρ πως ἀεὶ τὸ θῆλυ γένος, καὶ τὸν νοῦν εἰς ἔλεον εὐδιάθρυπτον ἔχον. Ἀλλ', ὦ θυγατέρες, φησὶν, Ἱερουσαλὴμ, τὸ μὲν ἐπ' ἐμοὶ δάκρυον στήσατε· κλαύσατε δὲ μᾶλλον ἐφ' ὑμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν. Ἔρχονται γὰρ ἡμέραι, φησὶν, ἐν αἷς ἔσται γυναιξὶν ἀμείνων ἡ ἀπαιδία· ἐπισκήψαντος γὰρ τοῦ πολέμου τῇ Ἰουδαίων χώρᾳ, ἅπαντες ἄρδην ὀλώλασι μικροὶ καὶ μεγάλοι. Τότε, φησὶ, τὸ ὑπὸ βουνοῖς καὶ ὄρεσι γενέσθαι, τοῦ παντὸς ἄξιον· « Εἰ γὰρ ἐν τῷ ὑγρῷ ξύλῳ, φησὶ, ταῦτα ποιοῦσιν, ἐν τῷ ξηρῷ τί γένηται; » Καὶ πέπλασται μὲν ὡς ἐν τάξει παραβολῆς ὁ λόγος, ἤγουν παραδείγματος, ὠδίνει δὲ νοητοῦ πράγματος δύναμιν· βούλεται γὰρ δηλοῦν ἐκεῖνο, οἶμαί που. Ὑγρὸν μὲν ξύλον ἑαυτὸν ὀνομάζει, τουτέστι χλωρὸν καὶ ἔγκαρπον καὶ εὐανθές· καρποὶ δὲ ἦσαν αὐτοῦ μυσταγωγίαι, καὶ παραινέσεις, καὶ θεοπρεποῦς ἐξουσίας ἐπιδείξεις, διὰ τῆς ὑπὲρ λόγον θεοσημείας. Ἀλλ' ἐν τούτοις ὄντα ταῖς οὕτω δειναῖς περιβεβλήκασιν ἀτιμίαις οἱ Ῥωμαίων στρατηγοὶ, ἤγουν ὁ κατακρίνας αὐτὸν Πιλάτος. Ὅτε τοίνυν, φησὶ, τοιαῦτα πεπράχασιν εἰς ἐμὲ, τί δράσουσιν ὡς ξηρῷ καὶ ἀκάρπῳ προσπεπολεμηκότες τῷ Ἰσραήλ; Ὄψονται γὰρ ἐπ' αὐτῷ οὐδὲν τῶν τεθαυμασμένων, ἐφ' οἷς ἦν εἰκὸς τιμῆς καὶ φειδοῦς ἀξιωθῆναι τῆς παρ' αὐτῶν· κατεμπρήσουσι γὰρ αὐτὸν, δηλονότι τῆς εἰς Χριστὸν δυσσεβείας εἰσπραττόμενοι δίκας.

*Ἐκεῖ ἐσταύρωσαν αὐτόν.*

(A f. 299 b) (2) Πλὴν ἐσπούδασεν ὁ Κύριος, μήτε δι' ὅλου φανερῶσαι τὴν ἑαυτοῦ θεότητα, μήτε εἰς τὸ παντελὲς ἀποκρύψαι· τὸ μὲν διὰ τοὺς τότε, τὸ δὲ διὰ τοὺς μετὰ ταῦτα· ὥστε δεῖξαι καὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τρανὰς τὰς ἐνεργείας· ἵνα μήτε ἡ θεία δύναμις ἀμβλυνθῇ, μήτε ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἀπιστηθῇ. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλεν

[31] Isa. IX, 6. [32] Philipp. II, 8-11.

(1) Hoc idem jam dixit Cyrillus ad Luc. II, 9, ubi recole nostram adnotationem.

(2) Sequens fragmentum dicitur in codice sumptum ex Cyrilli homilia.

αἵρεσις ἀνακύπτειν, ἡ λέγουσα ὅτι φάντασμα ἦν τὸ A σῶμα, καὶ ἐξ οὐρανοῦ κατῆλθεν, οὐ γὰρ ἂν ἔλαβε τοῦ φθαρτοῦ σώματος σάρκα ἡ ἄφθαρτος φύσις, οὐδ' ἂν κατεδέξατο ῥύπον, ἢ μολυσμὸν, ἢ σπῖλον, ἵνα πιστώσηται ὁ Θεὸς τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος, ὅτι τοῦτο ἐγένετο ὃ ἐσμεν, μένων ὃ ἦν, διὰ τοῦτο συνεχώρησε τῇ σαρκὶ πάσχειν τὰ ἴδια. Καὶ ἔδειξε διπλῆν τὴν ἐνέργειαν, πάσχων μὲν ὡς ἄνθρωπος, ἐνεργῶν δὲ ὡς Θεὸς ὁ αὐτός· οὐ γὰρ ἄλλος καὶ ἄλλος, εἰ καὶ ἄλλως καὶ ἄλλως (1).

*Ἐξεμυκτήριζον δὲ καὶ οἱ ἄρχοντες.*

(A f. 303 b) Μάτην μέν τοι αὐτοῦ κατειρωνεύονται οἱ τῆς Συναγωγῆς ἡγούμενοι, κατασείοντες τὰς κεφαλὰς, καὶ πικρὸν αὐτῷ μειδίαμα καταχέοντες· «Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν σωσάτω,» φασίν. Εἰ ἄλλους B ἔσωσε (καὶ οἶσθα τοῦτο κατὰ ἀλήθειαν γεγονὸς), πῶς οὐκ ἂν ἴσχυσε τῶν σῶν ἑαυτὸν ἐξελέσθαι χειρῶν;

*Ἦν δὲ καὶ ἐπιγραφὴ γεγραμμένη ἐπ' αὐτῷ,* κ. τ. λ.

(D f. 79 b) Ἡ ἐν τῷ τίτλῳ προγραφὴ τῆς τοῦ Κυρίου αἰτίας, πρακτικῆς, καὶ φυσικῆς, καὶ θεολογικῆς φιλοσοφίας ὄντα βασιλέα τὸν σταυρωθέντα σαφῶς καὶ Κύριον ἔδειξεν· Ῥωμαϊστὶ γὰρ, καὶ Ἑλληνιστὶ, καὶ Ἑβραϊστὶ φησὶν ἀναγεγράφθαι τῷ λόγῳ. Νοῶ δὲ διὰ μὲν τοῦ Ῥωμαϊστὶ τὴν πρακτικὴν, ὡς τῆς Ῥωμαίων βασιλείας κατὰ τὸν Δανιὴλ ὁρισθείσης ἀνδρικωτέρας τῶν ἐπὶ γῆς βασιλειῶν· πρακτικῆς δὲ ἴδιον, εἴπερ τι ἄλλο, ἡ ἀνδρεία. Διὰ δὲ τοῦ C Ἑλληνιστὶ, τὴν φυσικὴν θεωρίαν, ὡς μᾶλλον τοῦ Ἑλλήνων ἔθνους, παρὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους τῇ φυσικῇ σχολάσαντος φιλοσοφίᾳ. Διὰ δὲ τοῦ Ἑβραϊστὶ τὴν θεολογικὴν μυσταγωγίαν, ὡς τοῦ ἔθνους τούτου προδήλως ἀνέκαθεν τῷ Θεῷ διὰ τοὺς πατέρας ἀνατεθέντος.

(A f. 304) Ὁ μὲν εἷς, φησὶ, τῶν λῃστῶν τὰ αὐτὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἠρεύγετο· ὅ γε μὴν ἕτερος, ταῖς τοῦ συγκρεμαμένου φωναῖς ἐπετίμα· ὡμολόγησε τὴν ἁμαρτίαν, μεμαρτύρηκε Χριστῷ τὸ ἀνυπαίτιον, πεπίστευκεν εἰς αὐτὸν, βασιλέα ἐκάλει καί τοι σταυρούμενον. Ταύτητοι τὸν τῶν ἁγίων ἥρπασε κλῆρον.

*Σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν γῆν.*

(A f. 306) Ὁ παντὸς ἐπέκεινα γενητοῦ, ὁ σύνεδρος τῷ Πατρὶ, καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, καὶ ἔλαβε D δούλου μορφὴν, καὶ τῶν τῆς ἀνθρωπότητος ἠνέσχετο μέτρων, ἵνα πληρώσῃ τὴν ἐπαγγελίαν τὴν τοῖς πατράσι τῶν Ἑβραίων ἐπηγγελμένην παρὰ Θεοῦ. Οἱ δὲ γεγόνασιν οὕτω σκληροί τε καὶ ἀπειθεῖς ὥστε καὶ ἀντανίστασθαι Δεσπότῃ. Τὸν γὰρ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς θανάτῳ περιβαλεῖν ἐσπούδασαν, καὶ τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν· ἐπειδὴ δὲ σταυρῷ παρέδοσαν τὸν τῶν ὅλων Δεσπότην, ἔδυνεν ὁ ἥλιος ἐπ' αὐτοῖς· συν-

hæresis exortura erat, quæ diceret corpus ejus fuisse phantasma de cœlo delatum, quasi corruptibilis corporis carnem natura incorruptibilis assumptura non esset, neque maculam aut inquinamentum vel labem admissura; ut persuaderet Deus hominibus se id factum quod nos sumus, manentem nihilominus in eo quod erat; idcirco carnem permisit ea pati quæ ejusdem sunt propria. Ostenditque duplicem operationem, patiens ut homo, agens ut Deus, idem semper. Non enim est alius et alius, sed aliter atque aliter.

V. 35. *Principes quoque deridebant eum.*

Stulte jocabantur adversus eum Synagogæ principes, quassantes capita et amaro risui indulgentes: « Alios salvavit, aiebant, nunc se ipsum salvet. » Sane si alios salvavit (tuque, Judæe, id ita factum revera scis), cur non posset manibus tuis se ipsum eripere?

V. 38. *Erat autem et superscriptio scripta super eum*, etc.

Tituli scriptura Domini causam continens demonstrabat manifeste crucifixum hunc regem esse ac dominum practicæ, physicæ ac theologicæ philosophiæ. Latine enim, Græce et Hebraice scriptum ait fuisse evangelista titulum. Existimo autem Romano idiomate significari practicam philosophiam, quia Romanorum regnum fortius cæteris orbis terræ apud Danielem definitur [33]. Porro practicæ apprime propria est fortitudo. Græco idiomate denotatam judico physicam doctrinam, quia Græca gens præ cæteris hominibus physicæ studuit 436 philosophiæ; denique Hebraico idiomate theologicum magisterium, quia sine dubio hic populus, a generis sui origine, Deo per majores suos addictus fuit.

Latronum quidem unus, inquit evangelista, paria Judæis eructabat; alter tamen verba ejus, qui secum erat crucifixus, reprehendebat; suumque peccatum fatebatur, Christi innocentiæ testimonium dabat, eidem credebat, regem quamvis crucifixum appellabat. Idcirco sanctorum hæreditatem sibi rapuit.

V. 44. *Tenebræ factæ sunt per universam terram.*

Qui creatas res omnes excedit, qui Patri consessor est, demisit se ad exinanitionem, servique formam suscepit, et humana mensura se conclusit, ut promissionem compleret Hebræorum majoribus a Deo editam. Hi vero tantopere perversi contumacesque evaserunt ut in herum suum consurrexerint, vitæ auctorem morti tradiderint, gloriæ Dominum crucifixerint [34]. Postquam itaque ligno suspenderunt omnium Dominum, sol eis occidit, luxque

[33] Dan. II, 40; VII, 23. [34] I Cor. II, 8.

(1) Pertinet ad hunc locum fragmentum quod est in cat. Lat. S. Thomæ. « CYRILLUS: Non autem ipse unigenitus Dei Filius in propria natura qua Deus est, passus est quæ sunt corporis, sed magis in natura terrena. Decet enim utrumque de uno et eodem Filio dici, scilicet et non pati divine, et passum esse humanitus. »

diurna in tenebras versa est, ut ait divus Amosus [35]. Factæ sunt enim tenebræ ab hora sexta, usque ad nonam [35*]; quod fuit evidens Judæis indicium obscuratarum intellectualiter illorum qui crucifigebant animarum. Cæcitas enim partem certe Israelis corripuit. Imprecatur utique illis, Dei zelo instinctus, etiam David dicens : « Obscurentur oculi eorum, ne videant [36]. » Ipsa quoque creatura Dominum suum deflebat : ideoque sol obtenebrabatur, petræ frangebantur, et ipsum templum lugentium speciem imitabatur, velo sua deque discisso. Quid autem hoc rei fuerit, jam nobis significaverat Isaiæ voce Deus, dicens : « Et induam cœlum tenebris, et saccum ponam operimentum ejus [37]. »

A εσκότασε δὲ ἐν ἡμέρᾳ τὸ φῶς, κατὰ τὸν θεῖον Ἀμώς. Γέγονε γὰρ σκότος ἀπὸ ὥρας ἕκτης, ἕως ὥρας ἐνάτης· καὶ τοῦτο τοῖς Ἰουδαίοις σημεῖον ἦν ἐναργὲς τοῦ κατασκοτισθῆναι νοητῶς τὰς τῶν σταυρωσάντων ψυχάς. Πώρωσις γὰρ ἀπὸ μέρους γέγονε τῷ Ἰσραήλ. Ἐπαρᾶται δὲ αὐτοῖς καὶ Δαβὶδ ἐκ φιλοθεΐας, λέγων· « Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν. » Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ κτίσις, τὸν ἑαυτῆς ἐπένθει Δεσπότην· ὁ μὲν γὰρ ἥλιος ἐσκοτίζετο, διεῤῥήγνυντο δὲ πέτραι, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ ναὸς τὸ τῶν πενθούντων ἐπλήρωσε σχῆμα, περιῤῥηγνυμένου καταπετάσματος ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω. Καί τι τοιοῦτον ὑπεσήμαινεν ἡμῖν ὁ Θεὸς διὰ φωνῆς Ἡσαΐου, λέγων· « Καὶ ἐνδύσω τὸν οὐρανὸν σκότος, καὶ θήσω σάκκον τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ (1). »

V. 47. **437** *Videns autem centurio quod factum fuerat, glorificavit Deum*, etc.

Considera rursus mecum, quod crucis pro nobis passus cruciatum, cœperit multos ad veritatis cognitionem pertrahere. Nam centurio, inquit evangelista, cernens quæ acciderant, Deum glorificabat, dicens : « Vere hic homo justus erat. » Nonnulli quoque ex Judæis pectora sua pœnitentes prorsus tundebant, mentisque oculis Dominum spectantes, et fortasse etiam impietatis in Christum se complices esse negantes, crucifixoribus maledicebant, quanquam haud palam propter principum iniquitatem. Ergo vere dixerat Dominus : « Cum exaltatus fuero de terra, omnes traham ad me ipsum [38]. »

B *Ἰδὼν δὲ ὁ ἑκατόνταρχος τὸ γενόμενον, ἐδόξασε τὸν Θεόν*, κ. τ. λ.

(A f. 309 b) Ἄθρει δή μοι πάλιν, ὅτι πεπονθὼς ὑπὲρ ἡμῶν τὸ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ πάθος, ἤρξατο τοῦ σαγηνεύειν πολλοὺς εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας. Ὁ γὰρ ἑκατόνταρχος, φησὶν, ἰδὼν τὰ γεγενημένα, ἐδόξαζε τὸν Θεὸν, λέγων, ὅτι « Ὄντως ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος ἦν. » Ἔτυπτον δὲ καὶ τὰ στήθη τῶν Ἰουδαίων τινὲς, κατανυττόμενοί που πάντως, καὶ τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασιν ἀναβλέποντες πρὸς Κύριον, καὶ τάχα που τῆς κατὰ Χριστὸν δυσσεβείας ἀπαλλάττοντες ἑαυτοὺς, διὰ τοῦ τῶν σταυρωσάντων καταβοᾷν, εἰ καὶ μὴ ἐμφανῶς διὰ τὴν τῶν ἡγουμένων ἀνοσιότητα. Οὐκοῦν ἀληθὴς ἦν λέγων ὁ Κύριος· « Ὅταν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. »

V. 55. *Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa*, etc.

Subsecutæ sunt prudentes mulieres communem nostrum Servatorem Christum, ea quæ ad fidem erga eum firmandam utilia erant vel necessaria observantes. Scilicet quia pro communi salute carnem suam obtulerat, accurrerunt hæ prudentes ad illius corpus curandum. Putabant enim mortuum in monumento permansurum.

C *Κατηκολούθησαν δὲ καὶ γυναῖκες, αἵτινες ἦσαν συνεληλυθυῖαι αὐτῷ ἐκ τῆς Γαλιλαίας*, κ. τ. λ.

(A f. 310 b) Ἠκολούθουν σοφαὶ γυναῖκες τῷ πάντων ἡμῶν Σωτῆρι Χριστῷ, τὰ εἰς πίστιν τὴν ἐπ' αὐτῷ χρήσιμά τε καὶ ἀναγκαῖα συλλέγουσαι. Ἐπειδὴ δὲ τῆς ἁπάντων ζωῆς ἀντάλλαγμα τὴν ἑαυτοῦ ἔδωκε σάρκα, ἔδραμον αἱ σοφαὶ πρὸς τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν· ᾠήθησαν γὰρ ὅτι ἀπομενεῖ νεκρὸς ἐν μνημείῳ.

## CAP. XXIV.

V. 4. *Et factum est, dum mente consternatæ essent de isto*, etc.

Venerunt mulieres ad monumentum; non invento autem Jesu corpore, quia jam resurrexerat, in multam inciderunt perplexitatem. Quid inde

## ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

*Ἐγένετο ἐν τῷ διαπορεῖσθαι αὐτὰς περὶ τούτου*, κ. τ. λ.

(A f. 311) Ἀφίκοντο μὲν αἱ γυναῖκες ἐπὶ τὸ μνῆμα· οὐχ εὑροῦσαι γε μὴν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ἐγήγερτο γὰρ, εἰς πολλὴν πεπτώκασιν ἀπορίαν. Καὶ

[35] Amos v, 18. [35*] Matth. xxvii, 45. [36] Psal. lxviii, 24. [37] Isa. l, 3. [38] Joan. xii, 32.

(1) Circa hunc locum, nempe ad v. 46 : *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum*, pertinet fragmentum in cat. Lat. S. Thomæ. « Cyrillus : Hæc autem vox edocet quod animæ sanctorum non deinceps in inferno clauduntur, ut prius, sed apud Deum sunt, hujus rei facto Christo principio. » — Catena Crameri in Acta apostolica, p. 130, ad Stephani verba (cap. vii, vers. 59) : « Κύριε Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου, » hæc habet quæ ad eumdem vers. 46 spectant : *Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου εἰς τὸ, « Πατὲρ, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου. »* Μέγα πάλιν καὶ ἐξαίρετον κατόρθωμα ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς, διὰ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ δεδικαιώμεθα διὰ τῆς πίστεως τῆς εἰς αὐτὸν, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀπλημμελὲς ἡ ἀνθρώπου φύσις εὑρέθη πλουτήσασα· καὶ κεκαινοτόμηκεν ἡμῖν, τὸ μηκέτι μὲν εἰς ᾅδου τρέχειν τὰς τῶν σωμάτων ἀπαλλαττομένας ψυχὰς καθὰ καὶ πρώην, πέμπεσθαι δὲ μᾶλλον εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος. Καὶ τοῦτο εἰδὼς ὁ ἅγιος ἔφη Στέφανος, « Κύριε Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου. » Καὶ ὁ μακάριος δὲ γράφει Πέτρος· « Ὥστε καὶ πάσχοντες κατὰ θέλημα τοῦ Θεοῦ πιστῷ κτίστῃ παρατιθέσθωσαν τὰς ἑαυτῶν ψυχάς. »

τί τὸ ἐντεῦθεν; τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης ἕνεκα, καὶ A τῆς εἰς τοῦτο γενομένης σπουδῆς ἠξιώθησαν ἰδεῖν ἁγίους ἀγγέλους· καὶ δὴ καὶ γεγόνασιν αὐταῖς εὐαγγελισταὶ, καὶ τῆς ἀναστάσεως κήρυκες, « Τί ζητεῖτε, φάσκοντες, τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; Οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη. » Ζῇ μὲν γὰρ ἀεὶ, καὶ ζωὴ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος· καθεὶς δὲ ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ὑπελθὼν, ἐγεύσατο θανάτου. Ἀλλ' ἦν τοῦτο τοῦ θανάτου θάνατος. Ἐγήγερται τοίνυν ἐκ νεκρῶν, ὁδὸς τῆς εἰς ἀφθαρσίαν ἀναδρομῆς, οὐχ ἑαυτῷ μᾶλλον, ἀλλ' ἡμῖν, γενόμενος· καὶ μηδεὶς ζητείτω τὸν ἀεὶ ζῶντα μετὰ νεκρῶν· οὐκ ἔστι γὰρ ὧδε, τουτέστιν ἐν θανάτῳ καὶ μνήματι. Ποῦ δὲ μᾶλλον; Ἐν οὐρανῷ δηλονότι καὶ ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ. Ἵνα δὲ βεβαιοτέραν αὐταῖς τὴν ἐπὶ τούτοις ἐνιδρύσειαν πίστιν, εἰς μνή- B μην ἀναφέρουσιν, ὡς ἔφη Χριστὸς, ὅτι χρὴ πάντως αὐτὸν εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν δοθῆναι καὶ παθεῖν, καὶ ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. — (A f. 312) Ἄγγελοι μέν τοι καὶ τοῖς ποιμέσιν ἐν Βηθλεὲμ τὸν τόκον εὐηγγελίζοντο, καὶ νῦν τὴν ἀνάστασιν. Καὶ λελειτούργηκεν οὐρανὸς τοῖς περὶ αὐτοῦ κηρύγμασι, καὶ περιέπουσι τὸν Υἱὸν ὡς Θεὸν, καὶ ὅτε γέγονε σὰρξ, αἱ τῶν ἄνω πνευμάτων στρατιαί.

***Καὶ ὑποστρέψασαι ἀπὸ τοῦ μνημείου ἀπήγγειλαν ταῦτα πάντα τοῖς ἕνδεκα καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς.***

(A f. 312) Μυσταγωγηθεῖσαι διὰ φωνῆς ἀγγέλων αἱ γυναῖκες, ἀπαγγέλλουσι ταῦτα δρόμῳ τοῖς μαθηταῖς. Ἔδει γὰρ γυναιξὶ τὴν οὕτω λαμπρὰν δοθῆναι C χάριν· ἡ γὰρ πάλαι γεγενημένη τοῦ θανάτου διάκονος, ἀπαλλάττεται τῆς αἰτίας, διακονοῦσα φωναῖς ἁγίων ἀγγέλων, καὶ τὸ σεπτὸν τῆς ἀναστάσεως μυστήριον καὶ πρώτη μαθοῦσα καὶ ἀπαγγέλλουσα. Κεκέρδαγκε [ita cod.] τοίνυν τὸ θῆλυ γένος, καὶ λύσιν ὀνειδισμοῦ καὶ κατάρας ἀνατροπήν. Ὁ γὰρ εἰπὼν πάλαι πρὸς αὐτάς· « Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα, » παῦλαν αὐταῖς δέδωκε τοῦ κακοῦ, συναντήσας αὐταῖς ἐν τῷ κήπῳ, ὥς φησιν ἕτερος εὐαγγελιστὴς, καὶ εἰπών· « Χαίρετε. » Πλὴν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ὁ περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγος ἔδοξεν εἶναι λῆρός τις ἁπλῶς καὶ πρᾶγμα κατεψευσμένον, διά τοι τὸ μηδὲ αὐτοὺς εἰδέναι τὴν θεόπνευστον Γραφήν. Ἠπίστησαν γοῦν, καὶ τὸ ἀπαγγελθὲν ἔσκωψαν καὶ διέπτυσαν.

(D f. 81 b) Πῶς παρὰ μὲν τῷ Ἰωάννῃ τῆς Μα- D ρίας ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ δρομαῖοι ἐλθόντες ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἐπίστευσαν; καὶ τοῦτο αὐτοῖς μαρτυρεῖ ἡ Γραφὴ λέγουσα· « Ὅτε οὖν εἰσῆλθον, ὁ ἄλλος μαθητὴς ὁ ἐλθὼν πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ εἶδε καὶ ἐπίστευσε. » Παρὰ δὲ τῷ Λουκᾷ εἴρηται· « Καὶ ὑποστρέψασαι ἀπὸ τοῦ μνημείου, ἀπήγγειλαν ταῦτα πάντα τοῖς ἕνδεκα καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς (ἦν δὲ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία, καὶ Ἰωάννα, καὶ Μαρία Ἰακώβου, καὶ αἱ λοιπαὶ σὺν αὐταῖς, αἳ ἔλεγον πρὸς τοὺς ἀποστόλους ταῦτα), καὶ ἠπίστουν αὐταῖς. »

*Ἰδοὺ δύο ἐξ αὐτῶν ἦσαν πορευόμενοι ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ εἰς κώμην.*

(D f. 82) Δύο τῶν μαθητῶν βαδίζοντες εἰς κώ-

porro? Propter suam erga Christum charitatem et pii officii studium dignæ habitæ sunt visione angelorum, qui bonum illis nuntium tulerunt; et resurrectionis facti præcones: « Cur quæritis, dixerunt, vivum inter mortuos? Non est hic, sed resurrexit. » Utique semper vivit, et suapte natura Dei Verbum vita est; sed tamen quatenus ad exinanitionem se demisit, nostramque similitudinem subiit, mortem gustavit. Verum hæc mortis mors erat. Surrexit ergo a mortuis, non sibi magis quam nobis via factus ad immortalitatem 438 deducens. Nemoque jam quærat inter mortuos perpetuo viventem. Non est enim hic, id est, in morte vel monumento. Ubinam potius? in cœlo scilicet et gloria Deo congruente. Ut autem firmiorem mulieribus fidem faciant, in memoriam revocant, ut dixerat Christus, prorsus ipsum oportuisse peccatorum manibus tradi, ac pati, et tertia die resurgere [39]. — Angeli quidem pastoribus etiam apud Bethlehemum nativitatem ejus nuntiaverunt, iidemque nunc resurrectionem. Famulatur cœlum prædicando Christum, et Filium utpote Deum, etiamsi caro sit factus, supernorum spirituum agmina stipant.

V. 9. *Et regressæ a monumento nuntiaverunt hæc omnia illis undecim et cæteris omnibus.*

Angelorum voce edoctæ mulieres, eam cursim ad discipulos notitiam deferunt. Oportuit enim hanc mulieribus splendidam dari gratiam. Nam femina quæ fuit olim mortis ministra, nunc eo crimine absolvitur dum sanctorum angelorum vocibus ministrat, et venerandum resurrectionis mysterium prima dicit atque annuntiat. Lucratum est itaque femineum genus et ignominiæ finem et maledictionis abolitionem. Nam qui olim mulieribus dixerat, « In dolore paries filios [40], » nunc eis mali solamen attulit, occurrens ipsis in horto, ut alius evangelista ait [41], dicensque: « Avete. » Nihilominus sanctis apostolis resurrectionis notitia visa est nugarum instar et res conficta, quia ne ipsi quidem divinam Scripturam adhuc noverant. Ergo erant increduli, remque nuntiatam risui et contemptui habebant.

Quomodo apud Joannem quidem cum a Maria rem audissent, discipuli cursim ad monumentum venientes crediderunt? quod sane de iis testatur Scriptura dicens: « Cum ergo introiissent, alter de discipulis, qui primus intraverat in monumentum, vidit et credidit [42]. » Apud Lucam autem dicitur: « Et a monumento regressæ, nuntiaverunt cuncta hæc undecim discipulis reliquisque 439 omnibus (erant autem Maria Magdalene, et Joanna, et Maria Jacobi, et reliquæ cum ipsis, quæ hæc apostolis dixerunt), neque fidem impetrarunt. »

V. 13. *Ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum.*

Duo ex discipulis in castellum euntes nomine

[39] Matth. XVII, 21. [40] Gen. III, 16. [41] Matth. XXVIII, 9. [42] Joan. XX, 22.

Emmaum, ceu jam vivere non sperantes Christum, sed exstinctum dolentes, colloquebantur invicem de vicibus ejus. « Dum autem sermocinarentur, ipse Jesus accedens cum illis ibat incognitus. Tenebantur enim oculi eorum quominus eum agnoscerent. Aiebat autem illis : Qui sunt isti sermones quos confertis invicem ambulantes, et estis tristes? » Et respondens unus, cui nomen Cleopas, ait : Tu solus peregrinus in urbe Jerusalem? » et reliqua. Deinde famam de resurrectione ejus a mulieribus Petroque diditam narrant quidem, sed ei minime credunt. Nam cum dicunt : « Sed et mulieres quædam terruerunt nos, corpore non invento ; » satis demonstrant, se vere ea dicta non putare, neque tam veritatem sibi nuntiatam, quam perturbationem ac terriculamentum ob eam rem exstitisse. Ipsum Petri testimonium, qui linteamina tantum in sepulcro viderat, haud fidem facere resurrectionis judicabant, quia non ipsum Jesum se vidisse dixerat, sed ex eo quod non ibi jacebat, resurrexisse conjectaverat. Sciendum vero est hos fuisse de septuaginta discipulorum numero ; et Cleopæ socium fuisse Simonem, non tamen Petrum, neque illum Cananæum, sed de prædicto numero alium.

V. 27. *Incipiens a Moyse et omnibus prophetis*, etc.

Necessarium his verbis demonstrat Dominus legis ductum et prophetarum adjutorium, ad conciliandam rei mirabili fidem ; ut facta postea resurrectione, ii qui magnitudine rei conturbabantur, meminissent veteris prædictionis, atque ita ad credendum converterentur. Ideo producit testem Moysem atque prophetas, dum recondita **440** interpretatur, et quæ indignos latent dignis exponit, veterem avitamque iis fidem inserens, ope sacrarum quæ apud se habebant Litterarum. Nihil enim, quod quidem a Deo proveniat, vanum est, sed cuncta ordinem servant, et singularum rerum proprius est usus. Præmissi ordinatim servi fuere, qui Domini adventui viam sternebant, vaticinia fidei faciendæ necessaria hominibus occinentes ; ut veluti thesaurus regius idoneo tempore proferrentur res supradictæ, ex vetere obscuritate in apertum interpretando explicatæ. Jam postquam illos tum legis tum prophetarum Scriptura permoverat, deinde manifestiorem se facit, rogantibus nempe ut veniret secum in castellum, cum acceptum manu panem benedicens frangensque iis porrigebat. « Tenebantur enim, inquit, oculi illorum ne eum agnoscerent, » donec videlicet sermo penetravit, cor ad credendum permovens ; atque ita tempestivam visionem una cum rei auditu exhibuit ; rem scilicet auditam et creditam conspectui præsentans. Neque tamen cum illis manet ; namque « Ipse, inquit Scriptura, invisibilis factus est. » Etenim post resurrectionem res Domini non sunt eædem atque antea cum hominibus ; namque et hi renovatione egebant, vitæque in Christo secundæ, ut novi cum novo versarentur, et incorrupti ad in-

A μην Ἐμμαοῦν λεγομένην, πρὸς ἀλλήλους ὡς οὐ ζῶντα προσδοκῶντες ἔτι τὸν Χριστὸν, ἀλλ' ὡς ἀνῃρημένου ἀνιώμενοι, ὡμίλουν λέγοντες τὰ περὶ αὐτοῦ. « Ἐν δὲ τῷ ὁμιλεῖν αὐτοὺς, καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς προσελθὼν συνεπορεύετο αὐτοῖς, μὴ γινωσκόμενος ὑπ' αὐτῶν· ἐκρατοῦντο γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτόν. Καί φησιν πρὸς αὐτούς· Τί ποτέ ἐστι ὃ διαλέγεσθε πρὸς ἀλλήλους περιπατοῦντες σκυθρωποί; Ἀποκριθεὶς δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν ᾧ ὄνομα Κλεόπας, εἶπε· Σὺ μόνος παροικεῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ; » καὶ ἑξῆς. Ἔπειτα τὴν φήμην τῆς ἀναστάσεως τὴν διὰ τῶν γυναικῶν, καὶ τὴν διὰ Πέτρου λέγουσι μὲν, οὐ πιστεύουσι δέ. Λέγοντες γάρ· « Καὶ γυναῖκες ἐξέστησαν ἡμᾶς τὸ σῶμα μὴ εὑροῦσαι, » οὐχ ἡγοῦντο πρὸς τὸ λεγόμενον ἀληθεύειν, οὐδὲ εὐαγγελισμὸν B ἀληθείας, ἀλλ' ὡς ταραχῆς τινος καὶ ἐκστάσεως αἴτιον ὑπέλαβον εἶναι. Καὶ τὴν τοῦ Πέτρου μαρτυρίαν τὰ ὀθόνια μόνον ἐπὶ τοῦ μνήματος ἑωρακότος, οὐ πιστὴν εἶναι περὶ τὴν ἀνάστασιν ἐνόμιζον, ὅτι μὴ αὐτὸν εἶδον, ἔλεγεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ μὴ κεῖσθαι τὸ ἀνεστηκέναι αὐτὸν ἐτεκμαίρετο. Ἰστέον δὲ ὅτι οὗτοι τῶν ἑβδομήκοντα ὑπῆρχον, καὶ ὁ μετὰ Κλέοπα ὁ Σίμων ἦν, οὐχ ὁ Πέτρος οὐδὲ ὁ ἀπὸ Κανᾶ, ἀλλ' ἕτερος τῶν ἑβδομήκοντα.

*Ἀρξάμενος ἀπὸ Μωϋσέως καὶ ἀπὸ πάντων τῶν προφητῶν*, κ. τ. λ.

(B f. 222) Ἀναγκαίαν ἐν τούτοις δείκνυσιν ὁ Κύριος τὴν τοῦ νόμου πρόοδον, καὶ τὴν τῶν προφητῶν λειτουργίαν, πίστιν ἐπὶ τῷ παραδόξῳ πράγματι C προεισαγόντων, ἵν' ἐπιστάσης τῆς ἀναστάσεως οἱ θορυβούμενοι τῷ μεγέθει τοῦ πράγματος ἀναμνησθῶσι τῆς πάλαι προῤῥήσεως, καὶ εἰς τὸ πιστεύειν ἐπιστρέφοιντο. Διὸ παράγει μάρτυρα Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας, τὸ ἐπικεκρυμμένον ἑρμηνεύων, καὶ τὰ τοῖς ἀναξίοις ἀσαφῆ σαφηνίζων τοῖς ἀξίοις, ἀρχαίαν τε καὶ πάτριον τὴν πίστιν αὐτοῖς ἐντιθεὶς ἐξ ὧν κατεῖχον Γραμμάτων ἱερῶν. Οὐδὲν γὰρ τῶν παρὰ Θεοῦ μάταιον, ἀλλὰ τάξις ἁπάντων καὶ χρεία τῶν καθέκαστον· ἐν τάξει προαπεστέλλοντο δοῦλοι, καὶ προῳκονόμουν τῇ τοῦ Δεσπότου παρουσίᾳ, ἀναγκαίαν τὴν προφητείαν εἰς τὴν πίστιν ἀνθρώποις προεισάγοντες· ἵν' ὥσπερ θησαυρὸς βασιλέως ἐν καιρῷ προβληθείη τὰ προειρημένα ἐξ ἀποκρύφου τῆς πρότερον ἀσαφείας, εἰς τοὐμφανὲς διὰ τῆς σαφη- D νείας, ἀποκαλυπτόμενα. Οὕτω δὴ προϋποκινήσας αὐτοὺς διὰ τῶν νομικῶν καὶ προφητικῶν Γραμμάτων, μετὰ ταῦτα ἐμφανέστερον ἤδη καθίστησιν ἑαυτὸν, ἀξιώσασιν οὖν ἐλθεῖν εἰς τὴν κώμην, ὅτε λαβὼν τὸν ἄρτον εὐλογήσας, καὶ κλάσας ἐπεδίδου· « Ἐκρατοῦντο γὰρ, φησὶν, οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ γνῶναι αὐτὸν, » ἕως οὗ δηλονότι ὁ λόγος εἰσέλθῃ κινῶν τὴν καρδίαν εἰς τὴν πίστιν, ἔπειτα οὕτω καιρίαν τὴν ὄψιν ἐπὶ τῇ ἀκοῇ παραστήσῃ, τὸ προακουσθὲν καὶ πιστωθὲν ἐμφανὲς καθιστάς. Οὐ μὲν συμπαραμένει γε αὐτοῖς· « Καὶ αὐτὸς γὰρ, φησὶν, ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. » Οὐκ ἔστι γὰρ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τὰ τοῦ Κυρίου τοιαῦτα πρὸς τοὺς ἀνθρώπους οἷα τὰ πρότερον, ὅτι καὶ αὐτοῖς ἀνακαινώσεως ἔδει, καὶ δευτέρας ζωῆς τῆς κατὰ Χριστὸν,

ἵνα καινοὶ καινῷ συνῶσιν, καὶ ἄφθαρτοι πλησιάζωσιν A ἀφθάρτῳ. Διὸ καὶ τὴν Μαρίαν ἐκώλυσεν ἐφάψασθαι αὐτοῦ, καθά φησιν Ἰωάννης, ἕως ἂν ἀπελθὼν ἀφίκηται.

*Ἀναστάντες αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, κ. τ. λ.*

(D f. 83) ʒ Ἀναστάντες, φησὶν, οἱ περὶ Κλεόπαν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, τουτέστιν, ἐν ᾗ ἄφαντος ἀπ' αὐτῶν ἐγένετο ὁ Ἰησοῦς, ἐπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλήμ. Οὐχ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ, φησὶν, εὗρον τοὺς ἕνδεκα συνηθροισμένους, καὶ ἀπήγγειλαν τὰ κατὰ τὸν Ἰησοῦν, ἀλλὰ τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ τῆς αὐτοῦ ἀναστάσεως, ὅτε καὶ ἀνελήφθη. Τὰ τοίνυν ἐν ταῖς μεταξὺ τῶν ἡμερῶν τούτων γενόμενα, παρῆκεν ὁ οὗτος ἅπερ οἱ περὶ Κλεόπαν διηγουμένους εὗρον τοὺς ἕνδεκα καταμόνας λέγοντας, ὅτι ἠγέρθη ὁ Κύριος καὶ ὤφθη Σίμωνι· περὶ οὗ οὐκ ἐμνήσθη ποῦ ἢ B πότε ἢ πῶς ὤφθη. Ἐν ταύταις οὖν ταῖς ἡμέραις καὶ τὰ κατὰ τὴν Γαλιλαίαν πέπρακται, περὶ ὧν ἐμνήσθη ὁ Ματθαῖος.

*Αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἔστη ἐν μέσῳ αὐτῶν.*

(A f. 317, D f. 83 b) Νῦν δὲ τῆς ἀκολουθίας ἐχόμενοι, φαμὲν, ὅτι ἤδη πολλαχόθεν τοῦ λόγου τῆς ἀναστάσεως περιθέοντος τοὺς ἀποστόλους, καὶ τοῦ πόθου πρὸς τὴν ὄψιν ἐγηγερμένου, ποθούμενος ἔρχεται, καὶ ζητοῦσι καὶ προσδοκῶσιν ἐμφανίζεται καὶ ἀποκαλύπτεται· πλὴν οὐκέτι κρατουμένοις ὀφθαλμοῖς ἐπιφαίνεται, οὐκέτι ὡς περὶ ἑτέρου διαλέγεται (1), ἀλλ' ἐμφανῆ ἑαυτὸν δίδωσι καὶ θαῤῥεῖν παρακελεύεται. Οἱ δὲ καὶ οὕτως εἰσὶν ἀμφίβολοι καὶ δεδίασιν· ᾤοντο γὰρ οὐκ αὐτὸν βλέπειν, φάσμα δέ τι καὶ σκιάν. C Εἶτα, καὶ τὸν ἐκ τῶν τοιούτων λογισμῶν κατευνάζει θόρυβον, τὸ ἐντριβὲς αὐτοῖς καὶ οὐκ ἄηθες ἐπιφθεγξάμενος ῥῆμα. Ἔφη γάρ· « Εἰρήνη ὑμῖν. »

*Εἶπεν αὐτοῖς· Τί τεταραγμένοι ἐστὲ, καὶ διὰ τί διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσιν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;*

(A f. 317 b, C f. 159, D f. 83 b) Ἵνα βεβαίως καὶ ἐνδοιασμοῦ δίχα πιστεύσειαν αὐτὸν ἐκεῖνον ὄντα τὸν πεπονθότα, διαδείκνυσιν εὐθὺς, ὅτι Θεὸς ὢν φύσει, γινώσκει τὸ κεκρυμμένον, καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς τῶν ἐννοιῶν οὐκ ἠγνόησε θόρυβον. Ἔφη γάρ· « Τί τεταραγμένοι ἐστέ; » Ἀπόδειξις αὕτη καὶ μάλα σαφὴς τοῦ μὴ ἕτερον εἶναί τινα τὸν ὁρώμενον, ἀλλ' ἐκεῖνον αὐτὸν, ὃν καὶ τεθέανται τὸν ἐπὶ ξύλου παθόντα θά- D

corruptum propinquarent. Quamobrem Mariæ quoque interdixit quominus se attingeret, ut ait Joannes [43], donec post discessum rediret.

V. 33. *Surgentes eadem hora*, etc.

Surgens, inquit, Cleopas cum socio, eadem hora, id est, in qua sese eorum visui Jesus subduxerat, reversi sunt Jerusalem. Non autem dicit, eadem hora eos invenisse undecim congregatos, eisque notitiam de Jesu attulisse; sed quadragesimo demum post resurrectionem die, quo etiam assumptus fuit. Ergo quæ horum dierum intervallo acciderunt, omisit præsens evangelista; quæ videlicet Cleopas invenit **441** narrantes privatim undecim, nempe quod Dominus resurrexisset, et Simoni visus fuisset; quin tamen dicat evangelista ubinam et quando et quomodo visus esset. His item igitur diebus, ea quoque in Galilæa evenerunt, quorum meminit Matthæus [44].

V. 36. *Ipse Jesus stetit in medio eorum.*

Nunc narrationis seriem prosequentes, ita dicimus. Rumore jam sæpius de Christi resurrectione apostolos circumsonante desideriumque ejus videndi excitante, is denique exoptatus adest, seque quærentibus ac præstolantibus spectandum revelat; nec jam impeditis oculis apparet, nec veluti de alio homine verba facit, sed visibilem semet sistit, bonoque animo discipulos esse jubet. Hi tamen adhuc erant perplexi ac pavidi; putabant enim se non ipsum Jesum, sed phantasma quoddam umbramque videre. Ecce autem Jesus subortentem ex hujusmodi cogitationibus perturbationem sedat, familiare illud nec insolitum pronuntians vocabulum. Dixit enim: « Pax vobis (2). »

V. 38. *Dixit eis: Quid turbati estis, et cogitationes ascendunt in corda vestra?*

Ut firmiter et absque ulla dubitatione crederent ipsum esse illum qui passus fuerat, demonstrat illico se, quoniam Deus naturaliter esset, res arcanas cognoscere, id est, tumultuantes illorum cogitationes non ignorare. Dixit enim: « Cur turbati estis? » Evidens hæc demonstratio est, ipsum qui cernebatur, non alium esse, quam quem **442** jam viderant in ligno necem perpessum, et in monu-

[43] Joan. xx, 17. [44] Matth. xxviii, 16.

(1) Veluti fecerat Christus cum discipulis duobus colloquens. Non ergo passivum est διαλέγεται, ut sumitur ab interprete Lat. apud D. Thomam in cat. *Nec disceptatur de alio.*

(2) Huc pertinet notabilis tractus apud D. Thomam in catena Latina. « CYRILLUS: Pudeat ergo nos pacis munus deserere, quam nobis hinc discedens Christus reliquit. Pax et res et nomen dulce, quam et Dei esse accepimus, juxta illud ad Philip. iv, 7: *Pax Dei.* — Et ejus esse Deum, juxta illud II Cor. xiii, 11: *Deus pacis.* — Et ipsam esse Deum, juxta illud Ephes. ii, 14: *Ipse pax nostra.* — Pax bonum commendatum ab omnibus, observatum autem a paucis. Quæ autem est causa? Fortassis ambitio dominii vel facultatum, aut livor, aut odium, aut contemptus, aut aliquid hujusmodi ex his quæ Dei ignaros videmus incurrere. Dei quippe præcipue pax est, quæ confœderat omnia; cujus nihil est adeo proprium sicut unitas naturæ et pacificus status. Transsumitur vero ab angelis et divinis potestatibus, quæ ad Deum, et ad invicem pacifice se habent; diffunditur vero per totam creaturam, cujus est decor tranquillitas: in nobis autem manet secundum animam quidem per investigationem virtutum et communicationem, secundum corpus vero in membrorum et elementorum commensuratione, quorum alterum pulchritudo, alterum sanitas appellatur. »

A mento depositum, qui et renes et cor introspicit, quemque nihil nostrarum rerum latet. Argumentum itaque præsentiæ suæ vult hoc esse, quod illorum fluctuantes mentes cognoscit. Tum, ut etiam aliter se vicisse mortem confirmet, atque humanam exuisse in se primo corruptionem, manus ostendit atque pedes, et clavorum foramina, atque ut tangant hortatur omnimodisque sibi persuadeant illud quod passum fuerat corpus, nunc resurrexisse. Nemo itaque resurrectionem calumnietur. Et quamvis audias in sacris Litteris dici : « Seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale [45], » ne idcirco neges humanorum corporum ad incorruptibilitatem reditum. Nam sicut animale est quod animalibus seu carnalibus cupiditatibus deditum est atque subjectum, ita B spiritale est quod sancti Spiritus voluntatibus obsequitur. Nam post resurrectionem a mortuis, haud ulterius carnalium affectuum tempus erit, sed iners omnino futurus est peccati stimulus. Ipsum illud itaque quod in pulverem abierat, immortalitate vestietur.

νατον καὶ τεθειμένον ἐν μνημείῳ, ὃς καὶ νεφροὺς ὁρᾷ καὶ καρδίαν, καὶ οὐκ ἂν αὐτὸν λάθοι τῶν ἐν ἡμῖν οὐδέν. Σημεῖον οὖν ἄρα ποιεῖται τὸ χρῆμα, τὸ εἰδέναι φημὶ τὸν τῶν ἐν αὐτοῖς ἐννοιῶν θόρυβον. Πιστούμενος δὲ καὶ ἑτέρως, ὅτι καὶ νενίκηται θάνατος, καὶ ἀπεδύσατο τὴν φθορὰν ἡ ἀνθρώπου φύσις ὡς ἐν αὐτῷ καὶ πρώτῳ, δείκνυσι τάς χεῖράς τε καὶ τοὺς πόδας, καὶ τὰς διατρήσεις τῶν ἥλων, καὶ ψηλαφᾷν ἐπιτρέπει καὶ πληροφορεῖσθαι διὰ τρόπου παντὸς, ὅτι τὸ πεπονθὸς, ὡς ἔφην, ἐγήγερται σῶμα. Οὐκοῦν συκοφαντείτω μηδεὶς τὴν ἀνάστασιν. Κἂν ἀκούσῃς τοῦ ἱεροῦ Γράμματος λέγοντος περὶ τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος· « Σπείρεται σῶμα ψυχικὸν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικὸν, » μὴ ἀνέλῃς τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων τὴν εἰς ἀφθαρσίαν ἀναδρομήν. Ὥσπερ γὰρ ψυχικόν ἐστι τὸ ταῖς ψυχικαῖς ἤγουν σαρκικαῖς ἐπιθυμίαις ἀκολουθοῦν καὶ ὑπεζευγμένον, οὕτω καὶ πνευματικὸν τὸ τοῖς τοῦ ἁγίου Πνεύματος θελήμασιν ὑποκείμενον. Μετὰ γὰρ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, οὐκ ἔστιν ἔτι φιλοσαρκίας καιρὸς, ἀλλ' ἀπρακτήσει παντελῶς τῆς ἁμαρτίας τὸ κέντρον. Αὐτὸ μέν τοι τὸ κατενεχθὲν εἰς τὴν γῆν, τὴν ἀφθαρσίαν ἐνδύσεται.

Ut ergo manifeste hoc discipuli cognoscerent, nempe illum esse, qui passus sepultusque, mox resurrexerat, ostendit, ut jam dixi, pedes manusque. Quodque haudquaquam, ut ipsi putabant, spiritus esset, sed verum corpus, ut sibi persuadeant mandat dicens : « Quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere. » Umbra enim et spiritus C et omnino phantasma, manus tactum sustinere nequiret. — Ergo, sicuti diximus, manus ostendens ac pedes discipulis Dominus, persuasit illis passum corpus resurrexisse. Atque ut insuper magis adhuc firmam in iis efficeret hac de re fidem, postulavit edule aliquid. Oblata autem piscis assi parte, sumptam spectantibus ipsis comedit. Id autem haud ob aliam causam fecit, nisi ut manifeste demonstraret, eumdem se esse qui resurrexerat a mortuis, et qui antea toto **443** incarnationis tempore cum eis manducaverat ac biberat, unaque cum illis, juxta prophetæ dictum [46], fuerat conversatus : atque ut cognoscerent, corpus quidem humanum alimonia hujusmodi egere, spiritum non item. Quis ergo, si D modo fidelis esse velit et sanctorum evangelistarum testimonium absque hæsitatione admittere, hæreticas fabulas adhuc audiat, vel phantasiastas toleret? Vincit enim humanam inquisitionem et consuetarum nobis rerum rationem potentia Christi. Comedit piscis partem, resurrectionis suæ tempore; neque tamen quod hic consequi solet, in Christo consecutum est, ut incredulus aliquis cavillabitur, sciens ea quæ per os intrant, prorsus etiam exire atque in secessum emitti [47]. Id tamen fidelis quivis in mentem suam non admittet, sed Dei potentiæ rem permittet.

(A f. 318, B f. 224, G f. 117 b) Ἵνα τοίνυν αὐτὸ τοῦτο εἰδεῖεν σαφῶς οἱ μαθηταὶ, ὅτι αὐτὸς ἐκεῖνός ἐστιν ὁ παθὼν καὶ ταφεὶς καὶ ἀναστὰς, δείκνυσιν, ὡς ἔφην, πόδας τε καὶ χεῖρας. Καὶ ὅτι μὴ καθάπερ ᾤοντο πνεῦμα μᾶλλόν ἐστιν, ἀλλὰ σῶμα κατὰ τὸ ἀληθὲς, πληροφορεῖσθαι προστάττει λέγων· « Καὶ ἴδετε ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. » Σκιὰ γὰρ καὶ πνεῦμα καὶ δόκησις ἁπλῶς, οὐκ ἂν ὑπομείνῃ τὴν χειρὸς ἁφήν. — (A f. 319, B f. 224, G f. 117 b) Ἀλλ' ὅπερ ἐλέγομεν, δείξας τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας τοῖς μαθηταῖς ὁ Κύριος, ἐπληροφόρησεν αὐτοὺς, ὅτι τὸ παθὸν ἀνέστη σῶμα· ἵνα δὲ πρὸς τούτοις καὶ ἔτι μειζόνως ἱδρυμένην αὐτοῖς ἐργάσηται τὴν ἐπὶ τούτῳ πίστιν, ᾔτησέ τι τῶν ἐδωδίμων· ὀπτοῦ δὲ ἰχθύος μέρος ἦν. Καὶ λαβὼν, κατεδήδοκεν ὁρώντων αὐτῶν· τοῦτο γὰρ δι' οὐδὲν ἕτερον ἔπραξεν, ἢ ἵνα δείξῃ σαφῶς ὡς αὐτός ἐστιν ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, ὁ καὶ πρὸ τούτου καὶ παρὰ πάντα τὸν καιρὸν τῆς οἰκονομίας συνεσθίων καὶ συμπίνων αὐτοῖς καὶ συναναστρεφόμενος ἀνθρωπίνως κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. Ἵν' οὖν εἰδεῖεν ὅτι σῶμα μὲν τὸ ἀνθρώπινον, δέοιτ' ἂν τῆς τοιᾶσδε τροφῆς, πνεῦμα δὲ οὐκέτι. Τίς οὖν ἀξιῶν πιστὸς εἶναι, καὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν τὴν μαρτυρίαν ἀναμφιβόλως δεχόμενος, ἔτι πλασμάτων ἀκούσειεν αἱρετικῶν, ἔτι δοκησισόφων ἀνάσχοιτο; Νικᾷ γὰρ ἀνθρωπίνην ἐξέτασιν, καὶ τὴν ἐκ τῶν συνήθων πραγμάτων ἔννοιαν, ἡ τοῦ Χριστοῦ δύναμις. Ἔφαγεν ἰχθύος μέρος, διὰ τὴν ἀνάστασιν· καὶ τὸ τῇ βρώσει ἀκολουθοῦν, οὐκέτι ἐπὶ Χριστοῦ ἠκολούθησεν, ὅπερ ἄπιστος ἄν τις ἐπιζητοίη, εἰδὼς ὅτι τὰ εἰσιόντα εἰς τὸ στόμα, πάντως ἐκχωροῦσι καὶ εἰς ἀφεδρῶνα βάλλονται. Ἀλλ' οὐχ ὅ γε πιστὸς, εἰς ἔννοιαν τοιοῦτόν τι λήψεται, ἀλλὰ δυνάμει Θεοῦ δώσει τὸ πρᾶγμα (1).

[45] I Cor. xv, 44. [46] Baruch iii, 38. [47] Matth. xv, 17.

(1) Videsis hac super re S. Basilii locum epistolæ a nobis editæ post Cyrilli commentarium in Psal-

*Τότε διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν, τοῦ συνιέναι τὰς Γραφὰς*, κ. τ. λ.

(A f. 319 b) Ὅτε τὸν λογισμὸν αὐτῶν, δι' ὧν εἶπε, δι' ὧν ἐψηλαφήθη, δι' ὧν ἔφαγεν, εἰρήνευσε, τότε διήνοιξε τὸν νοῦν τοῦ συνιέναι ὅτι οὕτως ἔδει παθεῖν αὐτὸν, δῆλον δὲ ὅτι διὰ ξύλου σταυροῦ. Ἀποφέρει τοίνυν τοὺς μαθητὰς ὁ Κύριος, εἰς ἀνάμνησιν ὧν ἔφη. Προαπήγγειλε γὰρ αὐτοῖς τὰ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθη, καθ' ἃ φθάσαντες ἔφασαν οἱ προφῆται. Ἀνοίγνυσι δὲ καὶ τοὺς τῆς καρδίας αὐτῶν ὀφθαλμοὺς, ὥστε συνιέναι τὰ πάλαι προειρημένα. — (A f. 320) Πνεύματος ἁγίου κάθοδον, ὃ διὰ Ἰωὴλ ὁ Θεὸς προεπηγγείλατο, τοῖς μαθηταῖς ὁ Σωτὴρ ἐπαγγέλλεται καὶ τὴν ἐξ ὕψους δύναμιν, ἵν' εἶεν εὐσθενεῖς καὶ ἀκαταγώνιστοι, καὶ δίχα παντὸς δέους διακηρύξειαν τοῖς ἁπανταχοῦ τὸ θεῖον μυστήριον. — (D f. 83) Λαβοῦσι Πνεῦμα, λέγει· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον, » μετὰ τὴν ἀνάστασιν· καί φησιν· « Ὑμεῖς δὲ καθίσατε εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ παραμείνατε τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου· ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· » οὐκέτι ὕδατι, ἔλαβον γὰρ, ἀλλὰ Πνεύματι ἁγίῳ· οὐκ ἐπεισάγει ὕδωρ τῷ ὕδατι, ἀλλὰ ἀναπληροῖ τὸ λεῖπον τῷ λειπομένῳ. — (B f. 226, C f. 159 b, G f. 119 b) Εὐλογήσας αὐτοὺς καὶ βραχὺ προελθὼν, ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανὸν, ἵνα σύνεδρος ᾖ τῷ Πατρὶ καὶ μετὰ τῆς ἑνωθείσης αὐτῷ σαρκός. Καὶ ταύτην ἡμῖν ἐνεκαίνισε τὴν ὁδὸν ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ γεγονὼς ὁ Λόγος. Ἥξει δὲ πάλιν κατὰ καιροὺς ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, μετὰ τῶν ἀγγέλων, καὶ παραλήψεται ἡμᾶς μεθ' ἑαυτοῦ. Δοξολογήσωμεν τοίνυν αὐτὸν τὸν ἐνανθρωπήσαντα δι' ἡμᾶς Θεὸν Λόγον, τὸν ἑκουσίως παθόντα σαρκὶ, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, καὶ λύσαντα τὴν φθοράν. Τὸν ἀναληφθέντα, καὶ μετὰ τοῦτο ἥξοντα μετὰ δόξης πολλῆς ἐπὶ τὸ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ καὶ Θεῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

V. 45-51. *Tunc aperuit illis mentem ut intelligerent Scripturas*, etc.

Postquam cogitationes illorum per verba sua, per tactum, per esum, sedavit; tunc aperuit illis mentem ad intelligendum, sic se oportuisse pati, id est, in crucis ligno. Revocat itaque discipulis in memoriam Dominus ea quæ dixerat. Prænuntiaverat enim ipsis suam in cruce passionem, sicut antea jam prophetæ dixerant. Reserat ipsis etiam cordis oculos, ut prisca vaticinia intelligant. — Spiritus sancti descensum, prout per Joelem Deus prænuntiaverat [48], promittit discipulis Servator, virtutemque ex alto, ut fortes fierent ac insuperabiles, et absque ullo metu ubique terrarum mysterium prædicarent. — Spiritum recepturis ait : « Accipite Spiritum sanctum [49], » nempe post resurrectionem; aitque : « Vos autem, sedete Hierosolymis, et Patris promissionem exspectate, quam ex me audistis [50]. Quia Joannes quidem baptizavit 444 aqua; vos autem baptizabimini Spiritu sancto [51] : » haud, inquam, aqua, id enim jam actum fuerat, sed Spiritu sancto. Non addit aquæ aquam; sed quod deerat indigenti supplet. — Cum iis benedixisset, et paululum esset progressus, ferebatur in cœlum, ut cum unita etiam sibi carne Patri consessor fieret. Atque hanc nobis viam renovavit postquam humanam formam Verbum assumpsit. Redibit autem statuto tempore cum Patris sui gloria, et cum angelis, atque ad se nos recipiet. Glorificemus itaque eumdem qui propter nos est humanatus Deus Verbum, qui sponte carne passus est, resurrexit a mortuis, et corruptionem exterminavit; qui assumptus est, et postea reversurus cum gloria multa ad judicandos vivos ac mortuos et unicuique secundum opera sua retribuendum. Per quem et cum quo Patri Deo gloria ac potentia cum Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

### *Cyrillus, homilia XXVIII in Lucam* (1).

Etiamsi igitur suamet natura Deus est, nihilominus factus homo, dicitur nomen accepisse a Patre quod est super omne nomen, ut et Deus crederetur et omnium rex simul cum carne cui se copulavit. Passus autem nostri causa crucis supplicium, et morte in suo corpore per resurrectionem destructa, ascendit ad Patrem.

### *Idem Cyrillus, homilia XLV.*

Solius propria est excelsæ naturæ suscitandi mortuos facultas; sola hæc possidet immortalitatem : ab ipsa vero quicunque ab inferis revocantur, motum vitamque mutuantur.

[48] Joel II, 28. [49] Joan. XX, 22. [50] Luc. XXIV, 49; Act. I, 4. [51] Act. I, 5.

mos (*a*); multoque magis Athanasii Corinthi archiepiscopi fragmentum quod dedimus in nostro volumine X, AA. class., p. 499-500. Eadem de re scribit etiam anonymus quidam in cod. G. f. 118, iisdem prope ac Cyrillus verbis.

(1) Ex Severi libris adversus Julianum Halicarnassensem (cod. Vat. Syriac.) ap. Maium, *Bibl. nov. Patr.*, *II*, 456.

(*a*) Inter Opp. S. Basilii, nostræ editionis tom. IV, epist. 366, *Ad Urbicium* EDIT. PATR.

# INDEX RERUM ET VERBORUM

QUÆ

## IN CYRILLI COMMENTARIIS IN DUODECIM PROPHETAS MINORES INVENIUNTUR.

*Revocatur Lector ad numeros typis crassioribus expressos.*

—

### A

## B



## C

## D



## E

F



G

## O



## P

T



U



V

# INDEX RERUM ET VERBORUM

QUÆ

## In supplemento, Cyrilli commentaria in Matthæum et in Lucam complectente, reperiuntur

# ORDO RERUM

## QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

—



FINIS TOMI SEPTUAGESIMI SECUNDI.

Ex typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

487[a] μ. θ. Joh. i. 18.